



3 1761 06349743 2







DECIMI MAGNI AVSONII

BVRDIGALENSIS


O P V S C V L A

---

RECENSVIT

RVDOLFVS PEIPER

ADIECTA EST TABVLA



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVI

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEVENERI

MARTINO HERTZ

AVGVSTO ROSSBACH

AVGVSTO REIFFERSCHEID

S V M M O R V M I N L I T T E R I S H O N O R V M

A V C T O R I B V S L A R G I T O R I B V S

G R A T I   A N I M I   C A V S A



## Praefatio.

### I. De codicibus opusculorum Ausonianorum.

Singulis carminibus librisque singulis Ausonius praefationes praemisit, modo carmine scriptas, interdum prosa, nunc et uersu et prosa oratione mixtas, ut Bissulae Technopaegniique continuationi, misitque uni ex amicis, uel, quod rarius factum, adscripta salute commendauit „lectori suo“, id est omnibus quos sui studiosos sciret in aula et extra aulam, placitaram quibus speraret quam tractauerat rem, uelut Epitaphia heroum Troicorum et Epigrammatum alteram seriem: neque nisi repetitis curis quae elaborata essent uel aucta, alii ex amicis atque cui primo miserat, dicauit, id quod ex Technopaegni priore particula et Fastorum libro patet, nec umquam eandem commendationem duobus misit solo nomine inmutato; nam falsa est in ep. 1 (34) u. 9 Tollii coniectura. hoc recte dicitur edere uel publicare.\*<sup>)</sup> nam quamquam quod adiudicauerat auctor amico certo, non iam omnibus fuisse destinatum et quibusdam etiam ab eo cui miserat denegandum fuisse ex Symmachi uerbis (infra p. 221, 20 sqq.) liquido appareat, hoc tamen raro factum esse putandum ualebitque in uniuersum quod ille ait: „oratio publicata libera est: cum semel a te profectum carmen est, ius omne posuisti.“ et mittebantur amicis solum ea, quae expolita satis uidebantur auctoriique suo

\*<sup>)</sup> Th. Birt in libro: Das antike Buchwesen in seinem Verhältnisse zur Litteratur. Berlin 1882, non multum promouit ad hanc quaestionem decernendam.

placebant: si quae parum emendata inuito auctore subriperentur, ut Auiti carmina (qua de re egi ad Auitum p. LI), ut Griphus, antequam Symmacho mitteretur (cf. infra p. 197, 16), ea non poterant edita dici, etiamsi omnibus innotuissent.

Non igitur statim ubi in chartas coniecit carmen aliquod recitauitque familiaribus Ausonius, simul edidit. quaedam multis post annis demum emendauit, absolut, notariis dedit, publicauit, uelut Griphum, Bisulam, Centonem, ut non dicam libros, qui sensim multis cum contexerentur carminibus deinceps natis, diu in scriniis latuerunt, donec sera adderetur coronis, uelut Eelogarum liber atque Epigrammata in primis posteriora. quaedam uero iam diu secreta quidem (ut ait ipse) sed uulgi lectione lacerata, quippe quae nondum absoluta cum essent, inuito auctore alter alteri commodaret, tandem aliquando in manus amicorum uenerunt, id est adscripta siue certi alicuius familiaris nomini siue lectori suo edita sunt atque rite uulgata, uelut quem modo diximus Griphum.

Nec tamen in omnibus hunc edendi modum seruauit Ausonius. sane Mosellam urbis Treuericae laudi consecratum, tamquam Augustis patri filioque sacrum etiam sine praefatione (quam tamen amissam eonicias) non mirabimur ita emissum, ut spargeret ille exemplaria, id est multis mitteret, inter quos quod non fuit, Symmachus amicus neglectum se queritur.\*<sup>\*)</sup> alia, tam-

\*<sup>\*)</sup> infra p. 141, 9. uoluisse autem Ausonium exortem esse Symmachum eius carminis et quasi interdixisse ei Mosella (ut paulo post per iocum ait Symmachus) non est quod credas. — ceterum paulo ante quod dixit Symmachus: „Eloquii nostri uena, quam dudum neque ullius poematis tui neque pedestrium uoluminum lectione iuuisti“, cane pedestria uolumna, quae nobis perierint ante a. 379, scripta putas ab Ausonio: de aliorum auctorum libris commodandis rectius intelleges, et antiquorum, qualem ipse Symmachus Ausonio Plinium miserat, et suae aetatis litteratorum, qui unus erat modus, quo quis sui temporis studia accuratius poterat cognoscere.

quam auctoris genius sibi quae uindicaret paucisque aliis quae possent curae esse, non mirum si retinebantur in scriniis, dum conlectis opuseulis in unum quasi corpus etiam haec ingenii Ausoniani documenta emergerent, quae iam prorsus diuersis inmixta poterant placere pluribus. uelut Ephemeris quaeque eam secuntur in Vossiano Domestica quae inscripsimus carmina cum Parentalibus et Professorum Burdigalensium commemoratione.

Sed restant alia, quibus quod praefari amicique nomen praeponere supersedit poeta mirum uidetur, e. g. Vrbes. nam eas tamquam Theodosio sacras propter uersus 64 sqq., cui totum uolumen erat dicatum, exceptas fuisse ab ea norma uix crediderim. Sic potius censeo: quae carmina Ausonius certis amicis aut omnibus lecturis diceauit, ea edita sunt aut antequam primum opuscula redigeret in ordinem, aut ipso eo tempore, quo parabat alteram tertiamue opusculorum editionem; quae nullam p[ro]ae se ferunt eius modi commendationem, ea non nisi in ipsa conlectione siue priore siue altera sunt edita.

Atque bis quidem ipsum auctorem conlecta sua opuscula emisisse ipsa dedicatoria carmina, Praefatiunculas quas diximus, euincunt tertiumque editurum fuisse ea carmina probant, quae in altera editione non recepta fuisse satis constat ex temporum rationibus, edidisse tamen ipsum, qualiacumque erant, amicorum nomen praepositum ostendit.

Et primam quidem editionem Syagrio adscripsit, simul omnibus lecturis se suaque commendans (quod etiam in Bissulae epigrammatis Paulo missis fecit), alteram Theodosio Augusto et uetera et recentiora carmina expetenti. tertiam, quam parasse eum prodit illud, quod undique qualiacumque olim metro luserat, corradebat, non ipsum absoluisse, sed nescio quem siue cognatum siue familiarem, id ipsum, quod

commendaticium carmen tertium nullum extat, dilucide demonstrat.

Hanc autem conlectionem ita instituisse uidetur auctor, ut primum agmen conponeret ex poematis, quae de se suisque rebus fecerat, medium sequi iuberet turbam eorum, quibus rerum ordinem et diuinarum et humanarum historiasque scholastico more ludens scripserat, extremum esset epistularum, denique epigrammata subinde augenda tamquam leuis armatura clauderent agmen.

Atque is ordo clarissime elucet ex libro Vossiano opusculorum luculentissimo teste, quamquam ne hic quidem liber omnia seruauit, quae archetypus completebatur. nam desunt in *V* Mosella Cupido alia. id quod mirae cuiusdam opinionis ansam dedit. nam Mosellam utpote antea editum non recepisse poetam inter opuscula putabant alii, alii conlectionis quae est in Vossiano diuersam fuisse rationem atque plenae opusculorum editionis. at nemini credo persuadebitur Ausonium exclusisse illud, quo primam poeticam palmarum eamque lemnisco ornatam meruerat, praesertim cui satis certus sit locus inter Eclogarum librum a me pristino ordini restitutum atque Vrbes. quo loco simul cum eius iactura et nescio an Cupidinis quoque cruciati ab heroidibus foliis aliquot transpositis male turbatus est ordo. atque idem casus, qui egregios istos Ausonianae Musae flores expulit ex Vossiani siue patre siue auo siue proauro, haud dubito quin suis locis exulare coegerit uno alteroue folio transposito Domesticorum quoque partem, Genethliacon dico atque Protrepticon, quos interim inter Epistulas conlocatos cum Vossiano retinui. ad alteram quod attinet sententiam, difficile est satiram non scribere. nam merae sunt nugae — quibus et ipse me olim fauisse non negauerim — si quis censeat esse in Vossiano conlectionem scholarum in usum institutam, quippe quae casta tantum habeat carmina. nam in

tali conlectione instituenda quis non primum in locum arcessiuisset Mosellam ab omnibus partibus maxime adcommodatum carmen eum in usum, siue res ipsas, quae ibi tractantur respicias, siue qua plenum est pietatem erga patriam atque dominos; quis non alia desideraret, quae neminem poterant offendere? prae-  
sertim cum inducendo potius et delendo quam eli-  
gendo ex opusculorum corpore hanc conlectionem con-  
ditam dices. nec minus recte tum obscenorum e  
textu Ausoniano resectorum appendicem dices ser-  
uatam in Tiliano conlectionem: nam re uera is liber  
cum adseclis continet quidquid lasciuiarum per longam  
aetatem conlectum domi habuit senex neque edidit  
ante quam morte adpropinquante ingenii uena aresceret.  
id quod olim me perplexit, ut appendicem sublatorum  
ex seediis auctoris dicerem familiae Z libris contineri,  
cum partibus conlectionis ab ipso poeta profectae male  
conglutinatam. qua in re quamquam errauit, tamen  
propius a uero errorem meum afuisse, quam specio-  
sas aliorum opiniones eis, quae porro exponentur, spero  
patebit.

Nam eum quem dixi ordinem incohatum in prima  
editione anni 383, cuius quasi umbilicus erat Mosella,  
multis egregiisque libris auctum et amplificatum de-  
prehendimus in altera, quam septennio post uidetur  
emisisse Theodosio inscriptam. post hoc tempus quae  
accesserunt, eorum pauca suis locis ipse inserebat  
auctor, maior pars seposita sine ordine in fine uolu-  
minis expectabant manum disposituri. inter haec  
fuisse Bissulam, Centonem, epistulas multas ex otio  
Burdigalensi ad Theonem Paulum Tetradium fortasse  
etiam Paulinum scriptas, denique Epigrammatum al-  
teram amplioremque seriem suspicor. quae sic ut inuenta  
sunt, integra reliquerunt heredes, qui alia quoque ad-  
iecerunt siue „ex litarariis“, uelut ad filium epistulam XX  
(391), siue dudum absoluta quae memoriae auctoris ser-  
uandae essent, ut Gratiarum actionem anni 379.

Hoc autem ad exemplar omnes quotquot habemus libros Ausonianos redire mihi quidem persuasum est. quorum duas uideo principales esse classes, alteram I decurtatorum a fine, uel eorum, qui ducti sunt ex antiquissimo illo codice, cui abrepti fuissent ultimi quaterniones, in quibus pleraque (non omnia\*), quae post alteram editionem accesserant, cum parte priorum legebantur, alteram II eorum, qui deriuati sunt ex ipsis his ultimis quaternionibus, quibus mox adiunctae sunt laciniae codicis alicuius carie ac tineis adesi, nescio an eiusdem, cuius ipsi olim fuerant.

Vtriusque autem classis libros, ex quibus plenissimi sunt hinc Vossianus, illinc Tilianus, ab archetypis suis per saeculorum cursum multis locis desciuisse quid mirum? nam et omissa sunt carmina, ut in Vossiano Theodosii epistula, primi uersus carminis quod sequebatur Hesiodion, de mensibus ecloga, quam paene solam ex eclogis seruauit altera classis, Caesarum finis (nam ab ipso Ausonio quis credat ne tetrastichum quidem ultimum esse absolutum?), porro Paulini uersus Ep. XXX uu. 49—68, carmen de ambiguitate uitae uu. 18—23, alia et Ausonii et Paulini carmina, quae in Lugdunensi codice, Vossiani qui nescio an fuerit pater, post s. VII medium auctor ille de dubiis nominibus legerat (uid. Ueberl.\*\*) p. 269 sq.); in Tiliiano Bissulae pleraque (nam quin ea integra non sint, uix quisquam dubitabit, qui morandi causas quaeque ipse Ausonius ad Paulum de eis scripsit, accurate perpenderit); alia addita sunt, si audis qui rho-palicos istos uersus ab Ausonio alienos censem, quibus quae opponam pauca habeo et debilia; denique ipsa uerba sescenties sunt uel corrupta uel male mutata.

At quotidiana haec sunt et uulgaria; aliam fecit

\*) nam non abrepta est epistula ad filium, quam modo commemoranimus.

\*\*) RPeiper, Die handschriftliche Ueberlieferung des Ausonius (Jahrb. f. class. Philologie, Suppl. XI 191—353) Leipzig 1879.

is ordo, ad quem Vossianus pertinet, iacturam multo grauissimam, quae quam habuerit causam quaerere iam cogimur; desideratur enim in Vossiano Mosella cum Symmachi epistula. falluntur autem qui uel Mosellam uel Theodosii epistulam in prioribus quatuor Vossiani libri quaternionibus (nam a quinto ille liber nunc exordium capit) fuisse putant. cuius inscriptio „Abhinc Ausonii opuscula“ id ipsum significat alius cuiusdam auctoris praecessisse librum. immo descriptum putabimus Vossianum ex uolumine, quod non iam habuit Mosellam.

Hic offeruntur duo quae nondum attigimus prioris ordinis genera, quorum quae sit origo, quae ratio dubitari potest. alterum enim Excerptorum ex Ausonii opusculis titulum quod habet, alterum, cuius optimus nunc testis est Parisinus liber, quia sane in eo multa ex optimis Ausonii opusculis insunt, conlectiones esse uia ac ratione compositae non nemini uideri possint primo obtutu. uerum enim uero Mosella quia deest, quae Parisinus continet ita possis conlectionem discipulis destinatam dicere, ut ex opusculis non iam integris (ut sunt in Vossiano) electa dicas, quamquam et alia desunt, quae eum in usum aegre desideres: Mosella cum coniuncta inueniatur in S. Gallensi et Bruxellensi (alterius generis optimis testibus) cum eclogis multo inferioribus, immo infimi generis, quem selegisse haec mediocriter sanum et in unum coniunxisse tam diuersa tibi persuadeas? ego ex laceratorum codicum reliquiis natam censeo et hanc et illam conlectionem, immo (quod probare studui Ueberl. p. 313) unius esse utramque antiqui codicis *λειψανα* cum Vossiana familia coguati quidem, sed ad archetypum qui multo proprius accederet tempore seruaretque qui post abruptus est Mosellam. hinc explicandum erit quod Theodosii epistulam habet Parisinus, quae intercidit in Vossiano, hinc quod Excerpta epigr. 25 (9) integrum tradunt, ut non dicam ipsum Mosellam Sym-

machique epistulam, quam utrum ipse Ausonius Mōsellae subiecerit an postea unus eorum, qui legebant Ausoniana, dubitare possis. nam et alia insunt, quae ut diuersum a Vossiani proauo librum, ex quo deductus est Parisinus, fuisse ostendunt, ita antiquissimae eius aetatis fuisse, qua Graeca studia florebant: uersiculos istos dico, quibus nescio quis Christianus homo sed Graecis litteris doctus de ambiguitate uitae carminis ultimum uersum (infra p. 89) refutat, quibus addere licet Graecam inscriptionem epigrammatis modo commemorati. neque silendum est aliud quoddam temporis uestigium: Hispalis enim urbis, quam Vossianus in Vrbium u. 82 recte habet (cf. Strabo III 141), nobilitas iam cesserat Emeritae, quod nomen ibi Parisinus praebet. — Hae igitur unius codicis reliquiae in duo postea uolumina dilapsae sunt. cuius rei testimonium equidem certissimum habeo rationem, qua inter se eclogas illas quattuor in Vossiano vicinas ita partitae sunt inter se eae collectiones, ut primam (II) Parisinus, reliquas tres (III—V) sibi sumeret Excerptorum liber.

De altero ordine (libros Z dico) quae disputau, paucis confirmando duco. atque pleraque opuscula eaque grauissima, quae hi libri habent, exelusa sunt ex prioris ordinis libris, eorumque maximam partem Ausonius aut fecit aut edidit senex, aut seruasse in seriniis putandus est, nec recepta fuerunt in Theodosianum exemplar (uid. Bissula, Cento, Epigrammata altera, epistulae ad Paulum Graecanicae, Gratiarum actio, alia). nec tamen omnia, quae post alteram editionem accesserunt, aliena sunt ab Vossiana conlectione. nam in hac interposita sunt multa cum ab ipso Ausonio tum ab herede non aptissimis omnia locis, quarum partem nescio an pensior cura (qualem in constituenda noua editione adhibere solent auctores, neglegunt heredes) aliis locis fuerit adjudicatura. nam suis quidem locis recepti sunt Caesares posteriores,

quibus Suetonianus recensus continuaretur; at quis post Troica ferat Epitaphia posteriora, de quibus ne uerbum quidem in praefatione, ut nil dicam de epistulis ad Paulum Theonem Paulinum Hesperium, quas uix tibi persuadeas in Theodosiano fuisse exemplari lectas. hinc cum errasse me adpareat, cum relicta a poeta haberi in his codicibus dicerem, tamen haec optime ita inter se conuenient, si pleraque eorum, quae post a. 390 accesserunt, in fine uoluminis adiecta fuisse putabimus posteaque abreptis illis quaternionibus etiam media quaedam, solutis uinculis quae exciderint, accessisse folia, in quibus Theodosianae editionis carmina aliquot perscripta erant; inter quae fuit et Cupido et Ephemeridis particula illa, quam ad notarium iuscriptam posteri inter epigrammata retulerunt.

Iam si Cupidinem Ausonius subiecerat libro Eclogarum\*) Mosellaeque praemiserat, facile suspiceris eam iacturam praelusisse multo grauiori, quam postea paulo accepit archetypus, cum ab alienaretur istud quod eum excipiebat celeberrimum carmen (Mosella).

Videamus iam alteram turbam carminum, quae Tiliani sodalitas circumfert, communium cum Vossiano, sed foedissimis librariorum commentis deformatorum, quae non sequiora demum genuisse saecula antiquissimus testis folia Cantabrigiensia ostendunt. porro Caesarum intercepta est maior pars, Technopaegnii desunt duae particulae, una habetur ex Ephemeride

\*) quod mihi prorsus certum est ex memoria huius rei, quam male immutatam seruauit Z familia. nam quae titulo omisso ante salutem Gregorio dictam leguntur uerba „*incipit aeglogarum*“, in his *incipit* illud falso scriptum pro eo, quod praecedentis libri exitus flagitabat *explicit*. nam uox *aeglogarum* ad Cupidinem nihil pertinere, quod unum est carmen, sed ab imprudente librario, cuius mox oculos aduertebant uerba *huic eclogae*, facile ad hunc potuisse trahi, omnes credo concedent. hinc nouum uides ordini in Eclogis a me instituto accedere praesidium.

oratio (praeter uersiculos istos de notario), Epicedio est abrepta praefatio; at quanta est singulorum uersuum iactura, quanta perturbatio, quae corruptio uerborum! adde solutum minorum carminum ordinem, quae siue sunt epitaphia siue epigrammata sine epilogi librorum siue maiorum carminum particulae, in unum omnia istum Epigrammatum uastam conluiuem collecta sunt. at parte ex alia non tam raras inuenies lectiones egregias, quibus uitiis in Vossiano obuiis medearis (ut Epist. XIII [III 393] u. 70, 101, 104), quae ex uetustissimo et sincerissimo fonte deriuatum hoc corpus demonstrant.

Vnde haec oriunda esse foliis superstitibus ex codice aliquo prioris classis detruncatorum, quae mox cum quaternionibus in fine abreptis in unum corpus coalescerent, olim probare studui, nec habeo cur ab illa opinione nunc recedam (uid. Ueberl. p. 281 sq. et in ea parte commentationis meae, qua de Technopaegnii libris egi a p. 282 ad 291.)

Haec igitur nostra est de libris Ausonianis sententia, qua quid auctoritatis singulis ordinibus concedamus in uniuersum, sat apparebit. interim priusquam ipsos codices describamus, quo facilius intellegatur, quo modo illi tres ordines inter se partiti sint copias Ausonianas, hanc subiciam tabulam:

	Voss. III	Paris. 8500 et Excerpta	Tilianus cum suis et Cantabri- giensis
I Praefatiunculae			
I. II Lectori. Syagrio. . . . .	V	—	—
III Theodosii epistula . . . . .	—	P	—
III Theodosio . . . . .	V	P	—
II Ephemeris			
I. II. III—VI VIII. . . . .	V	—	—
III Oratio . . . . .	V P*	—	CZ
VII ad notarium . . . . .	—	—	Z

\* ) P = Paris. 7558

	Voss. 111	Paris. 8500 et Excerpta	Tilianus cum suis et Cantabri- giensis
III Domestica			
I de Herediolo . . . . .	V	—	—
II uersus paschales . . .	V	P	Z
III oratio uers. rhopal. . .	V	—	—
IIII Epicedion praef. . . .	V	—	—
carmen . . .	V	—	Z
V. VI Precationes cons.	V	—	Z
III—VI Parentalia Professores			
Epitaphia . . . . .	V	—	—
VI 27—35 Epitaphia poste- riora:			
27 Niobe . . . . .	V	—	—
28—30 Diogenes . . . . .	VR	—	Z
31. 32 hom. felicis Lucii .	V	—	Z
33. 34 equo admirabili. Cari	V	—	—
35 matronae . . . . .	V	—	Z
VII Eclogarum liber, 1 . . . .	V	—	—
{ 2 . . . . .	V	P	—
2 appendix . . . . .	—	P	—
3—5 (Vir bonus. Est et Non. Hesiodion).	V	Exc.	—
6—18, 20—24, 26—27 . .	V	—	—
19 (de mensibus) . . . . .	—	—	Z
25 (Herculis aerumnae) .	V	Exc.	Z
VIII. VIII Cupido. Bissula . .	—	—	Z
X Mosella cum ep. Symmachi	—	Exc.	—
XI Vrbes . . . . .	V	P	—
XII Technopaegnion (1—14)			
1 . . . . .	V	—	—
2 . . . . .	—	—	Z
13 . . . . .	V	—	—
reliqua . . . . .	V	—	Z
<i>eadem cum V sed omissis 11—14:</i>		<i>eadem sed omissis praefationibus pro-</i>	
v		<i>saicis 2 et 4:</i>	
non nisi 3, 5 et 6:			C
p			
XIII Ludus . . . . .	V	P	—
XIII Caesares I Monosticha . .	V	Exc.	Z
II Tetrasticha . .	V	Exc.	Z
non nisi 13—18:			

	Voss. III	Paris. 8560 et Excerpta	Tilianus cum suis et Cantabri- giensis
XV de Fastis 1 . . . . .	V	—	Z
2 . . . . .	V	—	—
3. 4 . . . . .	—	—	Z
XVI Grifus . . . . .	V	P	Z
XVII Cento . . . . .	—	—	Z
XVIII Epistularum liber			
1. 2. 3 Symmachi et Au- sonii . . . . .	V*)	P	—
4 Paulo . . . . .	V	—	Z
5 — . . . . .	V	—	—
6—10 Paulo }			
11 Tetradio }	—	—	Z
12 Probo }			
13 Vrsulo }			
14 Theoni . . . . .	V	—	Z
15—17 Theoni }			
18 Hesperio }			
19 patri }	V	—	—
20 filio }			
21 Genethliacos . . . . .	V	P	—
22 Protrepticus. . . . .	V	P	Z
23—26 Paulino . . . . .	—	—	Z
27. 28. 29. 30, 1—49. 31			
Ausonii et Paulini .	VII	P	—
(in VII om. 27, 1—102)**)			
30, 49—68 . . . . .	—	P	—
32 Oratio Paulini. . . . .	VII	—	—
33. 34. Paulinus Gestidio	V	—	—
35 Fragmenta epistula- rum . . . . .	auctor de du- biis nominibus	—	—
XIX Epigrammata I 1—24	V	—	Z
paucis tamen exceptis,			
nam libri inscriptio adest:	V	—	—
ep. primi inscr. adest:	—	P	—
5 et 6 . . . . .	V	—	—
21 et 22 . . . . .	—	—	Z
24 . . . . .	V	Exc.	Z

<sup>\*)</sup> accedunt libri Symmachiani.

\*\*) accedunt libri Symmachia

	Voss. 111	Paris. 8500 et Excerpta	Tilianus cum suis et Cantabri- giensis
XVIII Epigrammata II			
25 inscr. et u. 1—8 . . .	—	Exc.	—
u. 6—8 . . . .	—	—	Z
26—112 . . . .	—	—	Z
XX Gratiarum actio . . . .	—	—	Z

Hinc etiam elucebit, quam ego in ordine opuscularum constituendo secutus sim normam: seruauit quantum fieri poterat eum, quem suppeditat Vossianus liber omnium plenissimus, ita tamen correctum, ut quidquid eclogarum cum tituli memoria perscriptum est a folio 3<sup>r</sup> col. 1 u. 16 ad fol. 4<sup>u</sup> col. 2 u. 29 conmutarem cum domesticis eis quae leguntur a fol. 17<sup>r</sup> col. 1 u. 6 ad fol. 18<sup>u</sup> col. 1 u. 18; porro interponerem qui conuenire eis locis uidebantur ex causis supra allatis seruata in *P* et Excerptis et *Z* opuscula, sc. Cupidinem Bissulam Mosellam Centonem Gratiarum actionem; in epistulis retenta eorum ad quos missae erant serie, quae Vossiano libro indicata erat, quae *Z* libri suppeditabant, adderem. Epigrammatum duas series ab Ausonio ut institutas ita editas quoque ostendunt ep. 1 (34), quod seruauit *P*, ep. 24 (72), quod ultimum seriei alicuius euincit *G*, ep. 25 (9), quod alterius seriei primum demonstrat et *B* et primorum uersuum iactura (quae ut deprimeretur carmen in ordine effecit), quam cepit in *Z* libris: has igitur restitui series, ut tamen in primam (quae est earum, quas Vossianus solas continet) reuocarem ep. 22 (91), quo socio ep. 23 (92) indigere uidebatur, itemque Graecam uersionem 21 (88). quod ad notarium uersus in Ephemeridem reduxi, nemo non bene factum concedet. in altera serie ab ordine, quem libri *Z* tradunt, qui consilio non uidebatur carere, non nisi raro, ubi res postulabat, recessi.

## I. Decurtati in fine.

### A. LIBRI LVGDVNENSES

deriuati ex archetypo postquam abreptus est Mosella.

V *Codex Leidensis Vossianus lat. 111 membr. s. VIII in. scriptura longobardica exaratus foll. 40 (olim 41). novem olim constabat quaternionibus, quod produnt numeri foliis 8<sup>u</sup>, 16<sup>u</sup>, 24<sup>u</sup>, 32<sup>u</sup>, 40<sup>u</sup> ultimis adscripti, nunc prioribus quattuor amissis quinque restant. folium duodecimum (quartum sexti quaternionis, qui nunc est alter), quod continebat Professores XVI—XXII (205—212), post Lugdunensium editorum aetatem excisum est, unde horum lectiones eis in partibus adhibendae erant (V\*).* singulae paginae binarum sunt columnarum (praeter fol. 10<sup>u</sup> et 11<sup>r</sup>, de quibus uid. infra p. 54 sq. et 58 sq.), uersuum plerumque 32; tituli plerique maioribus litteris exarati minio. ipsius librarii manus quaedam correxit; praeterea trium potissimum manus ueterum correctorum conspiciuntur, quorum longobardicis litteris atramento nunc flauescente primus, alter minutioribus atrioribusque litteris est usus; tertius grossioribus atque non satis elegantibus et mundis textum inquinauit. atque hic quidem euani-dos locos ita saepe refinxit, ut pristinae scripturae uestigia omnino obruerentur. cuius rei exemplum est Achilli epitaphium, cuius heliographum specimen addita editioni nostrae tabula exhibit. accedit quarta manus recentior, quae in eo uersata est maxime, ut conpendia leuaret litteris supra scribendis; nam iuxta lineolam uocali superpositam n litteram adiecit, q in q (i. quae) mutauit, b et n commutata sescenties correxit. uerum tamen post tot doctorum uirorum labores\*) cum paene exhaustus uideri possit Vossianus

\*) contulerunt uel totum uel ex parte librum LMueller 1863, AHolder 1867, OAxt 1872, HJMueller, WBrandes, ego et

noster, singularem operam qui in eo conlocet optandus est, ut accuratius discernantur horum correctorum manus, ex quibus qui sunt aetate priores non carent auctoritate.

Non placuit huius libri, qui alios omnes longe superat auctoritate, ne eas quidem in adnotatione praetermittere scripturas, quae ad orthographiam solam spectant, praesertim cum omissa uiliorum codicum turba, quorum nulla erat in uerbis poetae constituedis auctoritas, satis daretur spatii. quapropter hic de orthographia disserere supersedeo, de qua antea dictum est satis post LMuellerum (uid. Fleckeiseni Ann. 1866 p. 394) a me (Ueberl. p. 259 sqq.) et Schenkelio (p. XXIII not. 222). compendia uero litterasque v et s a librario sui saeculi more superscriptos (uelut *ca<sup>r</sup>t<sup>s</sup>*) commemorare non opus esse duxi, ne eo quidem excepto compendio, quod passim et *pro* et *per* praepositionem significat p (nam p demum a fol. 26 col. 2 med. usurpatur ab librario). neque quartae illius manus correcturas orthographicas, quae nullius prorsus sunt momenti, curauimus.

Ceterum folium 11<sup>r</sup> photographiae ope depictum, quod egregium ornamentum est editionis Berolinensis, multa explicabit, quae uerbis non satis dilucide possunt exponi.

Quid in singulis paginis Vossiani sit perscriptum, accurate indicant quae secuntur pagellae.

f. 1      + ABhNC AUSONOPUSCvLd<sup>II</sup>

AUSONIUS LECTORI SAL<sup>V</sup>TE

Ausonius genitor nobis ego nonme eodem

col. 2      Dum nulli fuerit discipulus melior

u. 12 AVSONIUS SUAGRIO

u. 17 TEUDOSIO Ā ausonius'

HSchenkl 1875, Aem.Baehrens 1876, MMertens 1879, HSchenkl iterum 1881, ego iterum 1884; et Holderi conlatione Schenkelius usus est, mihi suam concessit HJMueller.

- f. 1<sup>r</sup> Sepe mora est cotiens contra parem diuites  
u. 7 <sup>EM</sup> INCIPIT EPHERIS ID EST TOTIVS DIEINEGOTI<sup>U</sup>,  
u. 32 IT PARECBASIS SAFFICO ADDIMETRUM  
col. 2 Puer eia surge et calceos  
u. 22 ORATIO quam spes fides [*Parecbasis ultimi uersus pars*]  
f. 2 Tempore quo —  
col. 2\*) Da pater eterni spiratum —  
f. 2<sup>r</sup> Iudicium sperare tuum —  
u. 11 EGRESSIO  
u. 21 LOCVS INITIATIONIS  
u. 29 LOCUS ORDINANDI QVOQUI.  
col. 2 Fallere namque solent —  
f. 3 Ecce ego iam mallim —  
u. 16 INCPT EGLOGAR<sup>E</sup> DENOMINIS<sup>S</sup> SEPT<sup>E</sup> DIER<sup>E</sup>  
col. 2 Fetifet<sup>E</sup> aprilem  
f. 3<sup>r</sup> Concludens numerum  
col. 2 Hoc numero mensis  
f. 4 Procedunt dapplices  
col. 2 Hec quoque temporibus  
f. 4<sup>u</sup> Natalem Herculeum  
col. 2 Aridaque estatis  
u. 30 PRECATIO CONSOLIS DESIGNATI PRIDE K<sup>E</sup> L<sup>E</sup>  
FASCIBVS SUMTIS  
f. 5 Consulis ausonii  
col. 2 Iam uenit augnustus  
u. 20 IT PRECATIO K<sup>E</sup> IANUARIIS<sup>A</sup>  
f. 5<sup>u</sup> Et nobus hiberno .  
u. 5 INCIPIT PARENTALIA FELICITER PREFATIO INPROS<sup>A</sup>,  
col. 2 Ille etiam mesti  
f. 6 Eternum placidos  
col. 2 Qua lugdunensis  
f. 6<sup>u</sup> Equales inter  
col. 2 Eredes solo  
f. 7 Pque nobē celepf te fleo olimpiadas  
col. 2 Inrumpis mesti  
f. 7<sup>u</sup> Artes paternas inbibit  
col. 2 Ereptus nobis  
f. 8<sup>r</sup> Uis perculit inuida fati  
col. 2 H̄eu nimium iubenis

\*) habet 33 uersiculos.

- f. 8<sup>u</sup>\*) Obtatis n̄ſaf  
col. 2 u. 8 et 11 uacui, 9 et 10 inscriptio  
uu. 1—5 uacui propter membranam lacunosam,  
u. 6 inscriptio:  
PAULINUS SORORIS GENER  
u. 7 uacuus  
u. 24 et 26 uacuus, u. 25 inscr.: Emilia driadia //  
matertera minusculis litteris
- f. 9<sup>r</sup> Inuida mors rapuit  
col. 2 Coniunxit n̄ſaf  
u. 19 sq. Finiunt parentela al. in marg. add.  
u. 20 INCIPT COMMEMORATIO PROFESSORUM  
BURDIGALENSIŪ PREFATIO.
- f. 9<sup>u</sup> Non equidem certans  
col. 2 Tū quā heredis egens
- f. 10 Formam dedisti filiis  
col. 2 Et inde nobis n̄ma
- f. 10<sup>u</sup> Felix quietis si maneres litteris  
u. 21 ALETHIO MINERUIO FILIO RETHORI  
O flos iubenum Tu primeuis  
col. 2 Commoda fati Inclitus auxit
- f. 11. Blande leonti et iubat tristi celebrare cura  
col. 2 GRĀMATICIS LATINIS BVRDIGALESIĒS PHILOGOS  
Nunc ut qvemq; mici Γ metrum qui supra pen-  
temimere
- Flebilis officii AMMONIO ANASTASIO  
Religiosus honor GRĀMATICO PICTAUTORŪ  
Suggeret expediam Qui rudibus pueris etc.  
u. 30: Religiosū etenim ERCULANO SORORIS  
Commemorare FILIO GRAMM  
Gramaticā patrie BURDĪ
- f. 11<sup>u</sup> Herculane qui profectus  
col. 2 Agrici positus  
u. 32 Duos relinquens liueros morte oppetis  
excidit
- f. 12 DINAMIO BVRDIGALENSI qVI IN SPANIA DOCVIT ET OBIT
- f. 13 col. 2 Flete diu nobis  
(u. 28 marg. FIN al. add.)
- u. 29 AUSONIUS LECTORI SUO SALUTEM  
Ad rem pertinere existimauit

\*) f. 8<sup>u</sup> in utraque columna 31 uersus habet, quorum aliquot uacui sunt.

- f. 13<sup>u</sup> eorum qui uel peregrini burdigalenses  
col. 2 <sup>U</sup> ULIBIXIS EPITAFIO aðð.  
f. 14\*) <sup>XI</sup> CYNHO  
col. 2 Uiderunt aliquod crudelius haëctore tracto  
f. 14<sup>u</sup> Ocius ista ruunt *flemmata epit. XXIIII XXV antecedentium epitaphiorum ultimis uersibus addita*  
col. 2 Fidite ne regnis <sup>CHMA KYNOC LEGITIS</sup>  
u. 2 Quicñq<sup>s</sup> hoc n̄sm xxvi POLIXENE  
f. 15\*\*) Effigiem rex croese [*post XXXI unum lemma excidit*]  
col. 2 Funis ead  
u. 16 uersui add. prim. fin, al. add. praetera EPITABIA  
u. 17 AUSONIUS ðREPANIO · FILIO  
f. 15<sup>u</sup> Hic nō deligere  
u. 4 EX GRECO PYTAGORICON DE AMBIGUITATE ELIGENDE UITE   
col. 2 Timō palladiis  
u. 18 DE UIRO BONO PYTAGORICE ATIOACIC  
f. 16 Omnia quam longi  
u. 13 NAY · KAY OY PITAGORICON  
col. 2 Est nocturna homini  
u. 7 DE AETATIBUS · HESIODION ·  
u. 25 DE RATIONE LIBRAE ·  
f. 16<sup>u</sup> Unde uires uirgoq<sup>s</sup>  
u. 27 DERATIONE PVERPERII MATVRI  
col. 2 Nec sol in nobis  
f. 17\*\*\*) Nescit compariles  
u. 6 INCIPIT DE EREDILO PRAEFATIO INPROSA

\*) f. 14<sup>r</sup> col. 1 non nisi 27 est uersiculorum, col. 2 tantum 26 habet propter mancam inferiore in parte membranam.

f. 14<sup>u</sup> col. 1 item 27 uersuum, col. 2 uersuum 32, ita ut epitaphii XXVIII Ultimus uersus cum sequentis inscriptione faciant tres uersiculos:

Cur sciphe te dixit gesto  
superuacuum. XXX  
IDEM

\*\*) f. 15<sup>r</sup> col. 1 uersuum 33, col. 2, ut plerumque fit, 32, ita ut columnae prioris tres primi uersus respondeant duobus primis alterius columnae.

\*\*\*) f. 17<sup>r</sup> uersuum 31, f. 17<sup>u</sup> uersuum 28.

- col. 2 Lugeribus colitur  
 u. 12 UERSUS PASCALES PROCODICTI .  
 f. 17<sup>u</sup> Ut super aequoreas  
 u. 13 INCIPIT ORATIO CONSULIS AVSONII  
     UERSIBUS ROPALICIS  
 col. 2 Da rector modicos  
 f. 18 INCIPIT EPHICEDION IN PATRE  
     PREFATIO IN PROSA  
 u. 20 NOMĒ EGO AUSONIUS Nō ULTIMVS ARTE MEDĒCI  
 col. 2 Ipse mihi nūquam  
 f. 18<sup>u</sup> Aegregia etnuptae  
 u. 18 FINIT EPICEDION IN PATREM (atr.)  
 u. 19 INCIPIT ORDO URBIUM NORILIUM (minio)  
 col. 2\*) Byzantina ligos  
 f. 19 Deliciis opibus  
 col. 2 Nec coibes populos  
 f. 19<sup>v</sup> Excludunt que italos  
 col. 2 Dispositū et latas etc. eadem m. qua uersus qui  
     uere primus est paginae:  
     Tum respondentes etc. in ras. scr. \*\*)  
 u. 26 (proprie 25) PREFATIO TECHOPEGNII AUSONIUS PACATO  
     PROCONSULI  
 f. 20 Aliaque sophistica —  
 col. 2 culi<sup>s</sup> monosyllabis terminantur —  
 f. 20<sup>v</sup> Sexus uterque potens —  
 col. 2 Hiuc cibus hinc potus —  
 f. 21 x.' DE UERE PRIMO  
 col. 2 Uocibus in grais —  
 f. 21<sup>u</sup> An libiae ferale malum —  
 u. 10 Ausoni<sup>v</sup>s consul drepanio pro cōsst  
     āid  
 col. 2 Nobis pudendum hoc et atticis quoque  
 f. 22 Spartane chilon sit tuum —  
 col. 2 quod longius fit —  
 f. 22<sup>u</sup> Per ministrorum ducitur —  
 col. 2 Ariston metron —  
 f. 23 Latinum est sponde noxa praesto tibi est  
 col. 2 Spectata cui non —  
 u. 21 Adonius mesperio filio fo

\*) altera f. 18<sup>u</sup> columna habet 33 uersus.

\*\*) itaque col. 2 ab origine 32 habuit uersus, post correc-turam 33.

- f. 23<sup>u</sup> Ultimus aeneadum —  
u. 32 subicitur tamquam u. 33: FINIŪT MONASTICA, (pr. m.  
atram.)  
col. 2 INCIP̄N TETRASTICHA  
NUNC et predictos —  
f. 24 Polluit et clausit iulia sacra nero  
(u. 21 rasura uacuus)  
col. 2 Uix tanti est —  
f. 24<sup>u</sup>\*) HELIULUS PERTINAX  
u. 29 et 30 uacui.  
u. 31 CONCLUSIO AUSONIUS ESPERIO · FILIO · SAL.  
col. 2 Digessi fastos —  
u. 13 AUSONIUS SUMMACO PROSA  
(u. 33 meam facta est in uitatio' deinde spatium  
c. 8 litt. uacuum)  
f. 25\*\*) Non illa de rubrii conuiuio —  
col. 2 uulgus ignorat sciatque me Occupatum  
u. 13 GRIPVS TERNARII SVMERI.  
f. 25<sup>u</sup>\*\*\*) Tris uolucres tris semideae —  
col. 2 Tris primus par impar habet  
f. 26 (Ter decios ternos habeat deciesque nobenos postea  
supra u. 1 pr. m. additum.)  
u. 1 SIMACVS AUSONIO  
Mērum mici gaudium —  
inter u. 7 et 8 uerba quac librarius initio omi-  
serat interpositi; in marg. inferiore unum uer-  
sum omissum suo loco pr. m. adiecit.  
col. 2 didascalicum seu protrepticum —  
u. 17 Ausonivs simaco.  
Modo intellego —  
f. 26<sup>u</sup> pondus prohibet —  
col. 2 sosiae formidinem —  
u. 24 AUSONIUS · AXIO SIMACUS: ausonio,  
Etsi plerumque —  
f. 27 existimabor si iuste persequar —  
u. 8 AUSONIUS · AXIO · PAULO · RETORI · SAL<sup>2</sup>  
Taudem eluctati —  
u. 23 IR · AUSONIUS · PAULO ·  
Hostrea nobilium —  
col. 2 Adsuefacte meis —

\*) f. 24<sup>u</sup> uersuum 33

\*\*) f. 25<sup>r</sup> uersuum 33.

\*\*\*) f. 25<sup>u</sup> uersuum 33, sed pr. m. postea addidit infra tres  
alios uersiculos.

- f. 27<sup>u</sup> Orbe uagus conuiua loquor —  
u. 11 AUSONIUS THEONI *D.*  
Ausonius cuius ferulam —  
col. 2 An maiora terrens —  
f. 28\*) Dumnitoni tales —  
col. 2 Qui pentemimeren —  
u. 20 Ausonius. teoni cum et triginta ostrae  
grandia quidem set. tam pauca misisset.  
Expectaueram ut rescriberes —  
f. 28<sup>u</sup> Hostrea baianis —  
col. 2 Aut septem geminis  
u. 4 *uacuus*, u. 16 *uacuus*  
u. 27 AUSONIUS THEONI  
Ausonius salbe —  
f. 29 Huc adde estibos —  
col. 2 Lucilii uatis —  
u. 2 AUSONIUS CONSUL UATEM RESALUTO THEO<sup>i</sup> // /  
Aurea mala theon —  
u. 9 AUSONIUS HESPERIO *sō*  
Qualis picenae — (*ultimo ueisui add. etram.*:  
UĀLĒ BENE UT UALEĀ)  
u. 28 AUSONIUS AD PATRĒ DESUSCEP. FILIO  
Credideram nil posse —  
f. 29<sup>u</sup> Ipse nepos te fecit —  
col. 2 Exiguum quod abuus —  
u. 5 INCIPIT · PATER AD FILIUM.  
u. 6–8 Quum temporibus — de litterariis scriptum  
(*atr.*)  
u. 9 DEBEO ET HANC NS̄IS FILI DULCISSIME C̄VIS (*minio*)  
Historiam —  
u. 31 AUSONIUS · AVUS · AUSONIO · NEPOTI  
Carmina prima tibi —  
f. 30 Trad̄eret adsidui *¶*  
u. 27 UALE NEPOS DULCISSIME. (*atram.*)  
u. 28 INCPT LIBER PROTREPTICUS ADNE  
Potem: AUSONIUS HESPERIO FILIO.  
Libellum quem —  
col. 2 Quam ipse recitare —  
u. 24 UALE FILI DULCISSIME *D.* (*atram.*)  
u. 25 AD NEPOTEM AUSONIUM.  
Sunt etiam musis —

\*) foll. 28 et 31 et 35 et 38 membranulae sunt ceteris et  
tenuiores et latitudine inferiores: habent enim 28 > 20 centi-  
metros quos dicunt, cum pleraque folia habeant 28,5 > 22,5 cm.

- f. 30<sup>u</sup> Quod magis alternum —  
col. 2 Hac gradiare bia —
- f. 31 Produxo quamquam imperium —  
u. 27 QVM PONTIUS PAULINUS IUNIOR QUARTIS IAM LITTE  
RIS NON RESPONDISSET SIC AD EUM SCRIPTUM EST.  
Quarta tibi hec —
- col. 2 Unde istum meruit —
- f. 31<sup>u</sup> Litera et irato —  
col. 2 Alpinis conexa iugis —  
u. 6 FINIT AEPISTOLA AD PAULINUM (atr.)
- u. 7 INCPT ALIA AD EUNDEM CUM ILLE AD ALIAMA (min.)  
GIS RESPONDERE NEQ<sup>VE</sup> SE BENTURUM (atr.)  
POLLICERETUR (min.)  
Discutimus PALINE iugum —
- f. 32 Non animus uires —  
col. 2 Paulinum ausoniumque uiros
- f. 32<sup>u</sup> Dispositi totum —  
u. 8 AUSONIUS PAULINO.  
cis  
Agnosne tuam —
- col. 2 Vicina ingreditur —  
u. 7 IT AD E<sup>V</sup>NDEM P<sup>O</sup>T PA<sup>V</sup>LINUM EPIS<sup>I</sup>OLA subinde scripta  
Proxima que n<sup>l</sup>e
- f. 33 Non respondentes —  
u. 11 AUSONI<sup>S</sup> PAULINO (al. m. corr. AUSONIO PAULINUS).  
Continuata m<sup>ee</sup> —
- col. 2 Inrupit pepulit —  
u. 28 AUSONIUS PAULINO (al. m. corr. AUSONIO PAULINUS)  
Defore me patri<sup>s</sup> —
- f. 33<sup>u</sup> Amplector patro —  
col. 2 mens noba mi fateor —  
(supra alius uersus, quem omiserat librarius, ad-  
ditus: Ausonii fert ille tu<sup>q</sup> etc., qui et suo l<sup>co</sup>  
repositoris legitur inter u. 10 et 11 huius paginae.)
- f. 34 Adtamen haec illis /edisententia uisa est. infra  
in marg. add. uersus a librario omissus
- col. 2 Non recipit mens pura —
- f. 34<sup>u</sup> Inter et umbrosos —  
col. 2 In mala peruersi
- f. 35 Ponderibusque grauis —  
u. 26 AUSONIO PAULINUS  
Quarta redit duris —

\*) f. 33<sup>u</sup> uersuum 35.

- col. 2 Trina etenim uario —  
u. 13 AUSONIO PAULINUS  
Quid abdicatas  
f. 35<sup>u</sup> Figmenta uatum nubilant.  
col. 2 Quae quas uidemus spernere  
f. 35B Gratare si uiuam ut libet  
u. 2 INCIPIT ORATIO SCI PAULINI  
Omnip̄s genitor —  
u. 22 IT̄ · EPIGRAMMATA AUSONII DE DIUERSIS REBUS  
Si tineas —  
col. 2 Hunc studeo ulcisci —  
f. 35B<sup>u</sup> Pallentem et multa —  
col. 2 Et riget et surda est —  
f. 36 Decepte felix —  
col. 2 Auctorem ut feriant —  
u. 2 INCIPIENT EPISTOLAE SCI PAULINI  
DÑO MERITO SUSPICENDO GESTIDIO PAULINUS  
Iniuria quidem est —  
u. 24 ITEM ALIA ADQUEM SUPER ·  
Pauperis ut placeat —  
f. 36<sup>u</sup> Transmisi aequoreo —  
u. 5 IT̄ EPISTOLA SCI PAULINI ADNICETAM EPSCM\*)  
col. 2 Spiret inauras.  
f. 37<sup>u</sup> Vela tumescent  
col. 2 Dardanus hospes  
f. 37<sup>u</sup> Aedificare  
col. 2 Sume coronam finit  
u. 2 IT̄ UERSUS SULPICI LUPERCI SERBASTI IUNIORIS  
Omne quod natura — [Anth. Ries. n. 648]  
u. 15 IT̄ EIUSDEM DE CUPIDITATE.  
Heu misera in nimios — [Anth. Ries. n. 649]  
f. 38 Fundier affectus — [ib. u. 18]  
u. 25 UERSUS PETRONII  
Quid faciunt leges — [Petron. c. 14]  
col. 2 IT̄ EIUSDEM  
Qui pelago credit — [Petron. c. 83]  
u. 8 IT̄ EIUSDEM  
Fallunt nos oculi — [Anth. Ries. c. 650]  
u. 18 IT̄ EIUSDEM DE SOMNIIS  
Somnia quaे mentes — [Anth. Ries. c. 651]  
f. 38<sup>u</sup> Et cauis in somnis — [ib. u. 15]  
u. 3 IT̄ CLAUDIANI DE EADEM RE  
Omnia quaе sensu — [Anth. Ries. c. 652]

\*) hoc carmen Muratorius aestate a. 398 scriptum dicit.

- u. 14 INC<sup>T</sup> EPISRAMMATŪ OBIDII OBIDII NASONIS IN LIBRIS  
ENCIDARUM UERGILII PRAEFATIO  
Vergilius magno — [Anth. Ries. n. 1]
- u. 26 LIBER PRIMUS  
Vir magnus bello — (*in ceteris libris numerus primo cuique uersui add. in marg.*)
- col. 2 Quin etiam nebula septus — [ib. I 7]
- f. 39 Consceditque puram [ib. IIII 9]
- col. 2\*) VIII Dat belli signum — [ib. VII 1]
- f. 39<sup>u</sup> Euander patrios — [ib. XI 4]
- u. 18 IT̄ EXASTICA SULPICI CARTAGINENSIS IN EISDEM  
LIBRIS PRAEFATIO  
Carmina uergilius — [Anth. Ries. c. 653]
- u. 26 LIBER PRIMUS  
I Arma uirumque canit — (*ceterorum librorum nu-  
merus in marg. add.*)
- col. 2 Ora tenent — [ib. u. 14 = II 2]
- f. 40\*\*) Turnus adest monet — [ib. u. 47 = VII 5]
- u. 33 TETRASTICA IN CUNCTIS LIBRIS UERGILII. PREF
- col. 2 Qualis bucolicis — [Anth. Ries. 2 1—4]
- u. 5 Buc Titirus agresti — [ib. 5—8]
- u. 9 SEOR Sidera deinde — [Anth. Ries. c. 654, 1—4]
- u. 13 IAEN Arma uirumque — [ib. u. 5 sqq., librorum  
numeri in marg. add.]
- f. 40<sup>u</sup> Descenditque domus — [ib. u. 26 = VI 2]
- u. 28 IT̄ MONOSTICA IN LIBRIS AENEIDOS  
Aeneas primo — [Anth. Ries. c. 1, ubi decastichis  
praemittuntur]
- col. 2 Quintus habet Iudos — [ib.]
- u. 9 IT̄ EPIGRAMMA A CESARIS IN CONFIRMATIONE  
EORUNDEM LIBRORUM.  
Nescio quid fugiente anima — [Anth. Ries. c. 655]
- u. 23 ENICMATA  
Si me retro legis — [Anth. Ries. c. 656—657<sup>c</sup>]  
u. 23—33 alia m. addidit.

---

Quae Sannazarius ex Vossiano collegerat (uid. Ueberl. c. X p. 344—353, Schenkl p. XXXIII), tribus ad nos exemplaribus aliorum manibus scriptis peruenierunt, in nullo integræ, deprauatae in omnibus; ea sunt

\*) f. 39<sup>r</sup> col. 2 et f. 39<sup>u</sup> uersuum 33.

\*\*) f. 40<sup>r</sup> uersuum 33; columna altera a primo librario non tota perscripta est.

1. *cod. Vindobonensis 3261* p 335 chart. s. XVI = *v* in Prof. XX.
2. *Hieronymi Aleandri apographum*, quo usus est Mariangelus *Accursius*<sup>\*)</sup> in Diatribis editis Romae 1524. Accursiique impresso exemplari, non scriptis copiis usus est *Vinetus*.
3. ex Aleandri schedis nescio quis in *Iuntinac exemplar* olim Romanum, quod possidet Schenkelius, quaedam ex Sannazarianis transtulit. uid. Schenkl. p. XXXV. = *s* in Prof. XX.

Sannazarius „*ex alio codice bybliothceae in Araris insula*“ descriptis ep. 4 (75) de Eunomo, quod ut a textu Vossiano, ita a *Z* recedit (schedae Sannaz. Vindob. 3261 f. 26<sup>r</sup>). nescio an ex eodem fonte manauerint alia quae in eius excerptis leguntur (uid. Ueberl. 349 not. 250) uelut Ecl. 17 (382) „*Principium Iani* —“ (quod prorsus abest a libris *Z*), „*Epitaphium Archelai*“, quod inscriptione omissa etiam in cod. *Parisino* 2832 legitur f. 122<sup>r</sup> et <sup>u</sup>\*\*), qui olim erat *bibliothecae S. Augendi* (St. Oyan) in Iura monte (S. Claudi coenobium postea dictum est), cuius in catalogi reliquiis s. XI compositi (quas edidit LDelisle Cabinet III 385) numerum habet 86; unde qui ibi praecedet codex

„n. LXXXV] . . . . libri carminum Ausonii consulis“  
quin fuerit cum Vossiano libro cognatus quis dubitet,

<sup>\*)</sup> de Accursii uita et scriptis uid. Aemilius Huebner in CIL II p. VII, Mommsen ibid. III p. XIX, Henzen ibid. VI, I p. XLVII.

<sup>\*\*) f. 122<sup>r</sup> Meam amice ne doleas sortem  
Moriendum fuit</sup>

Sic sunt hominum fata

*f. 122<sup>u</sup>* Sicut in arbore poma  
Immatura cadunt

Et matura leguntur

Hic legar hic uiuam nec nomen inane relinquam  
(relinquar *Sannazar.*)

O domus o musae durate manete ualete

qui meminerit inter illud monasterium et Lugdunenses artam fuisse necessitudinem (cf. Aucti opera ed. RPeiper p. 53, 11. 183 et 375). eiusdemque classis codice sine dubio usus est is, qui ante s. VII med. Lugduni ut uidetur libellum *de dubiis nominibus uel de generibus nominum* (Gramm. lat. ed. HKeil t. VII) conposuit (Ueberl. 296). nam praeter Ausoniana illa fragmenta quae infra p. 309 exhibui, ex Paulini carmine de Niceta — quod fortasse ex eodem codice transiit in Paris. 2772 — sex locos exscripsit, orationis unam, duo praeterea, quae in editis non inueniuntur:

p. 594, 7 K. Paulinus: zelus discrepat atrox.

p. 571, 17 et sicut (erit ut *codd., correxi*) arbor, quae propinqua flumini.

Ex Lugdunensis familiae codicibus dissipata sunt in miscellanearum conlectorum libros haec Ausoniana carmina:

Technopaegnii particulae aliquot habentur in his libris:

v Leid. Voss. Q 33 s. X f. 112<sup>r</sup>—113<sup>r</sup>

I 337 Ansonius Pacato proconsuli  
I (al. m.) Scio etc.

III 339 Finit p̄faē. Incip̄. tethopegnii textus  
II. Res hominum etc.

III 340 A Item p̄f monosyllabarum tantum in fine  
iositarum

III. Vt in ueterē etc.

Item prefatio uersibus (III cras.)

V 340 B III. Aemula/dis etc.

VI 341 V. De membris

VII 342 VI. De conexis

VIII 343 VII. De Diis

VIII 344 VIII. De cibis

X 345 VIII. De historiis

aliquot huius codicis lectiones al. m. in V transcriptae sunt (Schenkl XL cf. Ueberl. 347).

p Paris. 2772 s. XI f. 76<sup>r</sup>

Explicit de ninive: uēr: CII.

III 339 Incipit TECHO | PEG | NH TES | TVS  
Res hominum etc.

V 340 B I // TÈ PREFATIO VERSIBVS. IIII.  
Aemula dis etc.

VI 341 DE MEMBRIS V.  
Indicat in pueris etc.

f. 107 ex alio fonte transcripta legitur ecl. VI (382)  
de signis et mensibus XII.

Neuter horum neque ex V neque ex alterutro pro-  
fectus est (Ueberl. 286 sq.). utrumque ipse, Parisinum  
bis, excussi.

Eclog. 10 et 17 (376 et 382), monosticha de men-  
sibus et de duodecim signis, ante Bedae tempora\*),  
in unum quasi corpus coniunctae sunt cum aliis uer-  
sibus de mensibus, nempe Anthol. Ries. 394 et 395  
et Anthol. Meyeri 1028 (Ciceronis\*\*); in nullo tamen  
codice haec quinque carmina omnia habentur, utrum-  
que Ausonianum non nisi in *Durlacensi 36 F* ser. a.  
850, *Valentiano 330 bis* s. X., *Meermanniano* s. XI  
*Vrbinate 290* s. X/XI appareat hoc quidem ordine: 10.  
394. 395. 17. in re critica nullus eorum usus.\*\*\*)

\*) cf. infra p. 102. Rabanus de computo c. 39 (Mign. XCVII p. 691): „sicut ille qui uersibus inde cecinit heroicis ita: Respicis Apriles aries frixe Kalendas | Mains Agenorei miratur cornua tauri.“

\*\*) hoc ordine: ecl. 10, 394 R., 395 R., 1028 M., ecl. 17. cf. Ueberl. 310 Riese Rh. M. XXX 135 Baehrens Rh. M. XXXI 96 PLM I 201 V 349.

\*\*\*) quarto loco pro ecloga 17 Ciceronis uersus ponuntur in *Palatino Rom. 1448*, *Coloniensi 186*, *Harleiano 3091*, *Paris. 5443*, *Regio mus. Brit. 15 B XIX S. Gall. 397 et 459*, *Leidenensi Scalig. L. F. 36* (hic s. XI—XII, ceteri s. VIII aut X). — ecl. 10 cum solis 394 et 395 est in *Paris. 7886*, s. VIII/X, *Voss. Q 86* s. VIII; cum uno alterone ceterorum in *Oxon. coll. s. Joh. Bapt. XVII s. XI, Paris. 7362* s. XIII, *Carolin. Aug. 167* s. VIII, *Laurent. Strozz. 46* s. XIII, *Regin. 123* s. XI, *S. Gall. 251*. — ecl. 17 sine ecl. 10 praeter Araris insulae codicem supra citatum p. XXVIII est in *Laurent. 121* s. VIII, *Paris. 2772*, *Regin. 438* s. X, *Regin. 1723* s. XII, *Bern. 417* s. VIII, *Bern. 441* s. X., *Vindob. 3261*.

Ex libris Vossiano cognatis fluxerunt etiam  
de Niobe epitaph. 27 (244) et ep. 14 (23) in cod.  
*Riccardiano* 907 (olim Bartholomaei Fontii) f. 182<sup>r</sup>  
s. XVI.

de Diogene Cynico epitaphia 28—30 (248, 53,  
R 54) in cod. *Regio mus. Britannici* 15B XVIII f. 99<sup>r</sup>  
s. VIII uel X (habet etiam f. 83<sup>a</sup> eel. 10 (376), mono-  
sticha de mensibus et f. 102<sup>r</sup> monosticha de aerumnis  
Herculis\*)) cf. Baehrens mus. Rhen. XXXI 93, Zange-  
meister p. 513 sqq.; eadem sunt

in cod. *Treuerico bibl. ciuit. 1464* f. 116<sup>r</sup> s. XI uno  
titulo „Epitaphium Diogenis“ coniuncta (PLangen  
Symbola philol. Bonn. p. 263), qui illo deterior est.  
eorum archetypus autem (nam Treuericus non ex Regio  
fluxit) a Vossiano deductus est.

De dodra ep. 19 et 20 (86, 87) habet cod.  
*Paris. 8071* f. 10<sup>r</sup> s. VIII uel X in. (ARiese Jahrb.  
f. Philol. 1880 (121) p. 263), utrum ex *V* an *Z* in-  
certum.

alterius carminis 20 u. 2 laudat *Iulianus Toletanus*  
in Hageni Anecd. Helueticis p. CCXXXVII 19:

ius aqua mel uinum pan-s piper herba oleum sal.

Epistulae XXVII—XXXI etiam traditae sunt his  
codicibus operum S. Paulini.\*\*)

$\beta$  { *S Parisinus* 2122 (*Puteanus*) s. X. f. 90<sup>r</sup>—92<sup>r</sup>:  
Auson. ep. XXVIII (XXV), Paulin. c. X 19—  
102, Auson. XXVIII (XXIII), Paulin. c. XI,  
Auson. XXVII (XXIII), [uu. 6—20, 38—122  
desunt] Paulin. c. X 103—331.

B *Bruzellensis* 10703/5 s. XII f. 138 (= *Gandauicensis*

\*) „mentio duodecim uersuum precipuarnm uirtutum Her-  
enlis siue εργονφυον<sup>m</sup> ipsius.“

\*\*) prima editio operum Paulini haec est: Merop. Paul.  
Anic. Paulini Nolani epistolae et poemata luculenta (accura-  
tione et opera Jod. Badii). Paris. Petit. 1516. 8°.

Pulmanni Auson. ed. Antverp. 1568) quorum melior est *S*, deterior *B.*\*)

Ad hanc familiam pertinent codices, qui Ausonii ep. XXVIII (XXV 418), solam propagarunt, recentiores:

*Tilianus (Leidensis Voss. Q 107) f. 58<sup>r</sup>*, quo usus est *T* Vgoletus, ex multo uetustiore libro descriptus (uid. infra p. LXXI); porro nullius pretii quos Schenkelius examinavit: *Laurentianus XIII 20 f. 135<sup>r</sup> Paris. 9548 f. 120<sup>u</sup>* *Strozianus 18 Vrbinas lat. 45*, omnes s. XV, et *Vaticanus lat. 524* s. XVI.

Ex eiusdem familiae  $\beta$  codice aliquo transcripti sunt Ep. XXVIII (XXIII) uu. 24—27 (segmina — orbem) in cod. *Paris. 7297 f. 102<sup>u</sup>* s. XI (post Boetii musicam)\*\*) et in *Reginensi 1638* s. X. ex eadem epistula atque altera Paulini aliquot uersus habet\*\*\*) cod. *Bernensis 330* s. X f. 38<sup>u</sup>:

ANSONIVS PAVLINO [ep. XXVIII (XXIII) 28 sq.]  
Innumeratas possum celandae ostendere formas  
Et clandestinas ueterum reserare loquelas

Dirimit Paulinus quartae [ep. XXX 45]  
Fabula non terris absentia nostra diremit.

Singularis est ratio codicis *Parisini 7558* s. VIII, quem diligenter descripsit EDuemmler NArchiu. IIII 299 sqq. *P* dixi in Ephem. III, *II* in ceteris partibus. is a f. 90<sup>r</sup> Orationes Paulini et Ausonii cum utriusque epistulis complectitur. ibi post Marii Victoris epistulam ad Salmonem haec insunt:

f. 90<sup>r</sup> Incipit oratio sc̄i Paulini  
Omnipotens genitor rerum cui summa potestas etc.

\*) cf. E. Chatelain, Notice sur les manuscrits des poèmes de S. Panlin de Nole (= Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome. fasc. XIV) Paris 1880.

\*\*) utrumque indicauit GSchepss, alterum in NArchiu. XI 136 (legitur: *pergamenti, inscribe, dum resolutus =  $\beta$* ), alterum per litteras ad me datas.

\*\*\*) subicitur uersus Lucani III 33, Vergilii A V 467 et Martialis XIII 72

- f. 90<sup>v</sup> Inlecebras turpisque iocos obscenaque dicta etc.  
Incipit oratio sc̄i Ausoni [Ephem. III]  
Omnipotens solo mentis mihi cognite cultu etc.
- f. 91<sup>r</sup> Tempore quo tempus nondum fuit editus ante etc.
- f. 91<sup>v</sup> Sit satis antiquam etc.
- f. 92<sup>r</sup> Execror et tatitum etc.
- f. 92<sup>v</sup> Tempora cunctatur etc.  
Incipit Ausoni ad paulium [ep. XXVIII (XXV418)]  
Quarta tibi haec motus detexit epistola questus etc.
- f. 93<sup>r</sup> Somniferumque canit saepis depasta susurrum etc.
- f. 93<sup>v</sup> Non ego longinquo etc.
- f. 94<sup>r</sup> Ergo meum patriae etc.  
Finit Item Ausoni ad paulinu [XXVII (XXIII416)]
- f. 94<sup>v</sup> Proxima quae nostrae etc.
- f. 95<sup>r</sup> Vel lecedemoniam scarthalen etc.  
Ausonio paulinus [Paulini c. XI, infra ep. XXX]  
Continuata meae etc.
- f. 95<sup>v</sup> Cum maculata etc.
- f. 96<sup>r</sup> Copulat infirmis etc.  
Ausonio paulinus [Paulini c. X u. 103 infra XXXI]  
Defore me patriis etc.
- f. 97<sup>r</sup> Nam mea si etc.
- f. 97<sup>v</sup> Deque tua etc.
- f. 98<sup>r</sup> Visibus et nunc spe etc.
- f. 98<sup>v</sup> Testantur etc.
- f. 99<sup>r</sup> Poneret in etc.
- f. 99<sup>v</sup> Cumque maro galicis etc.
- f. 100<sup>r</sup> Saepe poetarum numquam etc.
- f. 100<sup>v</sup> Erroris stultus etc.
- f. 101<sup>r</sup> Increpitet tuba etc.
- f. 101<sup>v</sup> Si placet hoc etc.  
Ad paulinum Ausonius [Ep. XXVII (XXIII 417)  
u. 103—132]  
Agnoscisne tuam ponti dulcissime culpam etc.
- f. 102<sup>r</sup> Adpropera etc.  
Ausonio paulinus [Paulini c. X infra ep. XXXI.  
uu. 1—18]  
Quarta redit duris etc.
- f. 102<sup>v</sup> Anxia censurae etc.  
Ausonio paulinus [Paulini c. X infra ed. XXXI uu.  
19—102]  
Quid abdicatas etc.
- f. 103<sup>r</sup> Sibi reposcens etc.
- f. 103<sup>v</sup> Deusque nobis etc.
- f. 104<sup>r</sup> Contimpta praesens etc.
- f. 104<sup>v</sup> Sed curre motus etc.  
— libet. Finit

Incipit laus sc̄i iohanni. Summe pater rerum etc.

[*Paulini c. VI*]

f. 111<sup>v</sup> Inc. laudes domini cum miraculo quod accedit in  
Aeduico [*Fabr. 765*]

f. 114<sup>v</sup> Inc. heroo ad quem supra  
Iam mihi polliceor etc. [*Paulini c. XXII*]

f. 118 Inc. Bebiani diuerso modo et metro dictus [*Fabr. 775*]  
a f. 121 secuntur Flori Lugdunensis diaconi carmina.

---

Negaui olim Ausonii ad Paulinum, Paulini ad Ausonium epistulas ex conlectione Ausoniana in Paulinianam, quam non auctor, sed Gallicani amici eius instituerunt\*), esse translatas et duplicem horum carminum recensionem in primis epistulae XXVII (XXIII) mihi uidebar deprehendisse (Ueberl. 327 sqq.), alteram librorum  $\alpha$  (= *VPII*), alteram  $\beta$  (= *SB*). Schenkelius contra scripturam librorum  $\beta$  lacunis deformatam ac temere interpolatam censem atque ex communi fonte utrosque fluxisse. dubia res est, illud tamen certissimum librum *P*, quod mireris, mox cum Vossiano conspirare (et quidem in Ausonii oratione et ep. XXVII (XXIII), Paulini c. X 19—102, 103—331 et c. XI) atque non raro cum uno Vossiano contra codd. *P* et *S* se coniungere, mox contra Ausonianos libros *VP* accedere Paulinianis libris *SB* (quod fit in Ausonii ep. XXVIII

---

\*) Sane quod Paulinus ep. XLI, 1 ad Sanctum (scr. c. a. 407) dicit: „legimus in tergo epistulae adnotationem epistularum, quas meas esse indicastis. nam uere prope omnium earum ita inmemor eram, ut meas esse non recognoscerem, nisi uestris litteris credidisset. unde maius accepi documentum caritatis uestrae, quia plus me nobis quam mihi notum esse perspexi“: hoc ad epistulas Nolanas pertinet, nec credi potest Paulinum earum, quas ad Ausonium scripserat antea, obliuionem cepisse eandem. sed tamen minus etiam has eum quam Nolanas seruasse neque in scriptorum suorum seriem redigendas curasse consentaneum est. — ceterum ex Paulini carminibus, quae sunt in Vossiano, ea recepimus, quae scripta sunt eo tempore, quo coniuncti erant Ausonius et Paulinus, coguataque quodam modo cum Ausonianis ex Ausonii chartis oriunda uideri possunt.

(XXIII) et XXVIII (XXV)). igitur collectionis quae est in *II* conditori (quem Florum fuisse Lugdunensem diaconum suspicati sumus, utriusque familiae exemplaria prompta fuerunt: quam fuerit secutus eligendi ex alterutra rationem, non satis liquet.

Symmachianos libros, quibus quas Symmacho Ausonius, Ausonio Symmachus scripsit, traditae sunt epistulae, infra indicaui p. 141 et 220. Ausonianorum librorum maior multo in eis auctoritas, quam Seeckius iusto saepius deseruit, ego restitui. ceterum Ausonii epistulam in Symmachiana collectione ab initio positam fuisse inde probatur, quod Ennodius Ausonianaे collectionis ignarus non solum ex hac, sed ex ipsius Symmachi et ad Ausonium et ad alios epistulis quae-dam exscripsit (Ueberl. p. 192. unde corrigenda quae dixi p. 321).

Secuntur deriuati ex archetypo, priusquam abreptus est Mosella, libri Bobienses cum Veronensibus et Excerptorum Ausonianorum, qui unum olim effecerunt volumen.

#### B. LIBRI BOBIENSES VERONENSES

*P* 1) *Parisinus 8500* membr. s. XIII in Italia scriptus, foliorum 105. olim fuit Domini Francisci Petrarchae (uid. LDelisle, Cabinet des manuscrits I 139), post Ticini in Vicecomitum bibliotheca, unde in Gallias translatus est c. a. 1500.\*)

Mythologiam Fulgentii sequuntur haec Ausoniana:  
f. 14<sup>r</sup> Epistola decii Magni Ausonii ad Drepanium proconsulem.  
de ludo septem sapientum. Rca  
Explicit ludus .VII. sapientum. | incipiunt eorundem

\*) cf. Laurentii Pignorii Symbolarum epistolicarum liber, Patauui 1628, ep. XVI p. 54: „Ego sane scio Bibliothecam Ticinensem, nobile illud Vice-Comitum Ducum Mediolani monumentum, translatum in Gallias a Ludouico rege Anno MD. Vrbem Blesensem nobilitasse, et Gallicauas Bibliothecas locupletasse, teste Leonardo Maniaco Lib. IV Historiar.“

- nonina atque sententie — Explicant nomina et sententie septem sapientum R (uid. *infra p. 181 sq. not.*)
- f. 16<sup>r</sup> (Periochae nullo titulo) Finiunt periocha yliades | Incipit //ocha odissie.
- f. 20<sup>u</sup> Viro illustri Ausonio Paulinus [Paulini c. X 1—102, *infra Ep. XXXI*]
- f. 21<sup>r</sup> Ausonio Paulinus [Paulini c. XI, *infra Ep. XXX*] (Ausonio Paulinus. om. tit.) [Paulini c. X 103—331]
- f. 22<sup>u</sup> Epistola decii magni ausonii ad paulinum Rea [Ep. XXVIII (XXIII 416)]
- f. 23<sup>r</sup> Alia epl'a eiusdem ad eundem [Ep. XXVII (XXIII 417)]
- f. 23<sup>u</sup> Finit epl'a. Incipit alia eiusdem ad eundem R [Ep. XXVIII (XXV 418)]
- f. 24<sup>r</sup> Explicit. Epl'a symmachi ad ausonium [Ep. I]
- f. 24<sup>u</sup> Responsio Ausonii ad symmachum R [Ep. II (XVII. 407)] Rnsio ausonii ad symmachum. Symmachus ausonio [Ep. III]
- f. 25<sup>r</sup> Explicit ep<sup>a</sup> symmachi. Incipit epistola theodori augusti [Praef. III.] Responsua ausonii ad theodosium augustum Rea [Praef. III 469]
- f. 25<sup>u</sup>. Explicit. Epistola ausonii ad symmacum [Griphi praef. 335] Finit epistola. Incipit gripus ternarii numeri [Griphus 336]
- f. 26<sup>r</sup> Eiusdem προσωνοια in chartam [epigr. I (34)] Explicit προσωνοια. Incipit epistola ad esperium filium [Protreptici praef. = Ep. XXII. 321] Explicit epl'a Incipit προτρεπτικος ad Ausonium nepotem. [Protrept. 322]
- f. 26<sup>u</sup> Explicit protrepticos. Incipit eiusdem decimi magni ausonii genethliacos ad εὐκ̄αντην ausonium nepotem [Genethl. = Ep. XXI 323] Explicit genethliacos Incipit egloga eiusdem de ambiguitate uite elegende etc. [Ecl. II. 362] Haec quidem poetagorica est apofasis etc. [uid. p. 89]; sequuntur
- f. 27<sup>r</sup> Prudentii de natura animae [= Apotheos. 782 sqq.]
- f. 28<sup>r</sup> Incipiunt uersus pascales Decii Magni Ausonii [317] Finiunt uersus pascales. sequuntur Prudentii de fide [= Apotheos. 1 sqq.]
- f. 29<sup>r</sup> Decii magni ausonii cathalogus urbium nobilium. [285—298]
- f. 29<sup>u</sup> Explicit decii magni, ausonii illustris|simi. Viri Catha-

logus urbium nobilium. sequuntur ab Ausonio aliena,  
quae indicaui Ueberl. 222. e. g. f. 75<sup>r</sup> vita Prudentii.  
cum carmine de uitiis et uirtutibus i. praeфatione  
*Cathemerinon* (Per quinquennia iam decem — Ex-  
cuciensque piis de mentibus uicia cuncta).

De hoc libro Tristanus Chalcus in Historia patria  
l. II ad a. 379 (Graeuii Thes. antiq. Italiae II 139.  
Argelati I p. CCCXXIII) agit. nam de Ausonio loquens  
dolet eiusdem libellum de claris urbibus iniuria tem-  
porum maiori ex parte mutilatum et dimidiata car-  
mina fuisse subditque:

Nos uetusto codice ex Ticinensi Vicecomitum Bibliotheca  
prolato redintegrauimus et ubi quinque tantum imperfecta  
habebantur, nos decem et octo absoluta Vrbium Epigrammata  
edidimus\*), inter quae septimo loco est celebre illud:

En (leg. Et) Mediolani mira omnia, copia rerum etc.“

Chalcus autem non *Vrbes* solum sed etiam *Ludum*  
septem sapientium inde descripserat Vgoletoque de-  
derat. Vgoletus etiam Periochis, quas ex eodem aut  
simili codice descriptas possidebat *Antonius Bernerius*,  
usus est in adornanda editione sua.\*\*)

Pleniora quam Vgoletus quae in Parisino sunt  
Hieronymus Auantius habuit, cum iterum ederet  
Ausonium a. 1507, non tamen ipsum Parisinum, sed  
antiquiorem codicem adhibuit.

Ticinensi statim adiungo librum

p 2) *Musei Britannici Harleianum 2613 chart.*, qui  
unde uenerit in Angliam, non liquet. in primo tamen  
folio legitur: „⊕ 20 die Januarii 1721/22“.

f. 1<sup>n</sup> Prosopopea in chartam Decii Ausonii [34]  
inc. Si tineas cariemque pati te charta ucesse est:  
expl. Deputo siue legat que dabo: siue tegat.  
Finis.

\*) scil. in editione Ausonii Vgoletana.

\*\*) Accursius in Periochis apographo usus est accuratiore,  
quam quod Vgoletus a Bernerio acceperat, sed passim cor-  
recto ab homine docto, nescio an ipso Accursio, qui suis in-  
ventionibus plus auctoritatis adiuncturus in libris uetustis  
scriptas fuisse istas correcturas diceret.

- f. 2 Decimi Magni Ausonii opus. et primo uer|sus Paschales incipiunt Foeliciter.  
*inc.* Sancta salutiferi redeunt solennia Christi: [317]
- f. 2<sup>u</sup> *expl.* christe apud aeternus placabilis assere prēz. Epistola eiusdem Metrica ad Paulinum | Presbyterum nondum Episcopum.  
*inc.* Proxima quae nostrae fuerat querimonia chartae [Ep. XXVIII (XXIII 416)]
- f. 3<sup>u</sup> *expl.* Primus in Aoniduz qui te Collegia duxi. Alia Epistola ad eundem Paulinum.  
*inc.* Discutimus Pauline iuguz quod nota fouebat [Ep. XXVII (XXIII 417) u. 1—122]
- f. 6 *expl.* Seruat inexhaustuz tibi gratificata uigorez. Epistolae Sancti Paulini ad Virum illustrem | Ausonium cum adhuc intra Hispanias religioni deditus assiduis ab ipso literis | prouocaretur ut reuersus ad patriam redideret se contuberniis amicorum. domino | illustri Ausonio Paulinus.  
*inc.* Quarta redit duris haec iam messoribus aestas [Ep. XXXI (Paul. c. X) u. 1—18]
- f. 6<sup>u</sup> *expl.* ut fecere aliis ōsa gradužq; silent  
Vale domine Illustris.  
Epistola Paulini Praesbyteri ad eundem.  
*inc.* Quid abdicatas in meam curam pater [Ep. XXXI u. 19—102]
- f. 8 *expl.* gratare si uiuā ut libet ♂. uale dñe Illustris.  
Epistola Paulini praesbyteri ad eundem  
*inc.* Continuata meae durare silentia linguae [Ep. XXX (Paulin. c. XI)]
- f. 9<sup>u</sup> *expl.* Perenne uiuat et memor.  
Vale dñe illustris.  
Paulinus Ausonio salutem.  
*inc.* Defore me patriis tota trieteride terris [Ep. XXXI u. 103—166]
- f. 11<sup>r</sup> *expl.* Ocia amant. strepitusq; fori: rerumq; tumultum Ludus septem Sapientum ab Ausonio ad Drepanium. [299—308]  
*inc.* Ignoscenda istaec, an agnoscenda rearis
- f. 11<sup>u</sup> *expl.* Optabo ut placeam si minus ut lateam.  
Prologus.  
*inc.* Septem sapientes nomen quibus istud dedit
- f. 12<sup>r</sup> *expl.* Edessertator harum quas teneo minus.
- f. 12<sup>u</sup> Ludius.  
*inc.* Delphis Solonem scripse fama est Atticum  
*expl.* Dixere quidam legifer uenit Solon.  
Solon.

- inc. De more graeco prodeo in Scaenam Solon  
f. 14<sup>r</sup> *expl.* Venit ecce Chilon nos ualete et plaudite.  
Chilon  
inc. Lumbi sedendo: oculi spectando dolent  
f. 14<sup>u</sup> *expl.* Dixi: ualete memores: plausum non moror.  
Cleobolus  
inc. Cleobus ego sum paruae Ciuis insulae.  
*expl.* Dixi recedam: sit modus: uenit Thales.  
Thales.  
f. 15<sup>r</sup> inc Milesius sum Thales aquam qui principem  
f. 15<sup>v</sup> *expl.* Pars plaudite ergo: pars offensi explodite.  
Bias Prienus.  
inc. Bias Prienaeus dixi οἶ πλειστοῖς κακοῖ  
*expl.* Abeo ualete et plaudita plures boni.  
Pittacus.  
inc. Mytylena ortus Pittacus sum lesbius  
f. 16<sup>r</sup> *expl.* Tempus me abire ne sim molestus plaudite.  
Periander  
inc. Ephyra creatus periander huc prodeo  
f. 16<sup>u</sup> *expl.* meditamini ut uestram rem curetis publicam.  
Finitur Ludus VII sapientum.  
Symmacus Ausonio salutem dicit [Ep. I]  
inc. merum mihi gaudium  
f. 17<sup>r</sup> *expl.* nostra esse quae scripseris  
Vale.  
Ansonius Symmacho suo salutem. [Ep. II (XVII 407)]  
inc. Modo intelligo quam  
f. 18<sup>u</sup> *expl.* quod ex parte fonisti. Vale.  
Symmachus Ausonio suo salutem dicit. [Ep. III]  
inc. Etsi plerumque uera  
*expl.* honoribus iam parauit. Vale.  
Theodosius Augustus Ausonio parenti Sal. [Praef. III]  
inc. Amor meus qui in te est  
f. 19<sup>r</sup> *expl.* amplius diligebat. Vale parens R de.  
Theodosio Augusto Ausonius Salutem.  
[Praef. IIII 469]  
inc. Agricolam si flaua Ceres dare semina terrae  
f. 19<sup>u</sup> *expl.* Inque meis culpis da tibi tu ueniam.  
Periocha Homerica Iliadis ab Ausonio. [420—468]  
inc. Si Homernm  
f. 20<sup>r</sup> *expl.* publico deflet et sepelit; Finit periocha Iliados.  
f. 20<sup>u</sup> Incipit periocha Odyssiae ab Ausonio.  
inc. Dic in Musa  
f. 32<sup>u</sup> *expl.* gestarum abolitione componit. Finis.  
f. 33<sup>r</sup> Ausonius Symmacho suo Sal. [335]  
inc. Latebat inter nugas meas

- f. 34<sup>r</sup> *expl.* me ut desideres, de me cogites. Vale.  
 Incipit Grypus Trinarii numeri. [336]  
*inc.* Ter bibe uel totiens
- f. 36<sup>r</sup> Eiusdem prosopopoea in chartam [34]  
*inc.* Si tineas cariemque
- f. 36<sup>u</sup> Ausonius Hesperio filio salutem. [321]  
*inc.* Libellum quem ad
- f. 37<sup>r</sup> *προτρέπτικος* ad Ausonium nepotem [322]  
*inc.* Sunt etiam musis  
 Prosopopoea in Chartam  
*inc.* Ille licet tristis senio [Protrept. u. 14 sqq.]
- f. 39<sup>r</sup> Genethliacos eiusdem ad eundem. [323]  
*inc.* Carmina prima tibi
- f. 39<sup>u</sup> Aegloga eiusdem de ambignitate [Ecl. II 362]  
 Eligendae Vitae.  
*inc.* Quod uitiae sectabor iter?
- f. 41<sup>r</sup> Catalogus urbium Nobilium eiusdem. [285—298]  
*inc.* Prima urbes inter diuum
- f. 44<sup>u</sup> *expl.* Consul in ambobus Cunae hic: ibi sella curulis.  
 Finit Catalogus urbium no  
 bilium orbis  
 Terrarum.
- 

Hunc librum ex *P* descriptum non esse, quod olim suspiciati sumus, cum ordo ab illo discedens docet natus sine dubio turbatione foliorum ligamento carentium, tum scripturae sincerae tam multae pro uitiis, quibus ille scatet, ut non librario, cuius sane ingenium grassatum est saepe intolerabilem in modum, omnes, sed exemplari, unde descriptus est codex, adnumerare earum magnam partem par sit. confitendum igitur parum recte de eo iudicauisse et me ipsum et Schenkelium, qui Ludum cum hoc libro coulatum habebat. nec tamen postquam errorem cognoui, facultas mihi data est libri conferendi, cui si non maior quam *P* auctoritas atque dignitas, certe non exigua adiudicanda uidetur.

3) Addo alterum *Harleianum* 2599 chart. eiusdem originis; nam eadem manus eandem notam „⊕ 20 die Januarii 1721/22“ adiecit atque idem librarius scripsisse uidetur utrumque. in fol. praefixo legitur:

„Liber Hieronymi Acaldraris“  
iterumque f. 136<sup>u</sup>

„Liber hieronimi Acaldranji“  
f. 84<sup>u</sup>:

„Kaf'. Marcij 1471 verouae mihi Stephanus de  
novomonte scripsi“.

Post Ciceronem de officiis, excerpta ex Lactantio,  
Probae centones sequuntur f. 98<sup>u</sup>

Versus decimi magui Ausonii

Immortale nihil mundi conpage tenetur —

[i. e. Iuuenci historiae euangelicae prooemium, ab  
Auantio a. 1507 hoc titulo editum:

„Ausonii carmen imperfectum“]

deinde post Prudentii aliquot carmina

f. 107<sup>u</sup> Incipit Versus Pascales Decimi magui Ausonii [317]

f. 108<sup>u</sup> Decimi Magni Ausonii ad Censorium\*) Magnum Anso-  
nium nepotem suum. [Protrept. sine praefatione 322  
u. 1—13]

Sunt etiam Musis sua ludiera mixta camenis —

Detestere nepus numque horrida forma magistri.

Explē Grypus.

Ex codice nescio quo huius ordinis (nam de Ticinensi dubia res est) Pythagorici carminis exemplaria ea deriuata sunt, quae habentur in

M M = cod. Marciano lat. cl. XII 69 (cf. Goetz in Fleckeiseni Ann. 1878, 768) diligentius descripto quam altero

G G = Gudiano 145 nunc Guelpherbytano, de cuius priore parte scripta Iadrae Illyrici in urbe a. 1445 infra agetur.

4) Quartum eiusdem classis nomino librum, qui nunc deperditus uidetur. Matthaeus enim Bossus Veronensis, procurator generalis Augustinianus (ob. Patauia a. 1502 aetatis 75) in epistula ad Angelum Politianum

\*) In inscriptione Genethliaci pro uoce Censorium codex Parisinus habet eū ēm̄ (quod rectius interpreteris eundem); inde hinc errorem natum puto cum Schenkelio.

Verona sexto Kal. Martias a. 1493 scripta (Familiares et secundae MBossi epistulae. Mantuae 1498 f. 43<sup>u</sup>) se trans Alpes Florentiam Angelo misisse dicit Ausonium diu expetitum, ueternosum quidem, ut uix legi possit, atramento subcroceo Longobardoque charactere conscriptum, carie tineaque obesum.

„eundem uero ex notatione indice ad libri caput apposita mancum et truncum plerisque locis offendes plus quam caeteros. et cum his quae Ausonii sunt leges quoque nonnulla interiecta atque immixta Prudentii, ut consociatum sis habiturus utrumque disiecta per membra Ausonium et Prudentium“\*) (Schenkl. p. XL not. 36).

Redire uidetur ad hanc epistulam laus illa, qua Politianus cum Bosso et Vgoleto inter Ausonianorum operum sospitatores refertur in notitia literaria a Bipontensibus editoribus praefixa p. XXI ad a. 1499. cf. Laurentius Pignorius Symbolarum epistolicarum libro (Patauii 1628 edito) ep. XVI p. 56:

„Poteramus et nos iactare Bobii, An. MCDXCIII repertos Rutilium Numatianum poetam . . . ut ait Volaterranus Lib. IV Geogr. Pag. XLV. poteramus adscribere nostris hominibus Euresim (ut ita dicam) Quintiliani . . . ueluti asserit Blondus in Romandiola CCCXLVI. poteramus Ausonium imputare Matthaeo Bosso, Angelo Policiauo, et Thadeo Vgoleto.“

nam ex quo a. 1489 Miscellaneorum centuriam ediderat Politianus, Ausonio operam eum nauasse non conperimus.\*\*)

Bossiano autem libro non diu usus est, nam obiit

\*) Prudentiana in *P* quoque extant f. 27<sup>r</sup>, 28<sup>r</sup>, 75<sup>r</sup>.

\*\*) Quia cum hoc codice Bossiano coniunctum est Politiani nomen, ex Labbei Noua bibl. mss. librorum Paris. 1653 p. 371 haec describam:

„VC Isaacius Heraldus, Desiderii Heraldi celeberrimi in Curia suprema Regni causarum Patroni Filius doctissimus, exhibuit mihi Catalogum librorum aliquot MSS qui ex Anglia in hanc urbem iam pridem deportati uenditi sunt superiori anno Nobili enidam Germano. In iis erant Catalli codex antiquus . . . Ausonii codex antiquissimus. . . .“

ex libris autem qui hoc catalogo recensentur, nonnulli collationibus et interpretationibus Angeli Politiani ornati erant.

d. 24 Sept. 1494. rediitque sine dubio codex post Politiani mortem Veronam ad eum qui commodauerat. iamque facilius uidetur coniecturam facere, unde uenerit liber quam quo disparuerit. nam Veronae fuisse olim in bibliotheca celeberrima capituli quis non statim suspicetur? ubi cum integer esset, Petrarcha puto eum describendum curauit aut descriptum ex eo exemplar emit, quod post eius mortem in *Ticinensium* comitum bibliothecam transiit. mancum postea et truncum alius quidam nescio quo anno transcripsit ni fallor in exemplar *Harleianum* 2613; neque alterum Harleianum a. 1471 scriptum Veronae alienum ab eo crediderim. nam si Ticinensis liber ex Petrarchae museo Vicecomitum bibliothecae c. a. 1402 conditae inlatus est, qui fieri potuit, ut illo anno Veronae suum in usum describeret Stephanus ille de Nouo monte? neque porro aliena uidentur Pythagorici exemplaria supra commemorata, quod utrumque prope Venetos potius quam Ticini scriptum uidetur. — ipse deinde uetustus liber Florentiam migravit, ubi uidendum num *Antonius Bernarius* quaedam, quae maxime arriderent, ex eo hauserit; post redditum nescio an Auantius, cum alteram pararet rectionem suam, quam Venetiis a. 1507 d. VII Aprilis Ioannes Tacuinus de Tridino emisit, eo usus sit. nam is ait p. III:

„Quare cum nuper repererim aliquot Ausonii carmina diu in situ iacentia et locis plaeisque depravatissima: ea statim (ne prorsus perirent) pro uiribus emendans reformaui.“

quae uerba nullo modo pertinere possunt neque ad Ticinensem neque ad Harleianum. Itaque tota haec quaestio quae sit Harleianorum cum Ticinensi, quae Auantiani contextus cum his libris coniunctio, denuo tractanda erit: nos interim eis contenti esse debuimus, quae Vossianus ad Parisini lectiones sanandas suppeditabat.

Vnde autem pretiosum hunc librum Veronenses habuerint, facile est ad conciendum. Bobienses olim

eum habuisse suspicor, quorum in catalogo s. X confecto,  
(quem ex Muratori antiqq. Ital. III 817—824 denuo  
edidit GBecker in Catalogis bibliothecarum antiquis  
p. 64 sqq.) duo Ausonii recensentur exemplaria, alterum

*n. 416 „librum Ausonii poetae I in quo habentur Plinii  
libri III“*

alterum, quod sine dubio illud est quod desideramus,

*n. 610 (de libris Petri presbyteri) „librum Ausonii I in  
quo mictologia Fulgentii. rhetorica Caroli et Albini  
et periermeniarum Apulei et alia quaedam.*

hi libri non iam apparent in catalogo a. 1461 con-  
fecto, quem edidit APeyron (Ciceronis orationum pro  
Scauro . . . fragmenta, Stuttg. et Tubing. 1824 p. 1—62)  
neque quidquam Ausonii Georgii Merulae et Georgii  
Galbiati opera Ludouici Sfortiae ducis auspiciis sus-  
cepta ibi inuenit a. 1493. quare cum aliis uetustis  
libris multo ante in Veronensem bibliothecam migrasse  
Ausonius quoque facile credendus erit\*) infelicibus rei  
litterariae turbis, quae post Gerberti abbatis (a. 983 sqq.)  
aetatem ingruerunt Bobiensibus (uid. Peyron. p. XI sqq.)

Alterius quoque Bobiensis codicis nestigium facile  
quis sibi deprendisse persuadeat: nam Aemilius Fer-  
rarius: „adieimus, ait, ex catalogo illustrium urbium non-  
nulla excerpta epigrammata quae Georgius Merula polyhistor  
praceptor noster et primarius dicendi artifex in bibliotheca  
dini Eustorgii primus indagauit.“ quae cum eadem sint  
atque ea quae in *Tiliano* libro f. 60<sup>r</sup>—62<sup>r</sup> leguntur  
(uid. infra p. LXX), hunc Eustorgianum atque Ti-  
lianum eundem esse librum olim suspicatus sum  
(Ueberl. p. 213 sq.). quam coniecturam si non am-

\*) uid. FBlume, Iter italicum I 265. Suspici possis eadem  
fuisse fata antiquissimi uoluminis Martialis poetae, cuius pa-  
gellas quaspiam Bernardinus quidam adolescens Domitii pro-  
pinquis Veronensis commodauit Angelo Politiano (Miscell.  
c. 23). nam qui in ueteri catalogo Bobiensi memoratur n. 366  
et 367 Martialis cum Persio sociatus, eius nulla memoria in  
catalogo a. 1461.

plexaris, certe ex Eustorgianis foliis uetustis inlatas esse Vrbium reliquias in Tilianum librum concedes: unde ad idem redibit res, nempe in S. Eustorgii Mediolanensis bibliotheca libri satis uetusti lacinias fuisse s. XV, cum Tilianus liber scribebatur (Ueberl. 198). quas unde potius oriundas suspicabimur, quam ex bibliotheca et proxima et maxima olim, post per plura saecula miserum in modum peruestata, Bobiensis monasterii.\*)

Interim contigit, ut maiorem partem libri Harleiani 2613 HMueller-Struebing meum in usum conferret, ipse Auantianum exemplar a. 1507 nuper emptum possem excutere. unde suspicionem meam Harleianum ex codice Bossiano esse descriptum, Auantium ipso Bossiano libro esse usum eumque librum Veronensem a Parisino ita diserepare, ut alter ex altero multo uetustiore descriptus putandus sit\*\*), confirmatam uidi. en habes ipsorum librorum scripturas: ubi *H* Harleianum, *A* Auantii textum significat; neque non adieci aliorum librorum cum consentirent signa, in primis *P* = Parisini.

*HA*      *I III* Epistula Theodosi Augusti *om.* *HA*      Theodosius — salutem *HA*      6 non quidem *HA*      9 *rursum* rursum *H* 10 nota<sup>i</sup> *H* | etiam *om.* *A*      13 impertiens *HP* impatiare *A* 15 sua opera *HA*      17 haud *HA* | atque ac *A*      18 parens. *Rca H*

*III* Theodosio Augusto Ausonius salutem *H*      Ausonius Theodosio Augusto *A*      5 hyemet *H*      6 nec sit aperta manus

\*) Eustorgianus quamquam inferior Parisino in claris urbibus, nonnumquam tamen contra *P* facit eum Vossiano genuinasque *V* libri scripturas seruauit. legitur etiam in eo u. 41, qui in *P* deest.

\*\*) si accuratius olim excutere licuisset Auantii editionem, statim uidissemus codicem enim a Parisino diuersum adhibuisse, nam Ep. XXVII 57 itemque Ep. XXX 56 et 57 desunt in *P*, non desunt in *H* et *A*. iam aduertas, quaeso, meliore id est uetustiore in orthographicis ratione *H* uti quam *P*, uitiisque multis, quibus *P* scatet, carere.

A 10 niꝝ H (*cf.* P) 11 ingenio HP id genii A 22 meis]  
tuis A

*II II* Decimi magni Ausonii opus. et primo uersus paschales *H*  
incipiunt///foeliciter (*min.*) H 1 solemnia H 6 terra pontus (et  
*om.*) H 8 pla bs H | sursum H 15 eua H 27 nomine HP  
31 apud H | assere H *Auant.*

*VII, II* Ausonii ecloga A 11 lactentibus A 12 pube A A  
14 irasque] iras A | cathenatos AP 16 *non deest* A 26 At  
contra AP | ducere A 27 Aspice et ad penas AP 28 sar-  
danapali A 32 scola A 33 igitur *non om.* A 36 recusant  
AP 37 et] AP 42 imperii A 50 natum aut A 51 *sqq.*  
desunt A (*a grauissimis libri P uitiis liberum, cognatum tamen*  
*ei libro uides Auantianum contextum*)

*XI Catalogus urbium nobilium eiusdem H urbium singu- H  
larum inscriptiones desunt 10 sic edat H 12 quo? H 14  
lyeos H | bursa HP 17 ambitiones H 20 ponitus H 21  
faecunda H 23 macedumque H | adtollite HV 25 ingeni-  
tum HP | anchora HP 27 sobolis HP 33 largos H 34  
omnigenus HP 36 faecunda H 37 laetitum H 41 laueri H  
42 perystila *ante corr.* H 46 pelago HVP 47 prōre H  
50 aut HP 55 adpetiit HV 56 Annibal H 57 herili  
H 59 corruerent *H cf. V* | festo HVP 65 celebris, *sed ceberis*  
*in murg. corr. m.<sup>2</sup>* H 66 Itala] Ista HP (*Istaque Auant.*)  
69 bello HP 67 illud *om.* P *Vgol.*, *habet* H *Auant.* 70 lixae  
HVP 71 Foelix H 72 Ausonium H 73 Prod<sup>c</sup> HP 73/74  
Arelate — Roma *om.* HP 80 aquitanica HP 81 hos HVP |  
hybernum H(P) 82 Emerita HP 83 Hyspania H 84 non  
bis H *Auant.*, non *senel* P *Vgol.* 87 cossi HP 90 par HP  
92 quadruplices H 100 garunna H 102 caebennarum HV  
103 iberum H 105 plaebis H 106 colonos HVP 110 sese  
cauis HP *Auant.* 112 Iberi H *u.* 113 *deest* HP 115 pa-  
naq; HP beigas H (*cf. V*) 117 adtollis H 118 quis me-  
moret HVP | montis H 119 quis HVP 120 uario HP  
122 getulus HVP iterum H? *Vgol.* iter P item *Auant.* 124  
Iberica H 125 te ss. *m.<sup>2</sup>* H 132/134 Exiguae immerito (*sic*  
*Auant.*) o domus est glacialis in Imo H (*cf. P*) 135 clae-  
mentia H 137. 138 brumaq; breuis iuga frondea subter HP  
140 Ardua murorum H 142 *deest* HP 143 disposita HP  
147 adlabi HPV 148 frontem H 151 hostia cursus HP  
154 quem HP 156 eoaspen HP 158 inlimis HV 160 Di-  
uina H 164 inclyta H 167 in illa HP *post* 168: Finit  
catalogus urbium nobilium orbis terrarum H*

*XVIII Ep. I* Incipit Epistola Symachi ad Ausonium A HA  
Symmacus Ausonio salutem dicit H 6 antestas HAP | caeteris  
HA 8 comprobas HA 11 adfectata H 15 set HV 16

uiderē<sup>is</sup> corr. m.<sup>2</sup> II 20 res om. H A V P 24 dehinc cassas A  
27 adiudicas A 29 emūttiendi corr. m.<sup>2</sup> H enūciandi A 31  
adfectat II 33 ambibio H<sup>1</sup>A 34 autoribus A 38 uale R A

*HA Ep. II Ausonius Symmacho suo salutem II Ausonius Symmacho A intellego H 3 epistolae apud AH 4 set H 5 epistulam H 6 uelit m.<sup>2</sup> corr. H succo HA dueit A 10 epistulam H illicior A illicior H 11 adflatus II affatus A 13 bratteae A bracteae H 15 c//ameleontis H 16 epistula H 19 ut quisquam ita H A P 24 adfectet H 31 tyro et tyrocinium H A P 33 composita II 34 operit A 37 istaec H isthaec A 39 adfectione H aliquid A 45 ut si (& ss. m.<sup>2</sup>) H ut si A cf. P 47 poenitente HA 51 caetera HA habes H A V P conpendii HA 52 epistula H 53 uestrae] nrāe A percunctandum H P 54 adlego H ut cum] cum om. H*

*HA Ep. III Symmachus Ausonio suo salutem dicit H Symmachus Ausonio A 1 apud HA 3 patitur H A V 5 thalasio H thaloesio A 7 adtingam H 9 salustiani H A P 12 honoribus HA paruit corr. m.<sup>2</sup> H*

*A Ep. XXI Incipit eiusdem decimi M. Ausonii genethliacos ad Ausonium nepotem A Ausonius — nepoti om. A 2 adsidui A 7 dulcis A V P 11 praecepta quidem AP 12 Et] Qui A 13 Adnuit A ab] ad A(V) 22 genius A (cf. P) 27 celebraneris A 28 om. A P*

*HA Ep. XXVII Alia epistola ad eundem Paulinum H Incipit tertia ad Eundem A 2 positum HA cunctis H 5 deest H?A 7 compositis HA suadet cr. canis A 8 similis HA 9 placitum HV uterque HA 10 nostrum H A P 11 lmispositum HA haeredibus HA 12 Obtarunt A 15 currum A 18 multatis H P 19 faethonta A 21 nanque H 23 gesta H A P spatio relicto in A 24 proferre A 26 oneris H A P 28 homines H P 31—37 deest H A V P 44 foelicia HA 45 laelii A 46 iisdem HA 47 maiorappares H 51 duximus A ut se] et se II 53 lata H 54 dementica H P dementia A 55 parenti H A V 56 fingenda A trophaeo H A 57 etiam] et H (nam non deest uersus H A) 59 In medo H 63 inimica at H (cf. P) 65 ueillauit A 69 Bareilo H P ningida H pyrrebei A 70 e patrio A 71 suae H V P longo A 73 co-lique AH? in te A 74 Emerit// ins aue H Emeriten lateque (nulla lacuna) A 75 interuallis spatium H A P 76 credat H A (cf. P) 78 locus H A P 79 Sanctones H P Sanetono, A burdegalam H P aginum A 81 uiaeinae A 86 Afflaret H Adflaret A 87 pyrrenem A 88 Caesareae angustae H P Caesareaeq; Aug-staeq; A tyrenica A 89*

Tarracom et H 90 Ter iuga AH? 94 celeri HAP 95  
nouero A 96 dispositi HAP 97 teneant A 98 adspirent  
A aspirent H 99 sed HA 103 agnosces HAP 105 ue-  
teres A 106 meo atque tuo fuerat A 107 ulyxi H(A(P)  
108 achili A 110 Sed HA 111 in *om.* A | animos HAP  
114 accipiet A 116 ueteres HAP 119 accurre HA 120  
oīb; (*in marg. m.<sup>2</sup>* ominibus) H 121 adpropera HA | *uu.* 123—  
132 *desunt in H, adsunt in A: sequitur Ep. XXI in HA*  
125 trebellica A 129 hostia A

*Ep. XXVIII* Epistola eiusdem metrica ad Paulinum HA  
Presbyterum nondum episcopum H Epistola secunda ad Pauli-  
num (*praecedunt epp. XXV et XXVI*) A 4 Sed HA 7  
haeres HA 8 ac tibi A 17 tacitura<sup>u</sup> H tacitura AP 22  
inauspiciois AP inauspicis<sup>u</sup> H 23 lacedaemonia HP Lacedae-  
monias cytalen A 24 circundata HAP 25 deinde] dein H  
27 orbis HAP 28 cellandi A 29 *in marg. m.<sup>2</sup>:* clandestinus  
H 33 Adfari A Affari H | auctor HAP 34 pr. primusq;  
tibi largitus honorem H praeceptor (*sequitur lacuna*) primus  
largitor honorum A | Finit epistola secunda (*sequitur Ep.*  
*XXVII*) A

*Ep. XXX inser. om.* A 13 *deest* AP 17 colet AP  
18 amore AP 19 et in cristum A! 21 quorum more A |  
pias AP 22 Inrupit A 23 Experta pietate A! 25 fictae A!  
28 uero] merito AP 29 uulnera AP | culpa AP 36 cygnis  
AP 37 corylos AP | aeques A 38 39 *hoc ordine* A!  
41 modicum A *cett.* 43 et amandi A (*cf. P.*) 44 e ceruice A |  
saeua A 47 Non animo AP 52 quolibet A 53 longum A  
56 *et* 57 *non desunt* A 60 te animo A *cett.* 65 est *om.* A  
66 aequa A 67 mori] ores A 68 uiuat AP 69 Vale etc.  
*om.* A

*Ep. XXXI* Epistolae Sancti Paulini etc. (*uid. supra* HA  
*p. XXXVIII*) H Epistole sancti paulini Ad ausonium: cum  
adhuc esset in hyspania religioni deditus assiduis litteris pro-  
uocatus ut in patriam rediret A (*sed in A haec inscriptio posita*  
*est ante uu. 19 sqq.*) 1 reddituris A 5 foelix cum HA 7 epistola  
HA 8 set H 9 querel/is H 11 mitte A 12 Sederit  
et blandis HA | pensa H 15 praecurrit HAP *post u.* 18:  
VALE DÑE ILLYSTRIS HA (*minutis uncialibus litteris atram. script.*  
*al. m. H*), *deinde minio scripta sunt haec:* Epistola Paulini  
Praesbyteri ad Eudem. H Paulinus Ausonio A *uu.* 19—38  
*minutis uncialibus al. m. scripti* H 21 camoenis nec parent H  
22 crysto (*ut saepe*) A 28 Petere fonte nemore HAPV  
31 homine HA *cett.* 37 arsuae H 39 *sqq. ab primo librario*  
*scripti* H 38 nubilent HAP 41 adferentes HA 44 tenet  
H | sume A 49 honorum H 51 uitiae H 52 uirtutum HAP

54 induendo HAP | induit] se exuit A 56 Inter utrumque  
HAP comercia H 59 absterget HAPV 62 uice *ex* vitae? H  
63 Totaq; nostra HA sibi iure HP iure sibi A 65 intelligi  
HA 66 dilligi A 68 praesenti H 69 Abhorret futurae A  
70 quae] qui HA uidemus A 72 Set H 73 caelis HA  
77 custus H gustus A 78 sera HP | reddit H reddit A 83 putos  
H 89 discamus HP 91 iure HA 94 l. et t. et f. d. HAP  
100 Vel aliud quid horum est HA(P), *difficilia lectu haec in* H.  
*post* 102: Vale dñe illustris *atram. scr.* H. *sequitur Ep. XXVIII*  
*in* A. *ante* 103: Paulinus Ausonio Salutem H Incipit Epistola  
quarta A 104 me egisse HAP 106 querelis HP 108 ad-  
fectibus H poscere nolle A 116 Insita H Irrita A | nerba  
HAP 117 haerrent A 118 superis H super istellantem A  
*cf.* P 119 aspice HA 123 uel] et A 127 nostris HAVP  
128 quod me A 129 Quem] Quae A 132 eum] enim A  
136 *deest* HAP 138 istis A 139 dicat A 142 mi] me HAP |  
fateor . . . mens non mea quondam A (H? *cf.* P) 143 Set H  
145 cedet A 150 sic mea credi úti (*m. corr.*) H 152 Au-  
sonii A 153 pomum HAP 155 detestanda HAP 156 sed  
*om.* HAP (*lacuna in* A) 159 Nomine H 160 ut] et HA  
161 habitare HAP | frequentent HA 166 strepitus A *hoc*  
*uersu finitur epistula in* H

A 169 dei A 172 ut mereatur] ut meme (*interposita la-*  
*cuna*) A 173 *deest* AP 178 sedisse illis] illis saeclis A  
182 uoti] ueri A 191 bellorophontis A(P) 193 ut uis AP  
194 Quin A deum] patrem A 200 culta experientia A (*cf.* P)  
202 quod] qd' A 206 quae diues A 209 Non lare A 211  
haerrent A 213 integer] inter AP aequo uel aequo *om.* AP 221  
hiberis AP 222 iacis AP 223 bilbilim A 224 ilerde A 228  
atlas A 229 terret A 230 qui celso AP calpem AP 231 Bilbilis  
A notatur A(P) 232 barcinnus AP 233 tarracho A 236  
tyrrenum AP 239 An tibi me domine inlustris A 241  
mallim A(P) 242 proteris AP 248 harenosas A 250 Rara  
unum A *cett.* 252 augustae A | latialis AP 353 *lacuna*  
*inter* titulo *et* palmatas A 254 inadrito] nativo A 258  
materia AP 259 collatinis A (*sed* uico A) 260 factis A  
265 male AP 266 noti A 268 saeno AP 272 religiosa A  
276 Exciret lapsus ut rectis A 277 monita A 278 audes A  
280 loquentes AP 281 tenens AP 283 id] hoc A 284  
*hoc uersu finitur epistula in* A

H XVIII ep. I PROSOPOPOEIA IN CHARTAM DECHI AVSONII (f. 36:  
Eius prosopopoeia in chartam) H 6 somniq' (f. 36 somm  
quae) H

In opusculis ab aliis antea editis (et eis quae cum  
Z libris communia habent Bobienses, et eis quae ex

Parisini apographo uitioso dedit Vgoletus) Auantius suum librum multo uetustiorem melioremque mirum in modum contempsit nec tamen prorsus desunt exempla satis certa sincerae lectionis, quale in ipso epigrammate 1, 9 „*irascor Proculo*“.

C. EXCERPTA DE OPVSCVLIS DECIMI MAGNI AVSONII.

Horum excerptorum\*) unum olim corpus fuisse, conditum ut uidetur ante s. VIII, ostendi Ueberl. 298 sqq. complectebatur autem ab initio haec carmina, quae nunc dissipata habentur in libris, quos laeva margine indicauit:

(GB)	Incipiunt excerpta de opusculis Decimi Magni Ausonii.	1
1(GB)	Mosella.	2
	Explicit Decimi Magni Ausonii Mosella.	3
2(GB)	Incipit epistola Symmachi ad Ausonium.	4
3(BPΣ)	Incipit epistola Ausonii ad Hesperium filium	5
	Explicit epistola. [Caesares]	6
	Incipiunt monosticha de ordine imperatorum.	7

1 excerpta B

3 decimi magni ausonii om. B

4 ad eusebiūm (ss. ad ausonium) G

5 ausonii antiqu. m. ss. Σ rec. m. add. P | totum titulum  
om. B

7 monastica Σ | imperiorum P | totum titulum om. B

\*) non recte eclogas dixeris, nam eclogarum titulum paucorum ex his esse carminum, eorum nempe quae reuera ex Ausoniano illo Eclogarum libro hausta sunt, ostendunt subscriptiones Hesiodii, de viro bono et de Est et Non, quae sunt in SGallensi et Puteano et Iuuenali libello (unde in carmen de Rosis transiit); in Vossiano et Ticinensi singulorum hic titulus non est. Communē omnibus titulum, qui est Excerpta etqs., praestant pleniores codices G et B. ceterum de usu uocis eclogae uel eglogae, qui inde a primo post Christum saeculo apud commentatores potissimum inualuit, uid. locos infra ad Cupidinem p. 455 conlectos, quibus ex Seruio Porphyrione aliis Vergilianorum Horatianorumque carminum lemmata addas.

- 8 Item monistica de aetate imperii eorum.  
9 Item monistica de obitu singulorum.  
10 Finiunt monistica.  
11 Incipiunt tetrastica.  
12 Finiunt tetrastica.  
13 4(*GBP $\alpha$* ) Incipiunt monosticha de aerumnis Herculis.  
14 Finiunt monistica supra scripta. [*ecl. XXV 366*]  
15 5(*GP $\alpha$* ) Incipiunt de institutione uiri boni.  
16 Explicit egloga supra scripta de institutione  
    uiri boni.  
17 6(*GP $\alpha$* ) Incipit de Pythagoricis diffinitionibus NAI-  
    KEOY.  
18 Explicit egloga supra scripta. [*ecl. IIII 364*]  
19 7(*GP $\alpha$* ) Incipit de aetatibus animantium. Hesiodion.  
    [ecl. V 365]  
20 Finit egloga supra scripta.  
21 8(*G*) Alibi. [*ep. 24 (72)*]  
22 9(*B*) Commendatio codicis [*ep. 25 (9)*]  
    Explicit.
- 

- 8 imperii eorum] imperatorum  $\Sigma$   
9 monistica  $\Sigma$   
12 tetrastica expl. B | tetrastica] detrasti..  $\Sigma$   
13 Incipit B *om.* G | monistica G *om.* B | aerumnis B  
erumpnis P  
14 *haec om.* GB  
15 Incipiunt *om.* G  
16 egloga supra scripta *om.* G | de inst. uiri boni *om.* P  
17 pitagoricis P | ΝΑΥΚΗΩΥ P  
18 supra *om.* G  
19 Hesiodion G <sup>hesiodion</sup> ΗΕΣΙΟΔΙΩΝ P  
20 *haec om.* P

Itaque tria potissimum sunt codicum genera, quae Excerpta illa seruarunt, quorum aut soli aut principes libri sunt *GBP*: his tota, quae olim fuit, conlectio quasi restituitur. sed qui singulorum carminum occurunt codices, non ex uno certoque horum generum deriuati sunt, sed ex communis omnium archetypi prole originem habent. itaque ad tres illos ordines accedet quartus eorum, qui Mosellam nunc solum habent, et quintus, qui solos propagauit Caesares.

I. *Sti Galli liber* 899 s. X. hunc codicem adecurate <sup>G</sup> descriptis EDuemmler in Mittheilungen der Züricher Antiquar. Gesellsch. XII 1859 p. v et in Nouo Archiuo t. IIII 106 sqq. 276 sqq.; cf. KSchenkl zur Kritik späterer lateinischer Dichter, Wien 1863 p. 57—69, HJMüller, Progr. des Friedrich-Werderschen Gymn. Berlin 1876 p. 24 et 29.\* Excerpta de opusculis D. Magni Ausonii hoc ordine leguntur interpositis aliorum poematiis:

- p. 22—44 (ab eo, qui ligauit uolumen, foliis male transpositis) Mosella.
- p. 2 epistula Symmachi ad Ausonium.
- p. 3 de Pythagoricis diffinitionibus NAI KE OY
- p. 4 de aetatibus animantium Hesiodion (uu. 1—10).
- p. 45 monostica de aerumnis Herculis.
- p. 47 de institutione uiri boni.
- p. 48 „alibi“ .i. ep. 24 (72) de Achilla. accedit inter alia ab Ausonio aliena
- p. 65 carmen de musis (367)

Igitur cum ex opusculis supra indicatis quartum cum quinto et sextum cum septimo locum mutarent, simul exciderunt Caesares.

Epigramma illud de Achilla in aliis quoque libris cum G consentientibus legitur, nempe *SGall.* 397 s. VIII f. 19<sup>u</sup>, *Laurent.* 90 sup. 25 s. XII/XIII uel XIII f. 90<sup>u</sup>, *Laurent.* 33, 31 s. XIII f. 36<sup>r</sup>, in quo etiam Hesiodion extat f. 36<sup>u</sup>.

Ex *SGallensi Mosellae* lectiones Aleandri in usum Homedeus (MHumelberg) ipse exscripsisse uidetur.

*Cornelii Gualtheri Mosella liber antiquus* Pulmanno memoratur: scripturas fuisse ex G excerptas ostendi (Ueberl. 217), quas Gualtherus ille, uulgo Wouters dictus, a comite Hermanno Nuenario uidetur accepisse; errauit autem aliquotiens Pulmannus, cum Woutersii excerpta cum Gemblacensibus confunderet (Schenkl XLVI).

\*) Symmachi epistulam Idtensohnio conlatam debeo, omnia Ausoniana HJMullero.

**B** II A. *Bruxellensis 5369/73 membr. foll. 144 s. XII,* Pulmanni Gemblacensis. in eo post Fastos Ouidianos haec leguntur:

- f. 72<sup>r</sup> Mosella.
- f. 79<sup>u</sup> epistula Symmachi.
- f. 80<sup>r</sup> Caesares.
- f. 82<sup>u</sup> monostica de aerumnis Herculis.  
et ep. 1(9) „commendatio codicis“, sequuntur Gesta Tancredi regis.

**M<sup>2</sup>** II B. Bruxellensi cognatum est (quamquam in Caesaribus aliquot locis cum libris tertii et quinti generis facit) Mosellae cum Symmachi epistula et Caesaribus exemplar, quod olim integrum fuit in *Magliabecchiano I 6, 29*, nunc solos Caesares (monosticha et tetrastichorum uu. 1—80) habet f. 117<sup>r</sup>—118<sup>u</sup>. sed ex **M<sup>2</sup>** de **L** scriptus est et *Laurentianus LI 13 membr. a. 1490 ser. manu A. Verrazani* (Mosellam, ep. Symmachi, Caesares monosticha et tetrast. 1—80 contiuet), ex quo Vgoletus et Mosellam\*) edidit primus et Caesarum tetrast. 1—52, 77—80 adiecit\*\*); et multo deterior *Harleianus 2578 s. XV*: de utroque plura uid. infra p. LXXI sqq. \*\*\*)

**P** III. *Parisinus 4887* (Puteanus) membr. s. XII foll. 97. post Freculfum, excerpta ex Iulii Africani, Isidori,

\*) Mosellae codicem *Vindobonensem 114 φ 109* (Endl. 358), olim qui fuit Seb. Tengnageli, ex Vgoleti editione descriptum suspicatur Trossius.

\*\*) in monostichis Laurentiani contextum cum lectionibus editionis principis et Suetonianorum librorum contaminauit Vgoletus. (ceterum uid. Peiper Ueberl. 305, Schenkl XLVI.)

\*\*\*) ex eodem fonte, quo in *Magliabecchianum*, Caesares (monost. et tetrast. 1—80) transcripti sunt in Sidonii et Sue-tonii libros hosce, quos una littera X complector cum Schenkelio: *Laurent. 64, 9 s. XIII (Sidonii) Laurent. 89 inf. 8 a. 1457, Neapolitan. mus. publ. CXXV a. 1466, Glasgou. mus. Hunter. V 3, 11 s. XV* (hi Suetonii). titulus „Decimi Magni Ausonii Musellae“ ex suo fonte his omnibus inhaesit. et Musalla fluii nomen obuiam est in tabula Peutingeri, Musella frequens in libris Venantii Fortunati aliorumque auctorum.

Eusebii, Hieronymi, Prosperi, Orosii al. de temporibus libris secuntur

f. 74<sup>u</sup> Caesares

f. 75<sup>r</sup> Herculis monosticha de erūpnis

f. 75<sup>u</sup> de institutione uiri boni

de pitagoricis diffinitionibus <sup>nai</sup> ΚΗ <sup>e</sup> ω<sup>o</sup>γ  
de aetatibus animantium ΗΗCYωΔΥΩΝ

subiciuntur Diffinitiones philosophorum, uersus Fortunati, Bedae, uitae uisiones miracula passiones aliquot Sanctorum.

Hinc descripti sunt codd. *Augustobonensis* 887 s. XII  
f. 161<sup>r</sup>, *Antissiodorensis* 85 s. XII, ex hoc autem *Antissiodor.* 67 s. XIII. eiusdemque generis est non conlatus adhuc cod. *Treeensis* 887 (Clairvaux Q 33) s. XII. porro ex libro *P* simillimo Vgoletus correxit Caesares omissosque in *L* uersus adiecit.

Ex ea familia, cuius est Puteanus, transierunt aliquot eclogae Ausoniana in Iuuinali ludi libellum, quo posterior aetas in Gallia ut uid. quae siue iure siue iniuria putabantur a Vergilio iuuene esse conposita conlegerat, ut praefigerentur maioribus poetae operibus.\*<sup>o</sup>) coniuncta autem in eo libro haec erant carmina:

Culex, Dirae, Copa, Est et Non, Vir bonus, Rosae, Moretum.  
huius collectionis principes libri sunt

*Augustanus* .i. *Treueriensis* bibl. ciuit. 998 s. XI,

*Bembinus* .i. *Vaticanus* 3252 s. VIII;

inter meliores numerandi sunt cum *P* cognati *Thuaneus* .i. *Parisinus* 8069 s. X/XI, *Petaianus* .i. *Paris.*

\*) cf. Peiper, zur Appendix Vergiliana (Q. Valerius Catullus, Breslau 1875 p. 63 sqq., Baehrens in Fleckeiseni Ann. 1875 p. 137 sqq. et PLM II p. 10 sqq.

\*\*) de Augustano uid. Peiper ZFGW 1868 p. 773 sqq.. JKlein Mus. Rhen. XXIV 1869 p. 607 sqq.; de Bembino Ribbeck App. Vergil. p. 31, de Thuaneo Ribbeck p. 28, Riese Anthol. lat II XIII.

7927 s. X; accedunt alterius familiae, auctiorem quae habet istam syllogen, *Stabulensis* codicis reliquiae, quae extant in cod. Paris. 17177 fol. s. XI p. 98 sqq., nondum conlatae. in Ausonianis eclogis paene nullus horum librorum est usus; carminis uero de Rosis, quod falso Ausonio adscripserunt, unicus hic est fons.

Multi praeterea sunt libri, qui omissis Caesaribus cetera, quae *P* continet, recto ordine propagarunt, scilicet

monost. de Herculis aerumnis, Vir bonus, Est et Non, Hesiodion.

porro non desunt, in quibus his adiungatur ex Iuuenalis ludi libello de Rosis carmen. uelut in foliis *Darmstadiensibus* 3301 s. X Wimptena oriundis, quae descripsit EDuemmler NArchiu. XI 77, ipse excussi; ubi haec sunt inscripta carminibus atque subscripta:

incipit monastica de aerumnis Herculis  
finiunt monastica suprascripta.

incipit de institutione uiri boni  
expl. aigloga sup̄.

incipit de phitacoriciis diffinitionibus Naikeon  
expl'i egloga supra scripta

incipit de aetatibus animantium  
finit egloga supra scripta

incipit egloga de rosis nascentibus et senescentibus.

(deest finis.)

plures etiam inueniuntur, qui unum alterumue horum carminum receperint, quos nihil attinet recensere, cum in propatulo sit disiecta haec membra ex plus minusue corruptis florilegii nostri libris inprimis *P* familiae esse deriuatos, non ex pleniore aliquo Vossianae familiae libro. uid. quae de duobus librorum paribus, altero *Vossiano Q 86* cum *Parisino 13026*, altero *Durlacensi 36* cum *Vossiano Q 33* dixi Ueberl. p. 307 et infra ad carmen de nominibus Musarum. recentiores et recentissimos, quorum librarii undique quidquid potuerunt minorum carminum corrascere, Vergilii laudem poeticam ut eis augerent, non moramur.

III Mosella solus extat in his libris inferioribus  
G neque ex illo deductis, qui tamen ex communi fonte  
pauca quaedam rectius seruarunt quam SGallensis:

*V = Reginensi 1650*, olim S. Remigii, membr. s. X f. V  
38<sup>u</sup>—40<sup>r</sup> med.: is tantum uu. 1—180 habet nulla in-  
scriptione; medio in folio carmen abrumpitur. huius  
lectiones proprius ad *G* accedunt (cf. Ueberl. 301).  
AMau librum contulit et meum in usum et iterum  
postea Schenkelio.

*R = Rhenaugieni nunc Turicensi bibl. uniuers. LXII R*  
membr. s. XII f. 283—285. conlationem Bluemnerus  
mihi misit. Rhenaugieni similis erat liber, quo et  
editor Iuntinus et eodem quidem anno sed post illum  
Hieronymus Auantius in editione Aldina adornanda  
usus est.

*Ermenricus Augiensis* multos Mosellae uersus sus-  
tulit in epistola ad Grimoldum archicapellanum, quam  
ex cod. Sti Galli 265 edidit EDuemmler Halis Sax.  
1873. qui unde habuerit codicem, non constat.

*Treuiris* olim in monasterio *SEucharii* fuisse Mo-  
sellae codicem docemur ab Gestorum Treuirensium  
auctore, qui scripsit s. XII, atque eo, qui Gesta illa  
continuauit (Waitzius ed. in Pertzii SS VIII 130—  
174). legimus apud eum c. 20 (p. 156, 4):

„Erant eo tempore apud Trebiros multi nobiles et ec-  
clesiastici uiri, ille uidelicet presbiter Iheronimus de Bethleem  
et Ausonius Burdegalensis aliquique quam plurimi. Quorum  
Iheronimus prolixum ualde de synodis librum sancti Hilarii  
ibidem conscripsit, Ausonius uero libellum qui dicitur *Mosella*  
metrice composuit et postea reuersus in patriam grande no-  
lumen composuit ad honorem huius patriae, quod qui scire  
uoluerit, in Burdegala reperire poterit.“

ultima uerba ex uersibus Ausonii male intellectis  
quidem fluxisse Wyttenbachius uidit, sed auctorem,  
quem S. Eucharii monasterium incoluisse Waitzius  
dicit p. 116, Mosellae librum habuisse testantur.  
eundemque librum ni fallor adhibuit, qui chronicam

istam continuauit, ad a. 1132: addit enim p. 143, 10 haec:

„Ibi sicut Ausonius dicit [Mos. 3 sq.]  
aequauit Latias (infelix C<sup>1</sup>C<sup>3</sup> add.) Gallia Cannas  
Infletaeque iacent inopes super arua colonos.“

ubi cum *Inflecteque* habeat codex 6, cum Reginensi libro cognatum hunc Treuirensem fuisse suspiceris.

Mosellam cum ultimo uersu et Rosas Hieronymus Aleander in uetusto codice *bibl. diui Victoris* in suburbo Parisiis inuenisse se dicit in schediis exemplari Iuntinae editionis, quod possidet Schenkelius, adglutinatis (Schenkl p. XXXVI).\*)

V Caesares soli:

*S* Regimensis 1283 s. XII uel s. X/XI (Baehrens, Jenaer LZ 1874 n. 24). solos Caesares et totos quidem habet. hoc genus artissime coniunctum est cum utroque et *B* et *P* (lacunam habet tetrast. 23 cum *B* et liber est interpolatione, quam ibi *P* est passus).

*R* cognatus est *R* = *Paris. 9347*, olim S Remigii Rem. (Schenkelii §) s. VIII, qui f. 57 monosticha sola exhibet sine inscriptione: conspirat cum *PΣ*.\*\*) —

\*) Verum enim uero aduertendum, quod dicit Accursius, cui nullus Mosellae liber praesto erat: „Ausonii sunt, ait, quae mulgo Virgilio adseribuntur epigr. de aetatibus animalium, Vir bonus, Rosae, Est et Non . . . haece Ausonii lusus esse, non Virgilii, fragmenta quaedam Longobardorum quandoque characteribus fidem faciunt, quorum inspiciendi sed et inuulgandi publicandi que mihi facultatem fecit Hieronymus idem Aleander.“ Iam cum talis Mosellae liber prorsus sit ignotus neque post tempora Aleandri interiisse sit credendus, scripturae autem in Mosella, quas exhibit Aseensiana editio, maximam eum SGallensi libro similitudinem prae se ferant, errore quodam Victorianum Mosellae codicem natum suspicor, qui minora tantum ista carmina habuerit.

\*\*) cognati sunt libri *Y* (Schenkelii § v ε):

*Y* Mellicensis s. XI f. 221<sup>u</sup> Caesares monost. et tetrast. u. 1 et 2, f. 222<sup>r</sup> de XII uirtutibus Herculis. sequuntur Culex Dirae Copa Rosae (cf. Melet. Vindob. I 64 sq.). monosticha sola habent

Bruxell. 10021 s. XIII ex. adiuneta Sidonii carminibus;

## II. Deriuati ex ultimis archetypi quaternionibus abreptis

Singulorum codicum descriptioni praemitto tabulam *Z* opusculorum, quae huius familiae libris ad nos uenerunt. nec tamen satis ad rem uidebatur breuiculum tantum eorum recensum dare: describendae erant quantum fieri

---

*Thuaneus Paris.* 8069 s. XI f. 127 (arta necessitudine cum *B* coniunctus, sed altera *m.* permulta in deterius mutauit). accedit

*Petauianus* NHeinsii (in quo etiam catalepta Maronis)

His deterioriores etiam sunt libri Sidoniani s. XII, quos  $\Phi$  littera comprehendo, monosticha autem sola habent: *Paris.* 2782, *Laurent.* 45, 26, *Bern.* 285, *Montispessul. schol. med.* H. 4. quorum ultimi duo cum Mellicensi libro cognati sunt, accedit saepe Suetoniauns liber *Paris.* 5801 s. XII, qui in aliis classem  $\Psi$  sequitur (= Schenkelii  $\alpha\eta\pi\varrho\beta$ ).

III. Nomina Musarum. inter Ausoniana primus retulit Vinetus ex minorum carminum Vergilianorum collectione Ascensiana. duo tantum selegi codices, ad quorum normam hos uersus ederem, *S. Gallensem* Ausoniani Florilegii librum 899 s. X, ubi legitur p. 65, et *Turicensem* 78 (451?) s. VIII—X. ex aliorum turba sufficit commemorasse *Caroliruhensem* 36 s. VIII—X cum *Vossiano Q* 33 s. X, quos gemellos etiam in eclogis de uiro bono et de Est et Non olim probauit (Ueberl. p. 307); Catoni in his libris adscribitur carmen. addo tertium par librorum ex eodem fonte deriuatum, sed interpolatum *Cantabrigiensem* *S. Trin. O 4, 11* s. X—XI cum *Parisino* 7930 s. XI: de ceteris, quorum numerus arenam uincit, ne uerbo quidem opus est. (cf. Anthol. lat. Ries. 664, Baehrens PLM III 243, Schenkl p. 251.

III. de signis caelestibus carmen, quod Vgoletus primus inter Ausoniana edidit, Accursius ex Vaticanis libris duobus Prisciano adscripsit; Scaliger (lectt. Auson. II 29) antiquiores putat Hieronymo hos uersus cum eis qui coniuncti leguntur in *Cuiaciano* libro (adde *Regimensi* 438, ex parte etiam *SGallensi* 250, quos descripsit EDuemmler NArchiu. III 309, aliis) scil. Anthologiae Ries. poematiis 676 sqq. cf. Baehrens PLM V 349 sqq. integrius quam in ceteris legitur in *Valentiano* 393 (*V*) *Caroliruhensi* Aug. 167 (*C*), *Vaticano Reg.* 215 (*Vat.*) s. VIII scriptis, *Gudiano* 132 s. X (*G*). horum lectiones ex Riesii (*V*) et Baehrensii (*C Vat. G*) exemplaribus hausi.\*)

uidetur usus; adde libros qui tantum u. 1—7 habent *Vindobon.* 2521, *Vorauensem* 111, *Monacensem* 14506 s. XII scriptos, *Monac.* 5417 s. XV, qui habet uu. 1—6.

\*) deteriores sunt a Riesio conlati: *Valentianus* 330<sup>bis</sup> s. X, *Paris.* 12117 (SGerman. 434) s. XI, *Paris.* 5371 s. XIII; a Baehrensio: *Laurent. Strozz.* 46 s. XIII, *Reginensis* 438 s. X, *Lei-*

v. Sulpicia. uid. Peiper Ueberl. p. 251. Baehrens PLM V 91 sqq.

XXIII. satis de his epigrammatis\*) dictum commentationis meae cap. III p. 226—256.

### Palaeotypa Ausoniana.

De editione principe Bartholomaei Girardini *Venetiis 1472* uid. p. LXXII.

Eam sequebatur *Mediolanensis a. 1490* curata sub Georgii Merulae auspiciis ab Iulio Aemilio Ferrario typis Scinzenzellerianis. de qua quod nuper scripsit Domenicus Carutti (de editione Ausonii a. 1490 a Scinzenzello Mediolanensi impressa et de editione Veneta anni 1496, in: Memoria della r. accademia delle scienze di Torino II. serie t. 28 p. 23 sq.), ego non uidi. in ea Ferrarius errores aliquot principis editionis castigauit, pauca carmina meliore libro adiutus correctiora edidit, Vrbium fragmenta ex codice S. Eustorgii adiunxit.

Repetita est haec editio *Venetiis 1494* tertiumque et multis locis correctam et auctiorem eam emisit Hieronymus Auantius *Venetiis 1496*: nam epigrammata XVIII, Ausonii quae esse uidebantur, a Bartholomeo Merula acceperat inuenta superioribus annis Mediolani ab Francisco Nursio poeta Veronensi (uid. infra p. 419—427). atque hanc spuriorum carminum seriem (nam praeter unum nemo fuit omnium qui Ausonio operam nauarunt, cui non probauerim ab Ausonio prorsus alienos hos fetus esse eis quae commentationis meae capite III p. 226—256 exposui) auxit

---

*densis Scal. Q 61* (Scaligeri manu descriptus ex Cuiaciano); nondum collati *SGall. 248 Vindob. 143* s. XIII.

\*) eorum pars ex Aldina editione descripta legitur in cod. *Ambrosiano P 83 sup. chart. s. XVI* (cum Vrbium catalogo et Epistulæ ad Ursulam uu. 14—24 et uei Ausonii epigrammatis) et *Parisino 8284* (olim Telleriano). cf. Ueberl. 279 Schenkl p. XXVIII n. 14.

etiam Thadeus Vgoletus, qui *Parmae 1499* (iterumque *Venetis 1501*) Ausonium praelis subiecit. nam is alia multa adiecit opusculis Ausonianis antea editis, ut iure suo dicere posset „ex collatione diuersorum codicium Ausonio additum, quantum adhuc ab alio nemine“ — protulit enim ex Tristani Chalei codice Ludum VII sapientium et Catalogum Vrbium totum, ex libro Antonii Bernerii iure consulti Periochas, ex tertio libro (nempe Laurentiano Verrazani manu scripto) Mosellam cum Symmachi laudatione, ex eodem accedente libro Puteani simillimo quotquot derant ad illud tempus Caesaram tetrasticha — et in calce eum Sulpiciae carmine adiecit „epigrammata [XXIII] ex Georgii Alexandrini [Merulae] quae feruntur manasse bibliotheca“, eiusdemque farinae alia nouem tacite interposuit Ausonianis epigrammatibus: horum autem poematum XXXIII pleraque ea ipsa sunt, quae Auan-  
tium supra edidisse diximus (vid. infra p. 428—435).\*) bis etiam Graecae Anthologiae ope usus epigrammata, quae uel erant uel uidebantur truncata, ipse expletuit (p. 435 sq.), quam rem quis possit integerrimo uiro in uitium uertere? accesserunt etiam, quae in indice Vgoletiano non recensentur ut noua, Ausonii ad Paulinum epistula XXVIII (XXV 418), et quidem ex Laurentiano 23, 20, atque antiqua quidem, sed ab Burdigalensi poeta aliena, de nominibus stellarum carmen (infra p. 412 IIII) et sententiae septem sapientium (309—315 p. 406—408) ex Laurentiano 37, 25, quas de suo ex Anthologia conuersis uersibus (316) uidetur auxisse, denique in puerum formosum epigramma (olim 107, infra p. 417 VI). in Ausonianis Vgoletus raro traditum libris ordinem mutauit, laude sane dignus quod de Fastis carmina ex Epigrammaton libro remouit.

Non suam editionem, sed Vgoletianam secutus est

\*) omnia esse Merulae cum dixisset et nullo dolo male inlata Ausonianis, haec quidem ab Vgoleto esse facta et per fraudem intrusa putat Schenkl causis mirime sufficientibus nixus.

Hieronymus Auantius, cum iterum *Venetiis* 1507 emendandum susciperet Ausonium. neque non hic quoque multa, quae prioribus incognita fuerunt, ex scriptis libris inseruit uariis locis. et primum quidem f. 4<sup>r</sup>: Theodosii epistulam Ausonique ad Theodosium carmen et (f. 4<sup>u</sup>) Pythagoricum de ambiguitate uitiae eligendae; deinde f. 23<sup>u</sup>—25<sup>u</sup> ad Paulinum epistulas XXVI et XXVII (416 et 417) cum Paulini Ep. XXXI 19—102; deinde f. 60<sup>r</sup> Genethliacon ad nepotem; deinde f. 69<sup>r</sup> Symmachi et Ausoni epistulas tres (infra Epp. I—III), f. 70<sup>r</sup> Iuuenci Historiae euangelicae initium sine titulo, f. 70<sup>u</sup>—73<sup>u</sup> Paulini ad Ausonium cetera, nempe Ep. XXXI 1—18, Ep. XXX, Ep. XXXI 103—284 (285—331 non habuit); postremo f. 80<sup>r</sup> post Sulpiciae carmen addidit de matre Augusti epigramma (infra p. 417 VII).\*)

Etiam in poematis ante editis eo, quod multa melius scripsit, noua subsidia praesto fuisse Auantio docemur. cf. Epp. XXVIIII (418) XII (406) XIII (393) al. quodsi quaerimus, quae fuerint ea subsidia: non fuit Harleianus 2613, in quo desunt Paulini c. X uu. 167—284, quos ille edidit. atque alium fontem ipse Auantius in praefatione indicat, qua de re uid. supra p. XXXXV Iuuenci uersus non dubium quin ex altero Harleiano habuerit\*\*), Pythagoricum ex Gudiano, in epistula XXVII (XXIII 417) altero Vossiani simillimo libro usus sit, qui liber erat lacunis, quas habet Parisinus. „Ausonii epigrammata per dominum Bartholomaeum reperta“ (sic enim inscripsit, quamquam auctus erat numerus istorum epigrammatum post Bartholomaeum Merulam) unde fluxerint, ne Auantius quidem aperuit.

---

\*) fragmentum esse carminis, quo Liuia celebrabatur, suspicatur Schenkl.

\*\*) nam alii quoque libri ut Vaticanus Accursii illud fragmentum habent, in nullo tamen excepto Harleiano Ausonii nomen inscriptum est.

Iodocus Ascensius in adornanda ed. *Parisina a. 1511* Hieronymi Aleandri egregia opera usus est eiusque discipuli Michaelis Humelbergi (s. Homedei) Rauenspurgensis. atque Aleander in Mosella Rosisque, quod carmen primus Ausoniano corpori intulit, uetusto codice („quem tamen, si scripturas in carmine de Rosis inspexeris, neque ita antiquum neque bonum fuisse facile intelleges“, ut ait Schenkl p. XXXI) ex bibliotheca diui Victoris Parisiensi usum se profitetur in scediis supra p. XXVIII commemoratis, cuius lectiones in Mosella cum SGallensi libro concinunt (qua de re uid. supra p. LIII). ceterum Ausoniana poemata priorum editorum ordine abiecto quinque sectionibus diseripsit. repetita est haec editio *Parisiis a. 1513 et 1517* paucis tantum mutatis, eademque ni fallor praesto fuit Richardo Croco Anglo, cum *Lipsiae* publicaret Ausonium a. 1515.

*Florentiae* sumptu Philippi Iuntae 1517 die XX Mai Ausonii carmina edita quis curauerit quibusque auxiliis adiutus, non comperi. cum Aldina consensus non est, si Mosellam exceperis, ad quem emendandum in utraque idem codex uel eiusdem codicis, qui similis erat Rhenaugiensis libri, apographa praesto fuisse uidentur, nisi forte Auantius ipsum Iuntinum exemplar adhibuit, quae tamen Schenkelii opinio non certior est quam nostra.

Auantius enim tertium edidit Ausonium a. 1517 mense Nouembri *Venetis* in aedibus *Aldi et Andreae socii* retento quidem ordine eo, quem ipse a. 1507 instituerat, sed ad exemplar tamen non suum, sed Vgoletianum, ita ut errores annis 1496 et 1507 castigati in Aldina quasi repullularent. nouis tamen codicibus eum usum esse ex multis lectionibus cognoscitur, et cum in Mosella, quod carmen plenum exhibit, ab Vgoleti textu recedere eum uideamus nec tamen amplecti Ascensianum exemplar, cuius prorsus nullam notitiam habuisse uidetur, codicem plane diuersum ab

libris et eis quos illi usurparant, et eis qui ad nostram aetatem uenerunt, habuisse eum constat.

*Basileae apud Valentium Curionem a. 1523 mense Ianuario edita Ausoni opuscula quo iure dicantur diligenter recognita et num quid ex codicibus petitum sit auxiliu nescio: noui nil accessit opusculis.*

Superest ut Mariangeli Accursi mentionem facciamus, qui in „*Diatrībe in Ausonium Ouidium Solinum, ed. Romae 1524*, praeter Sannazarii copias ex Vossiano libro sublatas (de quibus breuissime ut par est supra diximus) et HAlleandri subsidia quaedam Periocharum apographo satis inquinato uitiis atque aliquot familiae *Z* libris non admodum bonis uti potuit.

Ausonianorum studiorum nouam aetatem auspicati sunt Lugdunenses editores Stephanus Charpinus RConstantinus (*Lugduni apud Ioan. Tornaesium 1558*), quorum alter descripsit librum monasterii S. Barbarae in Araris insula, qui nunc est Lugdunensis Voss. 111, alter thesauros inde petitos castigauit. Quos mox secutae sunt Eliae Vineti, Ios. Scaligeri\*) aliorum deinceps curae. ex quibus unum N. Heinsium nominare satis habeo, cuius emendationes cum ex commentariis ab ipso editis tum ex exemplari Tornaeiano bibliothecae Leidensis (758 F 11), quo et pater et filius utebantur, depropensi. nam quas Sebisio adscripti coniecturas petitas ex exemplari Gryphiano a. 1675 quod est in bibl. ciuit. Wratislauiensis, utrum reuera Audreae istius fuerint, cuius nomen gentile erasum Sebisianae gentis arma impressa uolumini produnt, an alias uiri docti, cuius uel ante uel post eum illud exemplar fuit, non potui explorare.

---

\*) Vineti quae esseent, quae Scaligeri emendationes, non potui quanta et ipse uolebam et flagitabat Dezeimeris cura discernere, cum Vineti eo tantum exemplari uti liceret, quod Simou Millangius suis coepit formis edere VII. Id. Febr. MDLXXV.

## II. Tabula rerum Ausonianarum et opuscularum ex temporum ordine digestorum.\*)

Sidonius Apollinaris Ep. III 14 ad Polemonium:  
Nam tuorum pueritiae comparatus non solum Cornelios  
oratores, sed AVSONIOS quoque poetas uincere potes.

Suidas I 866 B.: *Αὐσόνιος σοφιστὴς γεγραφὼς ἐπιστολὰς καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς Νόννον* (*Νωλανόν* coni.  
Schenkl.).\*\*)

\*) WBrandes, Zur handschriftlichen Ueberlieferung des Ausonius: Fleckeisens Jahrbücher für class. Philol. 1881, 59—79; Zu Paulinus von Pella: Z. f. österr. Gymn. 1880 (31) 248 1881 (32) 321 sqq. EBöcking, Moselgedichte des Decimus Magnus Ausonius und Venantius Hon. Clem. Fortunatianus lat. u. deutsch (= Jahrb. d. V. f. Alterthumsfreunde im Rheinlande VII 2) Bonn 1845. D. Magni Ausonii opuscula rec. CSchenkl, Berol. 1883 prooem. I de Ausonii uita Q. Aureli Symmachi quae supersunt ed. OSeeck. Berol. 1883 (prooem. IV de Symmachi uita. V Chronologia et prosopographia Symmaehiana: p. LXXV—LXXXIII de Ausonio). ABuse, Paulin von Nola und seine Zeit. Regensburg 1856. II tomi. HRichter, Das weströmische Reich besonders unter den Kaisern Gratian, Valentinian II. und Maximus (375—388). Berlin 1865. AEbert, Geschichte der christlich-lateinischen Literatur I 283 sqq. — Ex his libris, in primis Schenkelii et Seeckii, non raro uerba integra transcripsi.

\*\*) Ausonius nomen semel occurrit in CIL III 1 n. 4211: L. SEPT. AVSONIO, saepius in nummis Merouingicis: cf. Anatole de Barthélémy in Bibliothèque de l'Ecole des chartes 1882 p. 287. ex libro „(Fougères et Combrousse) Monétaires des rois mérovingiens“, Paris 1843 tab. 25, 11 hanc inscriptionem mihi indieauit AdeSallet: GEMELIACO || AVSONIS MOH (i. monetarius). de aliis Ausoniis uid. Ueberl. p. 318.

- 267 Arborius, Ausonii paternus auus, eiusque pater proscripti „regnum cum Victorinus haberet ductor et in Tetricos recidit imperium“. (Par. 4, 8 cf. Eutrop. VIII 9. 10 Tetricus apud Burdigalam purpuram sumpsit (a. 272). Trebell. Poll. XXX tyr. 6 et 24): puto inter has ipsas turbas cum pater exulare cogeretur, filium esse natum, qui post in Tarbella ciuitate matrimonio secum iunxit Aemiliam Corinthiam Mauram.
- 288 290 natus est Iulius Ausonius Cossione Vasatum, D. Magni Ausonii pater, medicus Burdigalensis, utriusque curiae et Romanae et Burdigalensi honoris causa adscriptus. (Praef. I 13. Epiced. 1. 5. Par. 1, 13. Marcellus Burdigalensis in epistula praefixa libro de re medica: „Nec solum neteres medicinae artis auctores latino duntaxat sermone perscriptos, cui rei operam uterque Plinius et Apuleius et Celsus et Apollinaris ac Designatianus aliquie nonnulli etiam proximo tempore illustres honoribus uiri, ciues ac maiores nostri, Siburius, Eutropius atque Ausonius commodarunt, lectione scrutatus sum“ — et cap. 25 p. 172: „Ausonius medicus“. In palantium uocatum eum fuisse Scaliger putabat.)
- c. 308 Iulius Ausonius in matrimonium dicit Aemiliam Aeoniā, Arborii filiam (Par. 2. Epiced. 37 coniugium per lustra nouem . . . unum habui . . . gnatos quattuor edidimus).
- c. 309 nascitur filiola Aemilia Melania (quae lactans obiit, Epiced. 39; uno consule maior fratre, Par. 29, 4).
- c. 310 DECIMVS MAGNVS AVSONIVS (haec nomina libri PGB suppeditant, uid. notas ad p. 17. 144. 154. 169. 282. 118) nascitur Burdigalae (Par. 29, 4. Epiced. 41: maximus).
- Praeceptores primae pueritiae is habuit Macrinum (Prof. 10, 11), porro Graecos grammaticos Romulum et Corinthium (Prof. 8, 10). plurimum uero debebat Magno Arborio auunculo, cui primis annis traditus placuit (Par. 3, 19. Par. 16; imprimis cf. Par. 3, 8: mihi qui fueris quod pater et genetrix; qui me lactantem puerum iuuenemque uirumque artibus ornasti). inter condiscipulos erat Luciolus, post magister et conlega Ausonii (Prof. 3, 1). Leontius (Prof. 7, 13:

socius iuuentae, pluribus quamuis cumulatus annis) Leontiique frater Iucundus (Prof. 9, 3: amice, sodalis).

c. 320 Ausonius Tolosam abiit ad Aemilium Magnum Arborium, cui ea in urbe domus erat et schola (Prof. 16. Par. 3, 11. Vrb. 98: altricem nostri Tolosam).

326 Hieronymus ad u. 2340: Nazarius rhetor insignis habetur (cf. Prof. 14, 9. Hieron. ad a. 2352 = 338. Nazarii Paneg. Constantino dictus a. 321).

326 Crispum et Licinium sororis filium Caesares Constantinus interfecit (Eutrop. X 6. Hieron. ad a. 2341. Oros. VII 28, 26).

c. 326 Constantini fratres (Anaballianus Dalmatii pater, Constantius, Constans) Tolosae uersantur exilio specie (Prof. 16, 11): inde principum amicitiae contigerunt Arborio Constantinopolimque fama eius peruenit. mox

c. 328 ipse eo uocatus (nimirum quo tempore Byzantium omnibus undique conuocatis decoribus ornabatur a Constantino) unum ex Constantini filiis (non Constantem, qui natus a. 320 Caesar est dictus a. 333, sed Constantinum n. 316 vel Constantium, qui n. 317 Caesar est dictus a. 324 d. 8 Nou.) instituit, sed post breue tempus ibi decessit (Par. 3, 15 hinc tenus Europam fama crescente petitio Constantinopolis rhetore te uiguit. Prof. 16, 15 illic diues opum doctoque ibi Caesare honorus occumbis. cf. Gratiar. act. 31: Nolo Constantini temporum taxare collegas: Caesares docebantur. Prof. 16, 17 in patriam sedem principis Augusti (Constantini) restituit pietas. Par. 4, 25 per trina decennia fletus a patre).

Propter auunculi discessum Burdigalam cum redisset Ausonius (uir Par. 3, 9), rhetoriceis studiis inprimis se dedisse uidetur, clarissimorumque eo tempore rhetorum disciplina utebatur: Minerui (Prof. 1, 11. 25. 38), quem postea, cum Romae degeret, Symmachus quoque audiuit (Ep. VIII 88, 3), Alcimi (Prof. 2, 28) etiamque ut videtur Delphidii (Prof. 5), cuius patrem clariorem filio, proximo

aeuo qui floruerat, senem uidit iuuenis (Prof. 4, 4); denique Lucioli condiscipuli postque conlegae (Prof. 3, 1).

His annis et qui secuti sunt familiaritate gaudebat Citarii Syracusaui, grammatici Graeci (Prof. 13), Dynamii rhetoris (Prof. 23, 12), Nepotiani multo quidem maioris (Prof. 15, 4. 14: medella nostri pectoris . . . sodalis et conuictor, hospes . . . mentis agitator meae). Arborii in locum Staphylius rhetor successerat apud Ausonium (Prof. 20, 5 tu mihi quod genitor, quod aunculus, unus utrumque, alter ut Ausonius, alter ut Arborius).

- c. a. 334 tandem ipse apud Burdigalenses grammatica munus adit (Praef. I 22 multis conlatus sed non subditus). Haud dubie hoc ipso tempore Attusiam Lucanam Sabinam in matrimonium duxit, cuius pater Attusius Lucanus Talisius Burdigalensis paulo ante erat mortuus (Par. 8, 11 optabas tu me generum florente iuuenta: optare hoc tantum, non et habere datum).
- c. a. 335 Ausonius filius, quem peperit Sabina, puerulus obit (Par. 10). duo postea liberos procreauit Hesperium incertique nominis filiam.

Aliquot annis post rhetoricae munus Ausonio defertur a ciuibus. in grammatico munere ei successit Acilius Glabrio (Prof. 24, 5 quondam puero conpar mihi, discipulus mox, meque dehinc facto rhetore grammaticus), cum obisset Herculanus sororis filius, quem et discipulum et conlegam habuerat (Prof. 11, 1. 3: profectus gremio de nostro et schola . . . particeps scholae et cathedrae paene successor meae. cf. Par. 17). praeter Acilium et Herculanium alumnos habebat Paulinum et Tetradium, postea Iculismensem praeceptorem (Ep. XI 17. 22). forenses quoque causas quamquam raro suscepit (Praef. I 17 nec fora nou celebrata mihi, sed eura docendi cultior. Ep. VIII 28 ἐν τε φορῳ causas τε και ingratatasi cathedralis).

- c. a. 335 Epistula XVIII ad patrem de suscepto filio. Epistula de ostreis et musculis, quam postea

Theoni misit (Ep. XV praef.: inuenta epistula uetere, quam de ostreis et musculis affectata obscuritate consideram, quae adulescens temere fuderam, iam senior retractau).

- 338 Hieronymus ad a. 2352: Pater rhetor Romae gloriosissime docet (cf. Prof. 4 et 5. Hieron. ad Hedybiam ep. 150: maiores tui Paterius atque Delphidius, quorum alter antequam ego nascerer, rhetoricam Romae docuit, alter me iam adulescentulo omnes Gallias prosa uersuque suo inlustrauit ingenio).

ante a. 343 epigrammata ad Sabinam 39, 40(?), 53 —55 et quibus Laidas et Glyceras celebrauit (e. g. 38 et 65 de Laide).

c. a. 343 ex. obiit Sabina duodetriginta annos nata (Par. 9, 25: quae modo septenos quater inpletura Decembres liquisti natos, pignera nostra, duos. 9, 8: perque nouem caelebs te fleo olympiadas).

Exuperius rhetor Narbone docet Dalmatii (ob. a. 351, cf. Eutrop. X 9) filios (Prof. 17, 9 sqq. tum pueros metam prope puberis aeui, Caesareum qui mox indepti nomen —).

- 353 nascitur Pontius Paulinus, postea Ausonii discipulus.

355 Hieronymus ad a. 2369: Mineruius Burdigalensis rhetor Romae florentissime docet (cf. Prof. 1).

c. 357 Arborius maternus auus Ausonii moritur nonagenarius, postquam per trina decennia filium defleuit (Par. 4).

357 Hieronymus ad a. 2371: Alcimus et Delphidius rhetores in Aquitania florentissime docent (cf. Prof. 2 et 5. Sidon. ep. V 10. VIII 11. Hieron. ep. 150 ad Hedybiam [uid. supra ad a. 338]. Ammian. XVIII 1, 4. uid. infra ad a. 363 et 383).

359 Gratianus (nomine auum referens: Cento 9. Ammian. XXX 7, 2. Epitom. 45, 2) nascitur Sirmii (Hieron. ad 2375. Epitom. 47).

363 Iulianus imperator IIII Fl. Sallustius coss.; eorum consulatum Alcimus rhetor libris suis celebrauit (Prof. 2, 21).

364 post 15 Febr. Iouianus imperator moritur.

Febr. 26. Valentinianus (I) imperator, Valens Augustus (Ammian. XXVI 1 sqq. Epitom. 45). de senioritate nimia imperatoris uid. Ammian. XXVIII 3, 2. XXX 8. Epitom. 45, 6. Hieron. ad a. 2381. Auson. Grat. Act. 2 et 71 sq.

c. 364 paulo post Ausonius triginta per annos docendi munere functus (Praef. I 23) non propter carminum famam, quae nulla ante hoc tempus emiserat, sed ut scholae Burdigalensis celeberrimus praceptor, a Valentiniano in palatum Treuerense vocatur, ut Gratianum grammatica, mox etiam rhetorica institueret (Praef. I 26).

Valentinianus inter religionum diuersitates medius stetit nec quemquam inquietauit. Ammian. XXX 9, 5 cf. Zosimus III 3.

ante a. 364 Burdigalae scripta uidentur ea epigrammata quibus Ausonius inludit grammaticis et rhetoribus, e. g. ep. 6—13, 60 et 61. ep. 34 ad Gallam ante natam Gratiani sororem cognominem scripsisse eum consentaneum.

366 Gratianus consul I.

ante a. 367 Ephemeris Burdigalae scripta, quo tempore Paulinum instituebat, qui postea Orationem in Ephemeride positam imitatus est; palatii nulla in Ephemeride mentio.

367 24 Aug. Gratianus Augustus declaratur (Ammian. XXVII 6, 16. Epitom. 45. Zosim. III 12. Hieron. ad a. 2383).

a. 368 ad festum paschale: uersus Paschales, in quibus multa, quae in Oratione supra conmemorata scripserat, eisdem uerbis repetiuit; eodemque tempore nescio an luserit orationem rhopalicis uersibus scriptam (cf. Pasch. 25 geminum sator Augustorum qui fratrem natumque . . .).

368—374 Ambrosius (Treueris natus c. a. 340, posito in administratione praefecturae Galliarum patre) professus in auditorio praefecturae praetorii ita

splendide causas perorauit, ut eligeretur a uiro ill. Probo tunc praef. praet. ad consilium tribuendum. post haec consularitatis suscepit insignia, ut regeret Liguriam Aemiliamque prouincias uenitque Mediolanum (Paulini uita Ambrosii c. 3 et 5).

368 et 369 Ausonius Valentinianum et Gratianum, etiamtum proeliorum impatiens ac laborum, comitatur in expeditione Alamannica (Cento pr. 20. Grif. pr. 12. Mos. 422. Bissula III 4).

368 Alamanni uincuntur ad Solicinium et Lupodunum (Mos. 422 sqq. ep. 28 et 31. Ammian. XXVII 10, 8 XXX 7, 7).

368 369 Valentinianus Rhenum amnem a Raetiarum exordio ad usque fretalem oceanum magnis moliibus communiebat; Nieri meatum aliorsum uertit, trans Rhenum in monte Piri munimentum extruxit (Ammian. XXVIII 2, 1 sqq. XXX 7, 6. Symmachi laudatio Valentiniani II 4).

369 Febr. Symmachus legatus ad comitatum in Galliam uenit (Auson. ad Symm. infra Ep. II 29 dum in comitatu degimus ambo aequo dispari, ubi tu neteris militiae praemia tiro meruisti, ego tirocinium iam ueteranus exercui).

25 Febr. Symmachus panegyricos recitauit Valentino et Gratiano. Treueris is saepe in mensis Ausonii uersatur (Symm. ep. infra p. 142, 30. cf. Grif. pr. 20 super mensam meam). ad Ausonium pertinent laudes, quas Symmachus Gratiano tribuit (Symm. laud. Grat. § 7).

368 epp. 28 et 31 „ad Danuum“ iussu imperatoris uictoriā ab Alamannis reportatam celebrat Ausonius (cf. Mos. 424 fontem... ignotum Histri).

circa idem tempus in expeditione militari Cento scriptus iussu Valentiniani, imperatori et Gratiano Augusto adscriptus (Cento pr. 12), post imperatoris obitum ad Paulum missus; item in expeditione militari Grifus (pr. 20) postea Symmacho missus, atque etiam Vir bonus (cf. u. 10 cum Centonis pr. 59).

370 Kal. Ian. Symmachi laudatio in Valentinianum seniorem Augustum altera. paulo post Symmachus in patriam reddit.

„Valentinianus omni pudicitiae cultu domi castus et foris, nullo contagio conscientiae uiolatus obscenae, nihil incestum hancque ob causam . . . petulantiam frenarat aulae regalis“ (Ammian. XXX 9, 2).

„Valentinianus amator munditiarum laetusque non profusis epulis sed exultis“ (Ammian. XXX 9, 4). imperator ipse carmina et faciebat et recitabat (uid. Cento pr. 12).

c. a. 370 Bissula (u. 20 bellica praeda), quam postea ad Paulum misit una cum Centone.

c. 370 Ausonius comes (Praef. I 35. Grat. Act. 11: tot gradus nomine comitis propter tua incrementa congesti. cf. Epitom. 47, 4. 5: fuit autem Gratianus litteris haud mediocriter institutus: carmen facere, ornate loqui, explicare controuersias rhetorum more. Grat. act. 68 sqq. ep. 26).

370 Burgundios excitat imperator in Alamannorum perniciem. Alamanno per Rhaetias adgreditur Theodosius (Ammian. XXVIII 5, 15).

a. 370 et 371 Mosella Treueris scriptus (cf. u. 422 sqq., u. 450 Augustus pater et nati; u. 408 sqq. Probus significatur). quem laudat Symmachus ep. I 14 („uolitat tuus Mosella per manus sinusque multorum“)\*).

eodem tempore Ep. XIII et XV ad Theonem scriptas docent descriptiones, piscium enumeratio (XIII 60 sqq. ex Mosella 87, XV 42 ex Mos. 74 repetitae; Treueris scriptas probant XIII 1—3. cf. XV pr. 6: quae adulescens temere fuderam, iam senior retractai. XV 50—54 = XIII 74—77).

Alia multa per hos annos opera agitabat Ausonius,

---

\*) uiam quam persequitur poeta ita indicat Tabula Penteriana: „Aūg. Tresuirorum VIII Noniomag<sup>o</sup>. X.—X. Belgium VIII. Dumno. XVI. Bingium. XII. Mogontiaco VIII.“ Antonini Itin. 371 W.: „Confluentibus Vincō mpm XXVI Nouiomago mpm XXXVII Treueros mpm XIII.“

quae aut multo post, aut numquam absoluit: Mos. 403 sq. Professorum Burdigalensium recensum indicant, 453 sqq. 399 sqq. descriptionem urbium sitarum ad Mosellam laudemque uirorum in eis celebrium.

Iam hoc tempore Valentinianus spem consulatus accipiendi fecerat Ausonio (Mos. 449—452 Burdigalam cum me in patriam nidumque senectae Augustus pater et nati . . . fascibus Ausoniis decoratum et honore curuli mittent emeritae post munera disciplinae).

Pedestria uolumina Ausonium ante Mosellam edidisse non recte conilitur ex Symmachi ep. I 14 (uid. supra p. VI not.).

368—375 Sextus Petronius Probus, Petronii Probiani nepos, praef. praet. Ital. Illyr. Afr., Sirmii plerumque residebat (Ammian. XXVIII 1, 31. XXVIII 6, 9. XXX 3, 1. 5, 11 cf. XXVII 11, 1 sq.: Seeck CII sq.).

371 S. Petronius Probus consul cum Gratiano II.

371 Valentinianus filius nascitur.

De Alamannica huius anni expeditione uid. Ammian. XXVIII 4, 2 sqq.

371 Ep. XII ad Probum (u. 20 praefectum eundem et consulem. 22 collega Augusti consulis. cf. 16 tribus eris. 77 et 96 sqq.)

c. 372 Ausonius, primus Ausonii nepos ex filia, nascitur (cf. Protrept. et Genethl.).

paulo post obiit nepotuli pater Val. Latinus Euromius, patronus fisci, praeses Dalmatiae (Par. 14, 9 sq.; u. 4: lactantis nati uix bene note pater). Gratiano puero scripta uidentur ep. 27 de fera, et 30 de leone interfectis a Gratiano, porro epitaph. 33 „iussu Augusti equo admirabili“ (cf. Ammian. XXXI 10, 19: ut ille (Commodus) ita hic quoque intra saepa, quae appellant uiuaria, sagittarum pulsibus crebris dentatas conficiens bestias. Epitom. 47, 5: nil aliud die noctuque agere quam spiculis meditari summaeque uoluptatis diuinaeque artis credere ferire destinata. cf. Grat. Act. 64 sq. Cedrenus p. 259: ἐπὶ τοιοῦτον εὐστόχως ἔτοξενσεν ὡς λέγειν τινὰς τὰ Γρατιανοῦ βέλη φρένας ἔχειν).

374 Gratianus consul III (Ammian. XXX 3, 1).

Valentinianus post uastatos aliquot Alamanniae pagos munimentum aedificat prope Basiliam; mox pacem concluditcum Macriano rege (Ammian. XXX 3, 1). Gratianus uxorem dicit Constantii filiam (cf. Ammian. XXVIII 6, 7).

Probum incitato odio petebat imperator (Ammian. XXX 5, 4 sqq.).

Ambrosius episcopus Mediolanensis creatus (Hieron. ad a. 2390. Paulini uita Ambrosii c. 9).

375 ante m. Dec. usque ad a. 378 Ausonius quaestor sacri palatii (Grat. Act. 11 ex tuo merito te ac patre principibus quaestura communis. 83 quaestorem tuum. Protrept. 90 quaestor Augustis patri natoque. Ep. XIII ad Vrsulum. Symmachi ep. I 23. Praef. I 35).

375 XV Kl. Dec. Valentinianus imperator Bregectione in Pannonia obiit (Ammian. XXX 6, 3 sqq.).

Valentinianus puer tum quadrimus Augustus Orientis nuncupatur, eum Iustina matre degens tunc in villa quam Murocinctam appellant (Ammian. XXX 10, 4. Hieron. ad a. 2391. Ambrosii consolatio Valent. c. 59. Epitom. 45).

gestorum ignarus etiamtum Gratianus agebat apud Treueros (Ammian. XXX 10, 1).

Iulus Ausonius pater honoraria praefectura Illyrici ornatus (Epiced. 52).

376—380 „per hoc quadriennium omnes summi per occidentem magistratus unius familiae quasi patrimonium erant. nec minus legum eodem tempore latarum argumenta Ausonii ingenium produnt“. cf. Cod. Theodos. XIII 3, 11 I 16, 13 XVI, 19 XIII 3, 12. adde I 15, 7 VIII 1, 13. 6, 1. 2. 19, 4. 35, 2. 3: Seeck. LXXVIII.

„Ausonii amicitiam Symmachorum familia sensit.“ Seeck LII.

inter 376 et 380 scriptae sunt commendaticiae epp. Symmachi ad Ausonium (I 17. 29. 30. 36. 40. 41. 43) et ex ceteris 24? 28. 33. 34. 35. 37—39. eisdem annis pleraque Symmachi ad Hesperium epp. (I 75—88).

- 376 Gratiani leges de publicis praceptoribus uocan-  
dis (Cod. Theodos. XIII 3, 11 d. 23. Mai.)\*) et de ser-  
uandis in urbe ueteribus operibus (Cod. Theodos.  
XV 1, 19)\*\*).
- 377, ante 378 Kl. Ian. Ansonii quaestoris ad Vrsulum  
grammaticum Treuerorum, Harmonii collegam, ep.  
XIII.
- 376 Hesperius proconsul Africae (Epiced. 45. Cod. Theo-  
dos. XV 7, 3; XVI 5, 4; I 32, 2. cf. CIL VIII 5423 . . . mius  
Hesperius). Flauianus commendante Symmacho euec-  
tus (Ammian. XXVIII 6, 28 ad Hesperium proeonsulem  
et Flauianum uicarium sunt missi, quorum aequitas aucto-  
ritate nixa iustissima . . . cognouit).
- 376 Kl. Ian. Symmachi ad Auson. ep. I 13: Gratiani  
orationem in senatu lectam laudat.

---

\*) Cod. Theodos. XIII 3, 11: Impp. Valens Gratianus et  
Valentinianus AAA. Antonio Pf. P. Galliarum. Per omnem  
dioecesim commissam magnificentiae tuae frequentissimis in  
ciuitatibus, quae pollut et eminent claritudine, praceptorum  
optimi quique erudienda praesideant inuentati, rhetores loqui-  
mur et grammaticos Atticae Romanaeque doctrinae. Quorum  
oratoribus niginti quattuor annonarum e fisco emolumenta do-  
nentur, grammaticis Latino uel Graeco duodecim annonarum  
deductior paullo numerus ex more praestetur; ut singulis urbi-  
bus, quae metropoles nuncupantur, nobilium professorum electio  
celebretur, nec uero iudicemus, liberum ut sit cuique ciuitati  
suos doctores et magistros placito sibi inuare compendio. Tre-  
uirorum nel clarissimae ciuitati uberins aliquid putauimus de-  
ferendum, rhetori ut triginta, item niginti grammatico Latino,  
Graeco etiam, si qui dignus reperiri potuerit, duodecim praee-  
beantur annonae. Dat. X Kal. Iun. Valente V. et Valentiniano  
AA. Coss. (376).

\*\*) Cod. Theodos. XV 1, 19: Impp. Valens Gratianus et  
Valentinianus AAA ad Senatum. Post alia: Nemo praefecto-  
rum urbis aliorumue iudicum, quos potestas in excelsa locat,  
opus aliquod nouum in urbe Roma inclita moliat, sed ex-  
colendis ueteribus intendat animum. Nouum quoque opus qui  
uolet in urbe moliri, sua pecunia, suis operibus absoluat, non  
contractis ueteribus emolumentis, non effossis nobilium operum  
substrictionibus, non rediuinis de publico saxis, non mar-  
morum frustis spoliatarum aedium deformatione connulsis. Lecta  
in senatu, Valente V. et Valentiniano AA Coss. (376).

- 376 Symmachus Gratiano Ausonium laudat nomine non addito (ep. X 2, 5): „facundia res esse coepit imperii; nam Musis in palatio loca lautia tu disti.“
- 377 Gratianus consul IIII.
- 377 Thalassius (postea Ausonii gener) uicarius Macedoniae (Symm. ep. I 25 cf. Paulini Eucharist. 24 sqq.). eius filius ex priore coniuge (unde praedia illa auita et materna in Epiro et Achaea sita contigisse Paulino suspicor, de quibus loquitur in Eucharist. vv. 273 et 414 sq.) Paulinus, carminis Eucharistici qui est auctor, Pellae natus aut a. 376 ex. aut 377.
- 377—380 Hesperius praefectus praetorio Italiae Illyrici Africæ (Cod. Thedos. I 15, 8 d. 21. Ian. 377, VIII 5, 34 d. 27 Febr. uid. ad a. 378).
- 376 aut 377 Symmachi ad Ausonium ep. I 16 („fratris mei Hesperii honore exalte“). Lentenses Alamannicus populus tractibus Rætiarum confinis Romana conlimitia temptant (Ammian. XXXI 10, 2).
- 378 in. Ausonius quaesturam depositus. igitur ante hunc annum scripta est Symmachi ad Auson. ep. I 23 („quaestor es“)
- 378 in. — 379 aest. Thalassius, Ausonii gener, proconsul Africæ (Cod. Theodos. XI 36, 23—25. XI 30, 37. Paulini Eucharist. 31 sqq. Epiced. 45: huius ego et natum et generum pro consule uidi).
- 378 Ausonius praefectus Galliarum (inter 12. Jan. et 20. Apr. 378, cf. Cod. Theodos. VIII 5, 35). mox Galliae cum Italia coniunctae sunt ita, ut praefecturam unam Occidentis efficerent imperio collegiali a patre filioque administrandam (factum hoc inter Aug. 378 et 5. Jul. 379 cf. Cod. Theodos. XIII, 1, 11. — Grat. Act. 40 uoces omnium Galliarum, quarum praefecto hanc honorificentiam (consulatum sc.) detulisti. ibid. 7: ad praefecturae collegium filius cum patre coniuctus. cf. 11 et 83. Praef. I 36. Epiced. 42 praefectus Gallis et Libyaæ et Latio. Protrept. 91 praefecturam duplēm. Cod. Theodos. X 20, 10). Ausonius eum honorem de-

posuit 379 inter Sept. et 3. Dec. statimque uetus inter Gallias Italiasque diuisio restituta est: Italiae praefectura Hesperio mansit, Galliis praepositus est Siburius (Cod. Theodos. XI 16, 12 — XI 13, 7. — De Hesperio cf. Cod. Theodos. VII 18, 2. XIII 1, 11 et 5, 15. VIII 18, 6. XVI 5, 5. VI 30, 4. uid. ad a. 377—380).

378 in. Symmachi ad Ausonium Ep. I 18 (honorem tuum . . iam dudum nihil tribuis quod legamus. totum me, inquies, emancipauit sibi cura praetorii).

378/379 eiusdem ad eundem Ep. I 26 (uiro in specula honorum locato).

378 uel 379 eiusdem ad eundem Ep. I 15: Palladium rhetorem commendat, qui c. a. 379 in comitatum accitus (Symm. ep. III 50 I 94), a. 381 comes sacrarum largitionum in aula Theodosii (uid. Symmachi ad ipsum Palladium ep. VIII 1 et Cod. Theodos.), a. 382 magister officiorum (cod. Theodos.) creatus est.

378 Julius Ausonius pater obiit nonagenarius (Epiced. 61 sqq. nonaginta annos exegi. Par. 1, 4 sqq. undecies binas uixi olympiadas).

378 uel 379 Epicedion in patrem (pr. 13: imagini ipsius hi uersus subscripti sunt. 42 praefectus Gallis et Libya et Latio. 45 huius ego et natum et generum pro consule uidi [Hesperii praefecturam non breuitatis nec metri gratia omisisse poetam putauerim, sed quod ille, cum pater haec scriberet, non praefectus sed tamquam uicarius praefecti esset]: consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit).

378 Alamanni ab Gratiano deuicti pugna ad Argentariam (Ammian. XXXI 10, 8. Epitom. 47, 2. Oros. VII 33, 8 ex Hieronymo ad a. 2395). pacatus uno in anno Danuuii limes et Rheni (Grat. Act. 7). Gratianus Valenti patruo auxilium latus Sirmium proficiscitur et ad Martis castra (Ammian. XXXI 11, 6).

378 ex. ep. 29 „Valentiniano iuniori in signum marmoreum“ (u. 2: cum Augustus frater remeauerit; aureus esto).

Valentis ad Hadrianopolin uicti interitus (Ammian. XXXI 13. Oros. VII 33, 13 sqq. ex Hieron. ad a. 2395).

- 377/378 Pontii Paulini pater obiit (de coniunctione parentum Ausonii et Paulini uid. Ep. XXVII 10 et 106, XXIII 14).
- 378 Pontius Paulinus Ausonio suffragante consul suffectus Valentis in locum. ante Ausonium is poeticam laudem nanctus erat (Ep. XXIII 3 sqq. Paulini Nat. 13, 395 bis terni fasces. Auson. Ep. XXVIII 34 primus largitor honorum XXV 25 honoris auctor).
- 378/379 Theodosius Sarmatas uincit (Prec. cons. des. 36 sqq. Pacatus paneg. 10, 2. inde Gratianus „Sarmaticus“: Grat. Act. 8 Themist. or. XIII 182 e.).
- 378 post m. Aug. Gratianus Sirmium uenit ibique cum ageret, consulatum in Ausonium contulit (Grat. Act. 42).
- 379 d. 19. Jan. Theodosius Augustus Orientis declaratur apud Sirmium (Oros. VII 34, 2. Epitom. 47, 3. 48, 1).
- 379 Ausonius (septuaginta fere annos natus) et Q. Clodius Hermogenianus Olybrius consules (cf. Protrept. 93: fastis meis praelatus).
- 378 ex. (antequam fasces sumpserunt consules) Symmachi ad Auson. epp. I 22. 20. 19.
- 379 prid. Kl. Ian. et Kl. Ian. Precationes consulis Ausonii.  
ep. 26 de Gratiano Augusto bellandi fandique potente (cf. Prec. cons. des. 34 sqq. et ep. 26, 1. 7. 8).  
eodem tempore, ut uidetur, eclogae de mensibus al. post initium consulatus Symmachi ep. ad Auson. I 21
- 379 aest. Symmachi ad Auson. ep. I 25 (infra Ep. III), ubi agit de Thalassio Ausonii genere („habes uirum dignum te et per te familia consulari“).
- 379 m. Aug. uel primis Septembr. diebus: Gratiarum actio ad Gratianum, habita in consistorio principis (§ 2 et 45), cum Gallias ille iam ingressus erat (§ 82), sed nondum peruenerat Treueros (§ 34. Treueris autem Gratianus iam erat d. 14 Sept. cf. Cod. Theodos. XIII 3, 12), nondum designatis nouis consulibus (§ 25 et 83)\*.

\*) hanc orationem numquam uidetur ipse edidisse Ausonius; nam Drepanius uel quisquis ille est Gallus homo, qui

- 379 Gratiani iter „ab usque Thracia per totum latus Illyrici Venetiam Liguriamque et Galliam ueterem, insuperabilia Raetiae, Rheni uadosa, Sequanorum inuia, porrecta Germaniae“\* (Gr. Act. 82. Prec. cons. des. 39: iam uenit Augustus, nostros ut comat honores). eo in itinere Mediolani Ambrosium suum conuenit summo erga Augustos (Gratianum, Valentinianum, Theodosium) studio incensum (cf. Gratiani ad Ambrosium epistula Ambrosiique ad imperatorem. circa hoc tempus Ambrosii de fide libri hortante Gratiano scripti sunt).
- 379 autumno Ausonius praeturam abdicat (uid. ad a. 378).
- 379 autunno, postquam praefecturam deposuerat Ausonius: Symmachi ad Auson. ep. I 27 (litteras, quales nunc mihi facultas tua promittit). eodem anno ut uidetur Symm. ep. I 42?

---

panegyricos imperatorum conlegit (Drepanium suspicor, eius oratio summum quod sibi illius aetatis homines proponebant ad imitandum exemplum, Plinii laudationem statim sequatur in libris, quamquam est nouissima) hanc Gratiani laudationem ab amico, laudatissimo uiro, factam uix spreuisset.

\*) Ex itinerariis, ut Gratiani laus melius intellegatur, pauca adseribam: Itinerarium a Bordigala Hierusalem usque a. 333 scr. (Itinera Hierosolymitana ed. Tobler et Molinier t. I Genenae 1879 p. 7. 8): „fit a Mediolano Aquileiam usque millia CCLI, mutationes XXIII, mansiones VIII. fit ab Aquileia Sirmium usque millia CCCCXII, mansiones XVII, mutationes XXXVIII.“ Itinerarium prouinciarum Antonini Aug. 123 W. (p. 57 ed. Parthey et Pinder): „Ab Vrbe Mediolano mpm CCCCXXXIII, inde Aquileia mpm CCLXX, inde Sirmio mpm CCCCI.“ — describitur iter a Mediolano per Alpes Graias Argentoratum in Antonini Itin. p. 346 W., a Mediolano per Alpes Penninas Mogontiacum p. 350 W.; a Treueris Argentoratum p. 374 W. — Itin. prou. Antonini 231 W.: „Item de Pannoniis in Gallias per mediterranea loca id est a Sirmi per Sopianas Treueros usque. | A Sirmi Lauriaco mpm CCCCXXXVII | Augusta Vindelicum mpm CCXVI | ad Fines mpm CXXXVI | ad Treueros (leugas) mpm CCXXI.“

- 379 Pontius Paulinus ex Campania in Hispaniam reuersus Therasiam dicit, post Hebroni magi habitat.
- c. 379 Paulini oratio (cf. u. 17) ad exemplum eius scripta, quae est in Ephemeride Ausoniana.
- 379 ex. Ausonius Burdigalae commoratur paternae hereditatis gratia. ibi Paulinus, Pellaeus qui uulgo dicitur, Ausonii ex Thalassio nepos, auum uidit (Herediol. inser.: cum de palatio post multos annos honoratissimus quippe iam consul redisset ad patriam. Paulini Eucharist. 43—49. 332. 248 sqq. 422).
- 379 ex. De herediolo.
- 379 Libri de Fastis cum carmine ad Hesperium et supputatione (I. II. 147. 148) (iterum postea Gregorio ex praef. missi uid. ad a. 383). Circa idem tempus Hesperio etiam Caesares XII ex Suetonio expressos misisse uidetur. quibus postea quominus ad sua usque tempora qui imperatores fuerant adderet, mors prohibuit.
- 379 Flavius Afranius Syagrius, ab Ausonio ut uidetur reuocatus, magister officiorum (a. 369 fuit notarius. Ammian. XXVIII 2, 5. 9. Cod. Theodos. VII 12, 2. Symmachi ad eum epp. I 94—107 annis 379—381 datae. uid. ad a. 380 et 381).
- 379 Aemilius Magnus Arborius, Ausonii ex sorore nepos, comes rerum priuatarum (Cod. Theodos. I 32, 4. Ambrosius de officio ministr. III 7, 46. 48. Epiced. 49 sq.).
- 379—380 Arborius praefectus urbi (Cod. Theodos. VI 35, 9. XIII 3, 16. Sulpic. Seuer. dial. III 10, 6. nit. Martini 19, 1 sq.).  
Ausonius de senii molestiis conqueritur (Protrept. pr. 21 et u. 35).
- post consulatum Ausonius cum iam sex et triginta annos coniuge esset orbata, Parentalia incohauit (uid. ad a. 343. Par. 4, 31: quaestor, praefectus, consul. 9, 8 per nouem te fleo olympiadis); sed postea demum cum Professorum Burdigalensium elogiis ad finem perducta edidit.

379/380 Protrepticus ad Ausonium nepotem.

inter 379 autumn. et 380 hiemem: Symmachi ad Ausonium, Ausonii ad Symmachum Ep. I 31 et 32 (31, 2 cum semel a te profectum carmen est, ius omne posuisti . . . certe aliquod didascalicum seu protrepticum nostro quoque nomini carmen adiudica. 31, 3 expende otium tuum. — Ausonii aliquot uerba ex ep. 32 desumpta Symmachus usurpat ep. III 6 paulo post Titiani fratris mortem a. 380 ex. scripta).

380 Gratianus consul V cum Theodosio.

post 380 Grifhus Symmacho dedicatus (cf. ad a. 368. pr. 15: iste nugator libellus iam diu secreta quidem sed uulgi lectione laceratus perueniet tandem in manus tuas . . . in expeditione, quod tempus ut scis licentiae militaris est, super mensam facta est inuitatio etc.).

380—382 Syagrius Hesperio successit in praefectura praet. Italiae (Cod. Theodos. I 15, 10. XI 30, 38. VII 18, 4. VIII 5, 36. I 10, 1. VIII 7, 15. XII 1, 88. 89. XI 16, 14. Sidon. Apoll. ep. V 17. I 7. V 5. VII 12: Seeck CIX).

381 Syagrius consul (postea usque ad a. 392 priuatus fuit).

382 Gratianus Victoriae imaginem ex curia Romana remoueri iubet hortante Ambrosio.

382 et 383 Proculus Gregorius praefectus praet. Galliarum (Gregorius Syagrii uestigia pressit in honorum cursu; erat a. 377 praef. annonae: Cod. Theodos. XIII 3, 15 — Proculus Gregorius appellatur in inscr. Orell. 3327 — a. 378 et 379 quaestor sacri palatii; iam post Syagrii consulatum praef. praet. Galliarum, etiam a. 388, cf. Sulpic. Seueri chron. II 49, 2 „Gregorium praefectum“. decessit ante a. 400. cf. Symmachi ep. VII 88 „Gregorii“. Symmachi ad „Gregorium“ epp. III 17—22 ex annis 378 — 380).

382 Cupido Treueris ser. et ad Proculum Gregorium missus (2 Treueris . . . in triclinio Zoili fucata est pictura haec . . .). eidem cum praefectura fungeretur, priorem epigrammatum seriem adscripsit ep. 1—23 (cf. 1, 9: irascor Proculo, cuius facundia tanta est, quantus honos; scripsit plurima, quae cohibet . . . huic ego, quod superest nobis ignobilis oti, deputo).

- 383 (postquam Gregorius praefecturam depositit, sed ante Gratiani necem) Fastorum libros, quos opusculis inserturus esset, expleuit et „Proculo Gregorio ex praef.“ inscripsit, adiectis poematiis III et IIII (150 et 149), spem excitans fore ut ille ante absolutam quae suum consulatum sequeretur Olympiadem consul et ipse fieret (III 3 scire cupis qui sim? titulum, qui quartus ab imo est, quaere: leges nomen consulis Ausonii), id quod post Gratiani interitum tam certo spondere non potuisset.
- 383 Epicedion ad patrem olim scriptum, iam in opusculorum seriem relatum (pr. 12: imagini ipsius hi uersus subscripti sunt neque minus in opusculorum meorum seriem relati: hoc relegisse amo).
- 383 (ante 6 Kl. Sept.) prima opusculorum Ausonii conlectio cum praefationibus ad lectorem et ad Syagrium (Paef. I 30 dum nulli fuerit discipulus melior. 34 nam meus hic toto regnat in orbe suo. 37 consul collega posteriore fui. 40 tu (lector) ne temne quod ultro patronum *nostris* te paro *carminibus*. II 3 (Syagrio): *nostro* praefatus habebere *libro*).
- 383 Ydacio episcopo Hispano supplicante elicitor a Gratiano rescriptum, quo uniuersi haeretici excedere ecclesiis urbibus et extra omnes terras propelli iubebantur (Sulpic. Seuer. chron. II 47, 6). in Gratiani aula per libidinem et potentiam paucorum cuncta uenalia (Sulpic. Seuer. chron. II 40, 3).
- 383 in. Priscillianus cum ad seclis per Burdigalam iter facientes Romam, Euchrotiam Delphidii rhetoris coniugem cum Procula filia errori suo adiungunt (Sulpic. Seuer. chron. II 48, 3 cf. Prof. 5, 37 sq.). Britto (uel Britannius), episcopus Treuerensis, Ithacium Hispanum episcopum a Priscillianis expulsum recipit (Sulpic. Seuer. chron. II 49, 4). nescio an de Siluio Brittone epigr. 107—112 ad Brittonem illum inludendum scripta sint (107, 1 qui carmina nostra lacescit. eundem Zoili nomine significari conicias ab Ausonio in Cupidiinis praefatione).

- 383 Maximus tyrannus intra Britannias sumpsit imperium, Treueros ingreditur uictor ibique degit (Sulpic. Seuer. chron. II 49, 5. 6).
- 383 8 Kl. Sept. Gratianus Augustus Lugduni interfectus, Valentinianus Italia expulsus (Oros. VII 34, 10. Epitom. 47, 7. Ambrosius in Psalm. LXI<sup>c</sup> 17—26, eiusdem epist. ad Valentiniuum (ed. Venet. III 945) et Consolatio de obitu Valentiniani c. 79 et 80).  
Ausonius tyrannicis temporibus Treueris erat cum filio Hesperio, qui longius iter ingrediens Burdigalam patrem solum, quamuis coetu celebratum amico, maestumque relinquit (Ep. XX inser. et u. 7. u. 19: totusque mili sic annus abibit, restituant donec tua me tibi fata parentem = donec ego quoque Burdigalami ueniam?).
- 383 (temporibus tyrannicis, iam deuicto sed incertum utrum uiuo an occiso Gratiano): epistula XX ad filium, qui ad patriam erat profectus. (minus recte post hoc tempus nullam Hesperii memoriam reperiri dixerunt; nam ep. XVIII ad Hesperium cum deliciis missa et ep. XXV ad Paulinum, cuius in praef. 29 filii nomen legitur („ita se et Hesperium saluum habeam“) non dubium quin ex otio Burdigalensi scriptae sint.)
- 385 Hesperius u. i. comes (Symmach. ep. X 23.)  
Ausonii ex Hesperio filio nepos, ut uidetur (quod Sonchay ad Auson. Ep. XX dieit de patre, pariter possit ad filium pertinere). huius uel filius uel nepos fuisse potest is Hesperius, de quo decretum proconsulis Achaiae CIL III 568 loquitur.
- 385 Priscillianus cum sociis capitis damnatus, Euchrotia quoque gladio perempta (Sulpie. Seuer. chron. II 51, 2 sq. dial. III 11 sqq. Pacati paneg. 29. Prof. 5, 37 sq.).
- panlo post 385 Professorum Burdigalensium commemoratio (5, 37 Euchrotiae poena memoratur). his non multo post subiunxit Epitaphia heroum Troicorum 1—26 (nam quae secuntur epit. 27—35 postea siue ab ipso siue ab heredibus adiecta uidentur, ut epit. 33 (255) multo ante aut conditum ab ipso Ausonio aut, quod propius a uero uidetur, ex Graeco conuersum).
- 386 381 Sept. Genethliacos ad nepotem (Idibus Septembris is XV<sup>um</sup> annum absolverat: 20 sexta tibi haec

primo remeat trieteris ab anno, Septembres notis referens natalibus Idus. 15 deposito prope conclamatus in aevo).

388 d. 27 Aug. Theodosius Maximum deuicit, Aquileiae inclusum supplicio dedit (Oros. VII 35, 2 sq. Epitom. 48, 6. Pacati paneg. 45. Sulpie. Seuer. vita Martini 20, 9. Vrb. 67 sqq.).

post Maximi obitum Ausonius publicis negotiis positis aliquot per annos otio litteris dicato fruebatur Burdigalae aut in ipsa urbe aut in praediis suis aut amoenis, quae prope patriam erant, regionibus, gaudebatque doctorum amicorum commercio, cum Paulini, qui usque ad a. 389 in. Hebromagi degebat, tum Theonis, Axii Pauli, Tetradii. (Tres diuersi anni solis epistolis IIII VI et VIII significantur, quibus Paulum Santonus inuitat, et prima quidem ante pascha, cuius sollemnia se reuocent Burdigalam, altera statim post pascha, tertia mense Ianuario. non eisdem sed aliis annis forsitan adscribendae sint epp. VII et VIII cum decima.)

Ausonii duo praedia erant, altera Lucaniacus (Ep. XXVI pr. 12, ep. 48, 7, Ep. XXVI 44, Ep. XVI 5) uel Lucanus fundus (Paulini Ep. XXXI 256): aut Lugagnac prope Duranii ostia, aut Loupiac prope Cadillac ad Garumnam, quod Dezeimeris ex Leontii Lasciui lapide ibi inuenito coniecit. Ibi uillam habebat signis ornatam (Ep. XVI 5 uilla Lucaniaco; ep. 48 signum marmoreum Bacchi in uilla nostra), culmine surgentem superbo (Paulinus u. 256: aut cum Lucani retineris culmine fundi, aemula Romuleis habitans fastigia tectis) eoque inuitat Theonem (Ep. XVI 5): quem a Dumnitoni litore aestu perlatum ad Condatem portum (Libourne, ubi Lila in Duranium influit) petorrita inuenturum promittit (u. 32); per eundem sine dubio portum (oppidum dicit poeta Ep. XXVI pr. 11) Philon uilicus frumenta conportat ad uillam, quare in Condaterno uico sitam Paulinus u. 258 dicit.

Hanc esse uillulam, hoc herediolum suspicor, quod pater reliquerat filio (Herediol. 1), parvulum quidem (u. 9; paulo plus septingenta iugera habebat, u. 21 sqq.), sed excultum a maioribus (u. 1 sqq. maiorum regna meorum, quod proauus, quod auus, quod pater excoluit), prope amnem nauigerum sc. Garumnam (u. 25 amnis nauiger hic refluxus uehit ac renuehit, cf. Ep. XVI 31 unus Dumnitoni te litore perferet aestus Condatem ad portum), nec procul urbe (Burdigala) situm nec prorsus ad urbem (u. 29). quae cum omnia

conueniant ad Lucaniacum, etiam mira illa tituli uerba „Luciano stilo“ a Lucaniaco detorta potius quam a Luciliano cum Axtio suspiceris. atque patris imago cum inscriptione melius hac in sede ponetur Romano senatore digna quam in longinquieribus praediis et mere rusticannis. accedit quod haec multo ampliora describuntur quam quod pater reliquerat. quod si uerum est, Lucaniacs quamuis recte deriuetur a Lucano nomine\*), neque ab socero Lucano Talisio, nec ab socrus Lucana Sabina nomen habebat.

Altera igitur praedia ampliora multo et frumentis proferendis destinata in Nouaro pago sita erant (Ep. XXVII 95 totque mea in Nouaro sibi proxima praedia pago); ea inter Mediolanum et Angeriacum sita quae medium per aevum Nouularii, les Nouliers s. XVI dicta sunt, esse suspicatur Vinetus § 485 B. sed nescio an rectius cum Nouerogi vel Nouorigi oppidi nomine cognatus sit Nouarus pagus: nam qui Ausonium uisitabat, aut amne secundo delabebatur, nimirum ad hunc usque portum (hodie Royan dicitur), aut iter faciebat Blauiam petoriitis usus\*\*) (cf. Ep. III 5, VI 12. XXVII 126 sqq. ubi n. 129 uerbis „per ostia portus“ non Condatinus portus significatur, sed quem diximus Nouorigensem; qui portus Paulini fuisse indicatur et n. 129: sui celebrata per ostia portus, et u. 131: sua praeteriens iam iam tna limina pulsat). utrimque siue Nouorigo siue Blania petebatur Santonicae urbis (Mediolani, hodie Saintes) uicinus ager (Ep. III 3. VII 35. VIII 5. X 2. XI 11) et tam uicinus, ut poeta non semel Santonicos dixerit campos. eundem tamen Paulinus epistulae XXVII 95 uerbis respondens fertile rus in Pictonicis situm dicit eo consilio, ut Raranno uicinum fingeret inuidiose (Ep. XXXI 249 sqq.) Ansonique trabeam conquereretur obscuru quodam oppidulo sordescere, cuius nomen mihi inuenisse nideor (cf. Fano Martis, Fano Mineruae Itinerar. Antonini 364 et 387 W. alia).

\*) uid. e. g. Pauliacos Anson. Ep. XVI 16 aliaque Gallorum locorum nomina, quae leguntur in tabula Pentingeri: qualia sunt Filomusiaco et Iuliaco.

\*\*) Hoc iter sic describit Itinerarium prouinc. Antonini Aug. 458 W.: „De Aquitania in Gallias. | item a Burdigala Augustodonum mpm CCLXXIII sic: | Blauio mpm XVIII | Tamnum mpm XVI | Nouioregum mpm XII | Mediolanum Santonum mpm XV | Aunedonnacum mpm XVI | Rauranum mpm XX.“ Tabula Peutingeriana (cf. EDesjardins Géographie de la Gaule d'après la table de Peutinger. Paris 1869): „Burdigalo LX Blavia XXII Tamnum XIII Mediolano Santorum XVI Auedonnaco VIII Brigiosum XII Rarauna XVI.“

Praeter ea quae dixi alia praedia habuisse Ausonium ex poematibus non probatur. nam quod Ep. XVI 15 Theoni ait: „scirpea Dunnitoni tanti est habitatio uati? Pauliacos tanti non mihi villa foret!“: uilem Theonis agellum cum uicino et multo meliore praedio Paulaco comparans nec tamen cuius illud sit significans dicit: „me ne Pauliacus quidem, si meus esset, teneret, quominus in Lucaniacum tenderem“.

Verum Ausonius ut Burdigalae turbas declinaret corpusque curaret, non in Lucaniaeum solum aut Nouarum pagnum concessit: etiam balnea et maritima et ad Pyrenaem montem quae erant uisebat. eaque Paulinus notavit Ep. XXXI 241 sq.: ad mare sitos piceos Boios, in Bigerritanis Marcialicas thermas (uid. Index); praeterea colebat urbem, unde pater erat oriundus, Cossionem Vasatum (Paulin. u. 248), neque non suis in praediis qualiacumque erant amicos eum conuenisse uerisimile est: Theonem Dunnitoni prope urbem, Paulum in Bigerritanis, Paulinum et Hebromagi et aliis in praediis, quae et multa habebat et magna. accedebant tam multi propinqui, qui senem amplissimis honoribus ornatum colebant, ante omnes Hesperius filius, qui non procul afuisse uidetur (cf. Ep. XVII Par. 11): unde apparet non triste senium fuisse Ausonii nec solitarium, immo multis uariisque delectationibus et animi et corporis plenum.

Post Maximi interitum Burdigalae scriptus est Ordo urbium nobilium (u. 70 Maximus punitus 133 nec enim mihi barbara Rheni ora domus est 167 ciuis in hac sum).

Theodosius in omnes homines honorificus, uerum effusius in bonos; simplicia ingenia aequre diligere, erudita mirari, sed innoxia (Epitom. 48, 8).

post a. 388 Epistula Theodosii ad Ausonium. „parens iucundissime“ cum Theodosius adpellet Ausonium, scripta est epistula, adhuc uina cum erat Gratiani memoria uel redintegrata, quod qua re magis potuit fieri quam Maximo tyranno deuicto. eaque uictoria simul ad summam auctoritatem euectus erat Theodosius. (7 ne fraudari me scriptorum tuorum lectione patiaris, quae olim mihi cognita et iam per tempus oblita rursum desidero, non solum ut quae sunt nota recolantur, sed etiam ut quae fama celebri adiecta memorantur accipiam.“ hic quis dubitet quin Vrbes prae ceteris significet Theodosius?)

388 Flauius Promotus bella gessit in Thracia. fuit is comes Africæ, magister militum a. 386—391, consul

a. 389 (Symmachi ad eum epistulae III 74–80 a. 386 et ante a. 392 scriptae. Zosimus IIII 35. 38 et 39. 45 et 49. 50 [ad a. 383, 386, 388, 391]. Auson. Ep. V ad Paulum 38 sqq.: ostrea quae fama recens Byzantia sulter litora et insana generata Propontidis acta Promoti celebrata ducis de nomine laudat. — Theodosius postquam Promoto bellorum euram commiserat, cenis magnificis et noluptatibus se dat Zosimo teste IIII 50, qui iam IIII 28 ad a. 378 dixerat eum deliciis studere et in cibis ad parandis lautitiem coquorumque cohortes memorauerat).

- 389 ante aestatem Technopaegnii particula prima (III 339) cum praefatione altera ad Paulinum missa (cf. Vinetus § 285).

Paulinus tres libros Suetonii de regibus in epitomen coactos Ausonio miserat. Ausonii ad Paulinum Epp. XXIII—XXVI Hebromagum missae (Ep. XXIII post a. 379 scriptam esse appetet ex uu. 3 et 14). Paulini ad Gestidium, Gestidii ad Paulinum epistulae (infra Epp. XXXIII et XXXIII).

- 389 Latinus Drepanius Pacatus Theodosio m. Iunio urbem ingresso panegyricum recitat (ex Panegyricis XII uel potius II secundum codices, uid. ad a. 379. — Aginno is oriundus uidetur cf. Sidon. ep. VIII 11; Burdigalensem putat Vinetus coll. Paneg. c. 2).

- 390 Drepanius proconsul Africae (Cod. Theodos. VIII 2, 4. a. 393 comes rerum priuatarum in aula Theodosii cf. Cod. Theodos. VIII 42, 13. Symmachi ad eum epp. VIII 12 ex a. 397? et VIII 61. 64 ex a. 390).

- 390 Technopaegnion amplificatum particulis IIII—XIII, addita simul primae particulae noua praefatione (I 337), Pacato proconsuli missum (III 10 tu quoque mihi tua crede securior quippe meliora. V 2 Pacato ut studeat ludus meus XIII 21 indulge, Pacate bonus, — ubi Pauline codd. Z legunt perperam).

- 390 Ludus septem sapientium Drepanio Pacato proconsuli missus.

Eidem nescio an ante a. 390 inseripserit Eclogarum librum cum hendecasyllabis (471) („Drepanio filio“. Tollus ex uestigiis codd. Z suspicatus est ep. 1, 9 Pacato irascor scribendum esse, unde eorum epigrammatum Proculo missorum antea dedicationem ab Ausonio

mutatam postea conlegit; sed immutatae dedicationis exemplum nullum extat. uid. supra p. V).

c. 390 altera opusculorum Ausonianorum collectio Theodosio Augusto missa. (Praef. I III: Theodosius pater Romanus appellatur u. 21, deus u. 15. — u. 9: scribere me Augustus iubet et mea carmina poscit paene rogans; u. 17: quin etiam non iussa parant erumpere dudum carmina: quis nolit Caesaris esse liber? igitur Fastorum librum et Gratiarum Actionem auctor ipse exclusit (cf. ad a. 383).

389 ante aestatem Paulinus Barcinum abiit, uendere incipit praedia sua eoque in oppido degit per annos 390—393.

390? (an ante a. 389?) Paulinus Burdigalae baptizatus.

392 Valentinianus Augustus per Arbogastem interfectus (Oros. VII 35, 10. Ambrosii de obitu Valentiniani consolatio).

393 Paulinus presbyter electus.

394 paulo post dies paschales Paulinus per Gallius abiit in Italiam.

inter a. 390 et 393 quattuor epistulas Ausonius miserat ad Paulinum: unam quae non uenit in Paulini manus, alteram quae temporum iniuria nobis erepta est, tertiam deinde et quartam epp. XXVIII (XXIII) et XXVIII (XXV), ad quas tandem ille respondit aestate a. 393 ep. XXXI (Paulini operum carmine X); sequitur Ausonii ep. XXVII (XXIII) ex Nouaro pago scripta (cf. u. 79 et 93), ad quam Paulinus eodem anno ante Christi natales rescripsit ep. XXX (carm. XI).

388—393 Epistulae ad Theonem XVI et XVII, initatoria utraque, Axium Paulum III—X (cf. V 40 Promoti ducis — ep. III et XVI eodem anno scriptae uidentur: III 5. 10 = XVI 35. 24.), Tetradium XI (cf. u. 11 et 25 sqq.); porro ad Hesperium filium XVIII (ex multis metrica tantum epistolia recepta sunt et seruata).

Bissula et Cento eodem anno ad Paulum missa,


cum poeta tertium edere parabat opuscula. (Cento pr. 1: perlege hoc etiam ... friuolum et nullius pretii opusculum. Ep. VII 19 sqq. ea quae tibi iam cursim fuerant recitata transmisi. uid. ad a. 368, 370). Ausonii senis epigrammata Graeca et Graecolatina 48 et 49 (ex Lucaniaco), 46 et 47, 50, 51, 57 et 58.

393 non ante exitum huius anni Ausonius obiit.

post a. 393 tertium edita sunt Ausonii opuscula: hanc editionem ipse non absoluit, sed cum interim obisset, heredes ex relictis poetae schedis compleuerunt, pedestria adiecerunt; et nescio an Hesperius editor fuerit, qui uidetur patris superstes fuisse. inscriptiones opusculorum pleraeque ab ipso Ausonio additae, ab heredibus ceterae facta uel a librariis.  
395 d. 17 Januar. Theodosius Augustus obiit Mediolani.

## I. Stemma Ausoniorum.

HULIA?\*)



II. Aeoniae matris familia.

**ARGICHIUS (AGRICHUS?)**

(cf. Prof. 16, 6)

**CÆCILIIUS ARGICHIUS ARBORIUS**

(Par. 4 cf. Prof. 16, 6)

~ **AEMILLA CORINTHIA MATER**

(Par. 5)

**AEMILLA AEONIA**

(Par. 2)

**AEMILIUS MAGNUS ARBORIUS**

(Par. 3 Prof. 16)

**AEMILLA HILARIA**

virgo deuota

**AEMILLA DRYADIA**

(Par. 25)

~ **IULIUS AUSONIUS**

uid. Tabula I

~ uxor nobilis et dotata

(cf. Prof. 16, 9)

III. *Sabinae uxoris familia.*

ATTUSIUS LUCANUS TALISIUS  
(Par. 8)

ATTUSIA LUCANA SABINA (Par. 9)	NAMIA PUDENTILLA (Par. 19)	ATTUSIA LUCANA TALISIA (Par. 21)
~ D. MAGNIUS AULONIUS uid. Tabula I	~ FLAVIUS SANCTUS (Par. 18)	~ MINUCHIUS REGULUS (Par. 21)
		LUCANUS TALISIUS (Par. 20)
		FILIUS AUT FILIA. (cf. Par. 20, 4)

III. Juliae Dryadiæ, sororis Ausonii, familia.

ILLA DRYADIA

(Par. 12. Epiced. 49 sqq.)

~ POMPONIUS MAXIMUS

(Par. 15)

POMPONIUS MAXIMUS HERCULANUS

MAGNUS ARBORIUS

MEGENTRIA

grammaticus Burdigalensis

a. 379 comes rerum primatarum

(Par. 23)

(Par. 17. Prof. 11)

379/380 praefectus urbis

~ PAULINUS

~ VERIA LICERIA

corrector Tarragonensis

(Par. 16)

(Par. 24)

ex natis (Par. 16, 12) FILIAM commenmorat

PAULINES

DRYADIA

DUO LIBERI

Sulpic. Seuerus uit. Martini 19, 2

(Par. 23)

(Par. 23)

superstites

deuotae virginitatis

(Par. 23, 17 sqq.)

## Appendix locorum a M. Manitio congestorum

(uid. Z. f. d. österreich. Gymnasien 1886 p. 241—244) quibus  
pauca ipse adieci.\*)

### I Praefatiunculae

I 15 Fortunat. Vita Martini I 29 sq. paruula grammaticae lambens refluamina guttae, rhetorici exiguum praelibans gurgitis hanstum.

III 1 Vergil. G I 96 flava Ceres

Moret. 70 committere semina terrae.

### II Ephemeris. (Prudentii Cathemerinon conferendus erat titulus).

54 Lucan. X 267 atque opifex rerum

64 Vergil. A VII 578 Teucros in regna uocari

84 Stat. Th. VIII 641 caeli qua semita ducit

87 Vergil. A XII 162 quadriuigo uehitur curru

cf. Iuuenc. II 547 Elias . . . rapuit simulatio quadriuigorum.

92 Iuuenc. I 59 dominumque deumque

106 Ouid. Ars III 247 tam foedi causa pudoris

128 Prudent Apoth. 278 totus et ex toto deus est, de lumine lumen.

160 Vergil. A I 520 copia fandi ¶ Prof. 17, 4

### VII Eclogae

I 6 Vergil. A I 718 8 gremio fouet

II 10 Vergil. A VIII 609 omne aeuum

8 Ouid. F V 59 Martis opus

25 Ouid. Ars II 624 cura pudoris erat ¶ Ludus 6  
cura pudoris erit

III 7 Vergil. E X 68 sub sidere cancri

18 Vergil. A XI 551 uix haec sententia sedit

26 Ouid. ars II 733 palmam date

III *Næl næl oꝝ.* 18 cf. Quintilian. I. O. V 8, 7:  
dies est, nox nou est etc. *unde legendum sit:*  
Est nunc lux, est ergo dies.

V (365) 3 adde Ouid. Am. III 5, 21 cornix . . . garrula

V1 (365 B) 7 Vergil. G II 336 origine mundi

\*) infelici casu Hieronymi locos unumque Gregorii accuratius indicare supra in indice I non licuit.

- VII (368) 11 Vergil. A VIII 754 partibus aequis  
VIII (369) 5 Vergil. G I 232 regit mundi sol aureus astra  
6 Vergil. Catal. XIIII, 1 tempora uitiae  
X (376) 5 Ouid. F V 427 Maius maiorum nomine dictus  
XI (377) 2 Vergil. A VII 180 Ianique bifrontis  
11 Vergil. A V 58 cuncti celebremus honorem  
18 Vergil. G III 526 Bacchi | munera  
XV (381) 15 Vergil. A IIII 284 prima exordia  
XVI (371) 7 Vergil. IIII 51 sol aureus egit  
15 Vergil. G I 232 regit mundi sol aureus astra  
14 Vergil. G I 217 cum cornibus . . . Taurus  
XXIII (385) 1 Vergil. A I 13 Tiberinaque . . ostia  
36 Vergil. A II 116 Sanguine placastis uentos

### III Domestica

- I (Herediol.) 3 Vergil. A V 179 Iam senior  
II (Paschal.) 7 Stat. S I 2, 51 plaga lactea caeli. Stat.  
Th. I 25 plaga lucida caeli cf. **C**Ephem. 84  
V (Precatio) 52 Ouid. Met. VII 61 et uertice sidera  
tangam  
VI (Pree. Kl. Ian.) 10 Lucan. III 391 praecipitem cursum  
14 Vergil. G I 353 menstrua luna

### III Parentalia

- VIII (167) 4 Horat. Ep. II 1, 2 moribus ornes  
8 Vergil. A VIII 609 omne aenum  
VIII (168) 15 Vergil. A IIII 2 uolnus alit  
28 Fortunat. VIII 3, 277 his cumulata bonis  
XI (170) 10 Vergil. A XII 210 artificis manus **C** ep. 63, 3  
XIII (173) 3 Vergil. A VIII 160 prima . . . flore iuuentas  
XX (179) 5 Vergil. A VI 429 XI 28 funere acerbo  
XXIII (183) 4 Vergil. G II 394 liba feremus  
XXV (184) 6 Anitus VI 191 mors inuida. Fortunat. IIII 5, 1  
inuida mors.

### V Professores

- I (191) 39 Vergil. A VIII 204 fata extrema  
XVII (207) 4 Vergil. A I 520 copia fandi **C** Ephem. 160  
XXII (212) 16 Vergil. A VIII 90 iter . . . celerant  
XXIII (214) 3 Fortunat. IIII 1, 7 stemmate deducit fulgens  
ab origine culmen

### VI Epitaphia

- VIII 3 Vergil. A VI 163 morte peremptum  
XI 1 Ouid. M VII 830 sine corpore nomen  
XII 5 Ouid. ex Pont. III 2, 68 presserunt . . litora . . pede  
XVII 1 Ouid. M VIII 229 Iouis inclita proles  
XXIII 3 Vergil. A VIII 491 funus lacerum tellus habet  
XXVII 2 Vergil. A I 8 II 183 numine laeso.

VIII Cupido

- u. 19 Vergil. G III 519 irrita . . dona querens  
21 Vergil. A X 834 vulnera siccabat  
79 Ouid. Ars I 395 communi obnoxia culpae.

VIII Bissula.

- 37 Fortunat. VI 1, 108 lilia mixta rosis etc.

X Mosella: Rutilius Namatianus Ausonii, non Horatii carmen ad imitandum sibi proposuit.

- 25 Vergil. G II 37 Ismara Baccho | conserere  
30 — E X 42 gelidi fontes  
39 sq. — G III 447 missusque secundo defluit amni  
54 — A VI 197 uestigia pressit  
56 — A III 389 secreti ad fluminis undam  
58 — A V 763 placidi . . uenti  
67 Culex 106 uiridem . . museum  
110 Horat. Ep. II 3, 3 atrum | . . superne  
121 Fortunat. I 21, 35 querulos dat rana susurros  
141 Vergil. G III 541 natantum. ¶ Mos. 250 uaga turba  
natantum  
151 Ciris 85 multiplici . . caterua  
153 Vergil. G II 454 Baccheia dona  
222 Vergil. A III 397 perfunditur . . aestu  
223 Stat. Ach. I 26 uitreo sub gurgite  
272 Vergil. A VIII 815 praeceps . . sese . . in fluum dedit  
285 Vergil. G I 244 flexu sinuoso  
310 Ouid. F III 99 genus omne . . uolucrum  
318 Vergil. A VI 173 credere dignum est  
322 Stat. Th. VIII 492 stabat . . producta crepidine ripae  
333 sq. Vergil. G III 366 sub magna labentia flumina terra  
363 Culex 397 leui de marmore  
370 Vergil. A III 202 pingue solum  
376 Vergil. A II 117 Iliacas . . ad oras  
390 Vergil. A XII 29 uictus amore tui

XI Vrbes

- 1 Vergil. A II 241 o patria, o diuom domus  
aurea Roma: add. Iuuenc. I 10  
4 Vergil. A V 258 locum . . secundum  
19 — A III 8 male sana  
30 — A I 249 pace quiescit G II 767 at secura quies  
35 Iuuenc. I 690 copia rerum  
43 Vergil. A III 137 circumdata limbo  
46 agri: cf. Liu. VII 31, 1. XXVI 16, 7  
47 Horat. C I 12, 21 ueque te silebo, Liber.  
48 Vergil. A VIII 164 uariantque uices

- 118 — G II 161 an memorem portus  
135 Ouid. ex Pont. I 3, 35 natale solum  
140 Vergil. A VIII 470 turribus altis  
141 — A VII 704 aeriam . . . nubem  
150 — A XII 684 praeceps cum ruit

### XII Technopaegnion

- III 9 Horat. C I 3, 26 gens humana ruit per uetitum nefas  
VIII 48 Vergil. A XII 162 quadriugo uehitur curru  
X 72 Cypriani Exodus 1262 nubs fulgida caelo labitur  
X 88 Vergil. A VI 15 praepetibus pennis ausus se credere caelo  
XI 96 — E VII 59 nemus omne uirebit  
XIII 146 — A X 501 nescia mens hominum  
158 — A I 14 diues opum

### XIII Ludus

- 6 Ouid. Ars II 624 cura pudoris erat ¶ ecl. I (de ambig. uitiae elig.) 25 non felix cura pudoris  
37 Vergil. A VIII 711 saxea . . molibus . . constructam  
109 sq. — G I 473 flamarumque globos . . uoluere  
118 — A X 294 lecta mauus

### XIII Caesares

- Monost. 2 Vergil. A VIII 99 humana potentia  
Tetrastr. 63 Ouid. M III 579 documenta dature  
75 Vergil. A VIII 422 sanguine poenas persolues  
79 — A II 23 male fida  
85 — A VIII 610 egelido . , flumine.

### XVI Grifus

- „Ausonii Grifum allegat Diuus Ambrosius apud Alucinum  
Epistola ad Lugduenses fratres, annotante Desposio“.  
Souchay p. 654 col. 2.  
u. 25 Vergil. A VIII 314 noctisque per umbram  
30 Horat. C I 1, 35 si . . lyricis natibus

### XVII Cento

- pr. 29 Marcellus Empiricus praef. ad Theodosium: in unum  
corpus quasi disiecta et lacera Aesculapius Virbii  
membra composui.

### XVIII Epistulae

- III (VIII 397) 9 Iunenc. II 154 aderant sollemnia paschae  
V1 (X 399) 1 Stat. S. V 2, 117 si qua fides dictis  
X (XIII 403) 14 Vergil. A I 444 acris equi  
18 Fortunat. C I 15, 102 cuius ab eloquio dulcia mella  
fluunt

- XIII (III 393) 21 Vergil. A VII 457 fumantes . . taedas  
44 Vergil. A III 559 et crines flauos VIII 387 et niueis . .  
lacertis  
XV (VII 396) u. 2 Vergil. G I 384 dulcibus in stagnis  
8 Iuuene. III 1 ignicodus sol  
XVI (V 394) 27 Ciris 460 sinuantur lintea coro  
XVIII (III 392) 3 Vergil. E V 32 uitibus uuae  
XX (II 391) 7 Vergil. A I 735 coetum . . celebrate  
XXI „Genethliacus Maximiani Augusti“ est inter Panegyricos  
(in eodd. XI, in editionibus III).  
XXII (Protrept.) u. 6 Vergil. A III 210 Graio stant nomine  
dictae  
35 Vergil. A II 14 labentibus annis  
36 — A V 364 nomen aui referens  
38 Ouid. F V 273 iuuenalibus annis  
68 Vergil. A I 718 gremio fouet  
XXIII (XVIII 409) 1 Vergil. A XII 115 solis equi  
XXVIII (XXIII 416) 4 Vergil. A X 63 alta silentia  
34 Claudio. de IIII cons. Hon. 118 largitor opum, largitor  
honorum  
XXVIII (XXV 418) 21 Ouid. M XII 481 feriat caua tym-  
pana saxo  
31 Vergil. A VIII 222 seruantque uices  
XXX 49 sqq. XXXI 19 sqq. hac in commutatione hexame-  
trorum et iambicorum uersuum Paulinus uidetur Pru-  
dentii Apotheosis sequi.

XVIII Epigrammata

- 3 Fortunat. VIII 4, 7 triplici diademate  
26 (1) 11 Vergil. A XII 415 uolueres sagittae  
14 — A VII 41 horrida bella  
27 (2) 9 Ouid. ex Pont. III 1, 51 a fulminis ictu  
31 (4) 3 Vergil. E X 42 gelidi fontes  
33 (12) 4 — G. III 84 stare loco nescit  
37 (16) 6 Ouid. Am. III 8, 37 pondera ferri  
40 (19) 7 Ouid. M III 347 maturae . . senectae  
63 (245) 3 Vergil. A XII 210 artificis manus ¶ Par. 11, 10  
4 Vergil. A II 183 pro numine laeso  
76 (69) 9 Ouid. M XIII 320 proles Saturnia  
77 (70) 1 Ouid. M I 419 semina rerum  
94 (90) 4 Ouid. Ars I 100 damna pudoris

XX Grat. Actio\*)

- 5 Cl. Mamertini Genethl. Maximiani 14: itaque illud quod

\*) aegre nunc fero uersiculos numeratos, cum satis essent  
superque *paragraphi* ab Souchaeo positae, *sectiones* XXXVIII

de uestro cecinit poeta Romanus Ioue „Iouis omnia plena“, . . . id nunc ego de utroque uestrum audeo praedicare: ubicumque sitis . . . diuinitatem uestram ubique uersari etc.

13 sqq. cf. Mamertini Grat. Act. Iuliano c. 19

82 Cl. Mamertini Genethl. Maximiani 8: ipsos siquidem quos praemiseratis nuntios reliquistis ipsamque quae uos conata est praeuenire famam praeuertistis, ut . . . homines fortasse crediderint . . . diurna uobis et nocturna curricula utraque mundi lumina commodasse . . . etenim cum nihil sit animo uelocius, uos . . . peruecti estis ad uos mutui desiderii celeritate. (cum eis quae apud Ausonium sequuntur, conpara porro quae Mamertinus habet c. 9).

XXI Periodiae.

- |         |    |  |
|---------|----|--|
| Il. III | 2  | Vergil. A VIII 547 in bella sequantur                  |
|         | 3  | Vergil. A XI 599 compositi . . . in turmas             |
| III     | 3  | Vergil. A XI 304 cogere concilium                      |
| X       | 3  | Vergil. A I 680 sopitum somno                          |
| XX      | 2  | Vergil. A II 375 celsis . . . a nauibus itis           |
|         | 10 | (non I 145, sed I 475 legendum)                        |
| XXIII   | 2  | Vergil. A VII 672 Argua iuuentus                       |
| Od. VI  | 2  | Vergil. A IIII 555 carpebat somnos                     |
| VII     | 2  | Culex 327 proles Laertia                               |
| VIII    | 2  | Vergil. A VI 535 roseis Aurora quadrigis               |
| VIII    | 2  | Vergil. A VI 535 hac nice sermonum                     |
| X       | 2  | Vergil. A I 51 nimborum in patriam . . . Aeoliam uenit |
| XV      | 2  | Vergil. A V 704 Tritonia Pallas                        |
| XVIII   | 2  | Vergil. A I 637 at domus interior                      |
| XX      | 2  | Vergil. A X 523 et genua amplectens                    |
| XXI     | 2  | Vergil. G III 267 et mentem . . . dedit                |
| XXIII   | 2  | Vergil. A VIII 667 Tartareaas etiam sedes              |

XXIII Italorum.

- |        |   |   |
|--------|---|---|
| II     | 6 | Vergil. A IIII 537 Iliacas . . . classes  |
| III    | 5 | Ouid. Ars II 155 dos est uxoria lites   |
|        | 6 | Vergil. A VI 600 nec . . . requies datur ulla   |
| XVI    |   | Varro Men. 583 Ἐπικούρειος θεός non potest esse: οὗτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει οὗτε ἄλλοις παρέχει |
| XXXIII | 6 | Ouid, ex Pont. IIII 15, 4 pars ego sim census quantulacumque tui.                           |

editionis Stoerianae a. 1598, quae respondent Ausoniani contextus sectionibus 375 ad 412 a Vineto factis, denique *capita XVIII* a Schenkelio discripta.

## Addenda et corrigenda.

- p. 4 adn. ad. u. 18: *l. liuer V*  
„ 20 u. 36: *l. sic, credo, adnectens*  
„ 25 u. 38: *l. Victoria*  
„ 33 V 7: *l. Haec non (et in adnot.: Et non V corr. Peiper)*  
„ 33 V 9: *l. Et me*  
„ 47 XXVIII 8: *f. quaeque minore*  
„ 102 XVII, 4: *l. Phrixee*  
„ 110 u. 15: *f. et reuocant (Rursum et coni. Bachrens)*  
„ 111 u. 44: *lego maestae*  
„ 115 u. 11: *baut scripsi cum Pulmanno*  
„ 140 adn. ad 473: *l. soluis: s pr. in ras. L<sup>s</sup>*  
„ 141 adn. uersu quarto: *l. (ss. ad ausonium)*  
„ 147 u. 47—49: *l. erili: mox ut . . . conruerent . . . fasto*  
„ 153 u. 142: *interne] mirere Graeuius*  
„ 156 II 6: *et deleui sum prioribus*  
„ 168 u. 163: *ponatur nuda uirgula post uir, non puncto distincta*  
„ 176 u. 133: *quamdiu non Scaliger, sed Auantius 1507*  
„ 177 u. 163: *Thales sum Auantius 1507*  
„ 186 u. 33: *Gaio ante Muellerum Markland ad Stat. S. p. 246<sup>a</sup>*  
„ 197 u. 22: *meam delendum uidetur*  
„ 208 u. 49: *l. belua et aper (aut Z)*  
„ 221 u. 20: *l. publicata libera est*  
„ 225 III 3: *l. patitur*  
„ 225 u. 12: *potioribus] lego honestioribus*  
„ 231 u. 34: *l. Vinum (sic Z)*  
„ 241 adn. ad u. 59: *uigiles Z*  
„ 243 XIII: *l TREVERORVM | FECIT] fecimus M fecit cett.*  
„ 272 adn. ad XXVI: *l. suo (ceteris om.) G*  
„ 274 u. 28: *f. ἐμπορος (cf. u. 2)*  
„ 275 u. 48: *post Buzygem tollas uirgulam*  
„ 280 post u. 102: *AVSONIVS PAVLINO*  
„ 281 adn. ad 107: *adde: cuiquam facilis Π*

- p. 291 adn.: *l.* „*post u.* 42 *repetitur u.* 40 (audebo) *P*“  
„ 293 ad n. 12: *l.* Sederit et flandis *P*  
„ 298 u. 127: *l.* nostris  
„ 318 adn. ad XXII: *l.* In (Ad *p*) Mareum *Mp*  
„ 320 adn.: *adde:* XXV—XXX *interierunt in T*  
adn. ad XXV 8: *l.* ludat *G*  
„ 321 XXVI 13: *l.* harundine  
XXVII: A CAESARE] *immo AB AVGVSTO uel A GRATIANO*  
„ 321 adn. ad XXVII 3: *grandis M?* *Vinetus ex T*  
7: *fractos M?* *Vinetus ex T*  
„ 336 LXVI 3: *l.* puerpera  
„ 343 LXXXV 2: *l.* scribas (*sic MT*)  
„ 369 u. 405: *f.* quae intra aulam praedicanda sunt (cf. Epitom. 48, 18 iam illa minutiora et ut dicitur intra aulam, quae quidem, quia occulta sunt, magis naturae hominum curiosae oculos auresque ad se trahunt: patruum colere tamquam genitorem, fratris mortui sororisque liberos habere pro suis etc.)  
„ 370 n. 446: *incundius*] *f.* facundius  
„ 383 adn. ad VIII 8: *tuetur P corr. Auantius 1507*  
„ 387 adn. ad XVI 2: *carinam om. P, add. Auantius 1507*  
„ 388 adn. ad XVIII 7: *adde:* *dimitittur P*  
„ 410 adn. ad u. 20: *adde:* *spirat AB*  
ad n. 24: *l.* *comparibus*] *A*  
„ 411 adn. ad u. 44: *l.* *puhescenti A*  
„ 416 adn. ad u. 55: *pax uulgatae edd.*  
„ 500 *adde:* *Acidinus* uid. *Acindynos*  
„ 506 *adde:* *Belginum (Belg?)* uid. *Belgae*  
*Bicornis* uid. *Rhenus*  
„ 508 *adde:* *helleborus* uid. *Anticyra*  
.. 528 *Nouarus pagus:* fort. *Nonioregum (Royan?)* inter Mediolanum et Tamnum  
„ 528 *adde:* *Nouiomagus* uid. *Noiomagus*  
„ 538 *adde:* *Syracūsius* uid. *Syracosius*  
„ 539: *adde:* *Terbellieus* *Terbellus* uid. *Tarbellicus* (Itinerar. prouinc. 455, 8 W.: *aquis Terebellicis*).

**Conspectus siglorum**

uid. tabulam p. XIII—XVII.

praef  
p.

<i>V</i>	Leidensis Voss. lat. 111 . . . . .	18
<i>P</i>	Parisinus 8500 (Ticinensis) . . . . .	36
<i>p</i>	Harleianus 2613. . . . .	37

**Excerpta de opusculis D. Magni Ausonii:**

<i>G</i>	SGallensis 899 . . . . .	53
<i>B</i>	Bruxellensis 5369/73. . . . .	54
<i>P</i>	Parisinus 4887 (Puteanus) . . . . .	54
<i>a</i>	Iuuenalis ludi libellus . . . . .	55

**Familiae Z libri:**

<i>T</i>	Tilianus. i. Leidensis Voss. lat. Q 107 . . . . .	70
<i>M</i>	Magliabecchianus I 6, 29 . . . . .	71
<i>l</i>	Laurentianns 51, 13 (Magliabecchiani deperditae partes descriptae ab Al. Verrazano) . . . . .	72
<i>G</i>	Bartholomaei Girardini editio princeps Venetiis 1472	72
<i>g</i>	eadem in Ecloga XXV (ubi <i>G</i> est S.Gallensis liber)	
<i>f</i>	Ferrarii ed. Mediolanensis ubi mancum est exemplar Girardini Venetum	
<i>K</i>	Musei Britannici Regius (Kings-Ms.) 31 . . . . .	74
<i>p<sup>2</sup></i>	Schenkelii Perusinus 102 . . . . .	74
<i>p</i>	excerpta Parisini 18275 . . . . .	77
<i>ψ</i>	singuli uel plures huius ordinis libri	

**Ephemeridis III (Orationis) praeter VZ:**

<i>P</i>	Parisinus 7558 . . . . .	33
<i>C</i>	Cantabrigiensis bibl. uniu. Kk V 34 . . . . .	69

**in Professorum Burdigalensium commemoratione  
accedunt**

<i>V*</i>	Leidensis Vossiani folii 12 abrepti (XV 21—XX ex.) exemplar Lugdunense . . . . .	18
<i>v</i>	Sannazarii apographum Vindobonense	
<i>s</i>	Sannazarii apographum Schenkelianum	29

**Epitaphiorum XXVIII—XXX praeter VZ:**

<i>R</i>	Musei Britannici cod. Regius 15 B XVIII. . . . .	32
----------	--	----

**Mosellae libri praeter G et B:**

V	Vaticanus Reginae 1650	p.
R	Turicensis (Rhenaugiensis)	57
L	Laurentianus 51, 13	54
ω	consensum librorum indicat	

**Caesarum libri praeter G et P (i. Puteanum) et Z:**

Σ	Reginensis 1283	58
R	Parisinus 9347	
M <sup>2</sup>	Magliabecchianus I 6, 29 de ceteris uid. quae adnotauit in praefatione ad pp. 54 et 58 sq.	54

**Technopaegnii libri praeter VZ:**

C	Cantabrigiensis bibl. uniu. Kk V 34	69
c	Leidensis Voss. Q 33	
p	Parisinus 2772	30

**Symmachi epistularum libros indicaui infra**  
**p. 141 et 220.**

**Paulini et Ausonii epistularum libri praeter VP = α.**

II	Parisinus 7558	33
S	Parisinus 2122	
β	B Bruxellensis 10703/5	32
	T Tilianus in ep. XXVIII (418)	32 et 70

---

*V<sup>s</sup>P<sup>s</sup> etc.: littera s dextrorum superscripta Schenkelii conlationes  
a meis ita discrepare significauit.*

---

DECIMI MAGNI AVSONII  
OPVSCVLA



# AVSONII OPVSCVLA.

## I.

### ⟨PRAEFATIVNCVLAE⟩.

I [470 A]

AVSONIVS LECTORI SALVTEM.

Ausonius genitor nobis, ego nomine eodem:  
Qui sim, qua secta, stirpe, lare et patria,  
Adscripsi, ut nosses, bone uir, quicumque fuisses,  
Et notum memori me coleres animo.  
Vasates patria est patri, gens Haedua matri        5  
De patre, Tarbellis set genetrix ab Aquis,  
Ipse ego Burdigalae genitus: diuisa per urbes  
Quattuor antiquas stirpis origo meae.  
Hinc late fusa est cognatio; nomina multis  
Ex nostra, ut placitum, ducta domo ueniant:        10  
Deriuata aliis, nobis ab stemmate primo  
Et non cognati, sed genetiua placent.  
Set redeo ad seriem. genitor studuit medicinæ,  
Disciplinarum quae dedit una deum.  
Nos ad grammatiken studium conuertimus et mox        15  
Rhetorices etiam, quod satis, attigimus.

I † ABHINC AUSONOPUSCULA | AUSONIUS LECTORI SALUTE (LECTORI F  
caeruleo colore) V    2 qua/secta (*rasura super a post t*) V  
6 teruellus V corr. Scaliger    8 mee (e rec. in ras., mee ut  
uid. V<sup>1</sup>) V    9 hInc V    10 ut pr. ss. V    11 deribata V  
12 genetiba (ne in ni al.) V    15 et mox rec. add. V    16  
Et mox rhetorices V | satis (a rec. ss.) V

Nec fora non celebrata mihi, set cura docendi  
Cultior, et nomen grammatici merui  
Non tam grande quidem, quo gloria nostra subiret  
Aemilium aut Scaurum Berytiumne Probum, 20  
Sed quo nostrates, Aquitanica nomina, multos  
Conlatus, set non subditus, adspicerem.  
Exactisque dehinc per trina decennia fastis  
Deserui doctor municipalem operam,  
Aurea et Augusti palatia iussus adire 25  
Augustam subolem grammaticus docui,  
Mox etiam rhetor. nec enim fiducia nobis  
Vana aut non solidi gloria indicii.  
Cedo tamen fuerint fama potiore magistri,  
Dum nulli fuerit discipulus melior. 30  
Alcides Atlantis et Aeacides Chironis,  
Paene Iove iste satus, filius ille Iouis,  
Thessalam Thebasque suos habuere penates:  
At meus hic toto regnat in orbe suo.  
Cuius ego comes et quaestor et, culmen honorum, 35  
Praefectus Gallis et Libyae et Latio  
Et, prior indeptus fasces Latiamque curulem,  
Consul, collega posteriore, fui.  
Hic ergo Ausonius: sed tu ne temne, quod ultro  
Patronum nostris te paro carminibus. 40

---

17 miei V 18 nomen] o deformatum lineola litterae i  
simili, quam al. m. a dextra addidit V 20 Berytiumne Toll  
beritiq<sup>s</sup> V 21 aquitanaq<sup>s</sup> V corr. ed. uetus incerta (cf. Toll) |  
multis Sebis. 22 set non Vinetus et non († rec. uoculae non ss.)  
V non et Scaliger | aspicerem V 24 //adserui initiali erasa V  
deserui Brandes 26 Augns///tam (3—4 litt. erasis) V  
ce  
27 retor V 28 Vana] Vna V corr. Lugdun. 31 chironis  
(cc al. ss.) V 32 peneiobe V | satiſ (i eras., a al. ss.) V  
33 thebasque V | abuere V 35 ego et Heinsius 36 prae-  
fectis V corr. Lugdun. | lybiae V 39 ergo Sebis. ego V ego  
sum Heinsius

Pectoris ut nostri sedem colis, alme Syagri,  
Communemque habitas alter ego Ausonium:  
Sic etiam nostro praefatus habebere libro,  
Differat ut nihilo, sit tuus anne meus.

〈THEODOSIVS AVGVSTVS AVSONIO PARENTI SALVTEM.〉

Amor meus qui in te est et admiratio ingenii atque eruditionis tuae, quae multo maxima sunt, fecit, parens iucundissime, ut morem principibus aliis solitum sequestrarem familiaremque sermonem autographum ad 5 te transmitterem, postulans pro iure non equidem regio, sed illius priuatae inter nos caritatis, ne fraudari me scriptorum tuorum lectione patiaris. quae olim mihi cognita et iam per tempus oblita rursum desidero, non solum ut, quae sunt nota, recolantur, sed etiam ut 10 ea, quae fama celebri adiecta memorantur, accipiam. quae tu de promptuario scriniorum tuorum, qui me amas, libens imperties, secutus exempla auctorum optimorum, quibus par esse meruisti: qui Octauiano Augusto rerum potienti certatim opera sua tradebant, 15 nullo fine in eius honorem multa condentes. qui illos haut sciām an aequaliter atque ego te admiratus sit, certe non amplius diligebat. uale parens.

---

II SVAGRIO V 2 quę abitas V 3 abere <sup>be</sup> (be al. ss.) V V  
4 /nicilo (n ex m?) V

III Incipit epistola theodori augusti P | Theodosius — sa-  
ludem *Auantius*, om. P 4 iocundissime P | solitus *P<sup>s</sup>* corr.  
*Auantius* 9 desydero P 12 scrineorum P 13 īpertiēs. P  
17 atque] adq P | sit *Auantius* scit P

III [469]

DOMINO MEO ET OMNIVM THEODOSIO  
AVGVSTO AVSONIUS TVVS.

Agricolam si flaua Ceres dare semina terrae,  
Gradiuus iubeat si capere arma ducem,  
Soluere de portu classem Neptunus inermem:  
Fidere tam fas est, quam dubitare nefas;  
Insanum quamuis hiemet mare crudaque tellus      5  
Seminibus, bello nec satis apta manus.  
Nil dubites auctore bono. mortalia quaerunt  
Consilium. certus iussa capesse dei.  
Scribere me Augustus iubet et mea carmina poscit  
Paene rogans: blando uis latet imperio.      10  
Non habeo ingenium, Caesar sed iussit: habebo.  
Cur me posse negem, posse quod ille putat?  
Inualidas uires ipse excitat et iuuat idem,  
Qui iubet: obsequium sufficit esse meum.  
Non tutum renuisse deo. laudata pudoris      15  
Saepe mora est, quotiens contra parem dubites.  
Quin etiam non iussa parant erumpere dudum  
Carmina. quis nolit Caesaris esse liber,  
Ne ferat indignum uatem centumque litoras,  
Mutandas semper deteriore nota?      20  
Tu modo te iussisse, pater Romane, memento  
Inque meis culpis da tibi tu ueniam.

P III Responsua Ausonii ad Theodosium Augustum <sup>reca.</sup> |  
Domino meo et omnium | Theodosium Augusto . Ausonius tuus  
*P TEUDOSIO à AVSONIUS. V*      1 agricolam: a *in ras.*, *quae se-*  
*cuntur rescripta al. V*      2 gradiuus *al. in ras. V*      4 duui-  
tare *V<sup>1</sup>* (*rec. corr.*) | *nephias P* | *marg. ≈ V*      5 que *V<sup>1</sup>* *q<sup>8</sup>///*  
*al. corr. V*      6 nello *V<sup>1</sup>* | *abta V*      7 *Ni//l* (*ci eraso?*) *V* |  
duuites *V* | *bonū V*      9 *¶ Scribere P* | *mea] in ea P*      10  
pene *VP* | *uix Ps*      11 *abeo V<sup>1</sup>* (*rec. corr.?*) | *ingenio P* |  
*iussit: t al. in ras. Vs* | *abebo V*      13 *exitat (rasura super itat*  
*ut uid.) V* | *inbat V*      14 *esse] ipe P*      15 *totum P* | *re-*  
*muuisse V<sup>1</sup>*      16 *cotiens V* *quot' P* | *contra] ēē P* | *diuites V*  
17 *parant] paruʒ P*      18 *liner P*      20 *mu/'tandas V*  
21 *iuxisse P*      22 *Explicit P*

II.  
E P H E M E R I S  
ID EST  
TOTIUS DIEI NEGOTIUM.

I [151]

Mane iam clarum reserat fenestras,  
Iam strepit nidis uigilax hirundo:  
Tu uelut primam mediamque noctem,  
Parmeno, dormis.

Dormiunt glires hiemem perennem, 5  
Sed cibo pareunt: tibi causa somni,  
Multa quod potas nimiaque caedis  
Mole saginam.

Inde nec flexas sonus intrat aures  
Et locum mentis sopor altus urget 10  
Nec coruscantis oculos lacescant  
Fulgura lucis.

Annuam quondam iuueni quietem,  
Noctis et lucis uicibus manentem,  
Fabulae fingunt, cui Luna somnos 15  
Continuarit.

---

I INCIPIT EPHE<sup>ME</sup>RIS etc. min. V 2 irundo V 3 et 4 uno V  
in uersu V 4 et 20 parmino V 5 perenne// (m eraso) V  
7 caedis Toll tendis V 13 condam V<sup>1</sup>

Surge, nugator, lacerande uirgis:  
 Surge, ne longus tibi somnus, unde  
 Non times, detur: rape membra molli,  
 Parmeno, lecto.

20

Fors et haec somnum tibi cantilena  
 Sapphico suadet modulata uersu?  
 Lesbiae depelle modum quietis,  
 Acer iambe.

I [152]

PARECBASIS.

Puer, eia, surge et calceos	25
Et linteam da sindonem.	
Da, quidquid est, amictui	
Quod iam parasti, ut prodeam.	
Da rore fontano abluam	5
Manus et os et lumina.	30
Pateatque, fac, sacrarium	
Nullo paratu extrinsecus:	
Pia uerba, uota innoxia,	
Rei diuinae copia est.	10
Nec tus cremandum postulo	35
Nec liba crusti mellei,	
Foculumque uiui caespitis	
Vanis relinquo altaribus.	
Deus precandus est mihi	15
Ac filius summi dei,	40
Maiestas unius modi,	
Sociata sacro spiritu.	

22 saffico *V* 23 Lesbiae *Scaliger* 1,7 lesbii *V* | modum<sup>lu</sup>  
 (al. corr.) *V* lesbos insula urbis methinae antiqua m. marg. *V*

*V* II ITEM PARECBASIS <sup>A</sup>SAFFICO (A al. ss.) AD DIMETRVM min. (in  
 marg. antiqua m. m̄tr iambico quaternario) *V* 5 fontano: a ex  
 e corr. *V* 6 hos *V* 9 uerua *V* 13 c/espitis (a eraso) *V*  
 15 mici *V* 16 hac *V* 18 spiritu *V*inetus spiritui *V*

Et ecce iam uota ordior:	
Et cogitatio numinis	20
Praesentiam sentit pauens.	45
Pauetne quidquam spes, fides?	

III [153]

ORATIO.

Omnipotens, solo mentis mihi cognite cultu,	
Ignorate malis et nulli ignote piorum:	
Principio extremoque carens, antiquior aevo,	
Quod fuit aut ueniet: cuius formamque modumque	50
Nec mens complecti poterit nec lingua profari:	5
Cernere quem solus coramque audire iubentem	
Fas habet et patriam propter considere dextram	
Ipse opifex rerum, rebus causa ipse creandis,	
Ipse dei uerbum, uerbum deus, anticipator	55
Mundi, quem facturus erat: generatus in illo	10
Tempore, quo tempus nondum fuit: editus ante	
Quam iubar et rutilus caelum inlustraret Eous:	
Quo sine nil actum, per quem facta omnia: cuius	
In caelo solium, cui subdita terra sedenti	60

---

III cf. Oratio Paulini (infra XVIII 32)

---

20 *in margine rasura in eaque iuxta u. 21 scriptus est u. 22 atque prima quidem manu: priora nunc euauerunt: pauentne legerut Vinetus, idem pro qic (disparuit v littera supra addita ut uolgo) uiderat me; panes nequicquam Scaliger 1, 7*

III ORATIO *V* incipit oratio scī ausoni *P* oīt matutina *VP* ausonii ad dīm omnipotentem *C* precatio matutina ad omnipotentem deum *Z* (incipit praecatio *G* item incipit praecatio *λ*)

1 omnipotens — cultu *VP* (mici *V* cūlto<sup>v</sup> *P*), omnipotens quem mente colo pater unice rerum *CZ* 5 complecti *VP* complecti *CZ* oplecti *in fine quaternionis*, completi *in contextu T* 6 coram] contra *C* 7 abet *V* | propius *P* | co<sup>n</sup>sidere *C* | dexteram *C* uu. 8—16 om. *Z* 8 que mei causa fuerit *marg. m. s. x V* | ipe *C* 9 ueruum *V* | ueruum *V* uerbum pr. ss. *C* om. *P* | antecipator *C<sup>1</sup>* 11 tempore *V* | editur *V* ed/itus *P* aeditus *C* 12 illustraret *C* 14 sedenti ē (pr. exp. ē) *P*

Et mare et obscurae chaos insuperabile noctis: 15  
Inrequies, cuncta ipse mouens, uegetator inertum:  
Non genito genitore deus, qui fraude superbi  
Offensus populi gentes in regna uoeauit,  
Stirpis adoptiuae meliore propage colendus: 65  
Cernere quem licuit proauis, quo numine uiso 20  
Et patrem uidisse datum: contagia nostra  
Qui tulit et diri passus ludibria leti  
Esse iter aeternae docuit remeabile uitae:  
Nec solam remeare animam, sed corpore toto 70  
Caelestes intrare plagas et inane sepulcri 25  
Arcanum uaeuis adopertum linquere terris.

Nate patris summi nostroque salutifer aevo,  
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes,  
Nil ex inuidia retinens plenusque datorum, 75  
Pande uiam precibus patriasque haec perfer ad aures. 30

Da, pater, innietam contra omnia crimina mentem  
Vipereumque nefas nocituri auerte ueneni.  
Sit satis, antiquam serpens quod prodidit Aenuam  
Deceptumque adiunxit Adam: nos sera nepotum 80  
Semina, ueridicis olim praedicta prophetis, 35  
Vitemus laqueos, quos letifer implicat anguis.

15 obscura *C<sup>1</sup>* | eahos *V* | insuperauile *V* insuperabile *P*  
16 cunctis *P* | mobens *V* 17 Non genitore *T* 18 regno *P*

19 propago dieimus et propages sicut conpago et conpages  
*marg. uctusta m.* *P* | styrpis *P* | adoptiuae *V* | opage *T* 20  
nomine *PT* 21 datur (*r al. in ras.*) *V* 22 dira *P* | passus  
*ex* pasus statim corr. *P* | ludibri *P* | leti *V<sup>1</sup>* leti *V<sup>2</sup>* laeti *PZ*  
loeti *C* 23 i/ter *V* et *P* | remeaule *V* | uita *P* 24 solum *P*  
toto in ras. *V* 25 intrae *C<sup>1</sup>* | sepulcri (lcri in ras.) *V* sepul-  
chri *PCZ* 26 archanam *C* | linquer<sup>v</sup> *C* 27 hic aliisque  
locis, ut 31, nouae sententiae initium adposita in margine K  
littera indicatur uel nuda, uel addita Γ nota, quae ctiam sola  
praefigitur 37 43 49 58 *V* Nihil *P* 30 precibus *P* | haec  
*om.* *P* | defer *T* | at *V<sup>1</sup>* 31 contra *C* 32 que *om.* *P* |  
neuas *C<sup>1</sup>* nephias *T* | aueste *C<sup>1</sup>* | auertereueni *P* 33 prodi-  
dit *CZ* pdidit *P* perdidit *V* | aeu<sup>v</sup>am *V* aeuam *CTG* euam  
*P* 34 adiunesit *V* infecit *C* | sera *C* serā *T* separare  
potum *P* nepotvm: v *ex a pr.* *T* 35 ueredieis *P* | olim *V*  
etas *P* actas *CZ* | profetis *V* 36 leofer *P* loetifer *C* læ-

Pande uiam, quae me post uincula corporis aegri In sublime ferat, puri qua lactea caeli	
Semita uentosae superat uaga nubila lunae,	85
Qua proceres abiere pii quaque integer olim	40
Raptus quadriugo penetrat super aera curru	
Elias et solido cum corpore praeuius Enoch.	
Da, pater, aeterni speratam luminis auram,	
Si lapides non iuro deos unumque uerendi	90
Suspiciens altare sacri libamina uitae	45
Intemerata fero: si te dominique deique	
Vnigenae cognosco patrem mixtumque duobus,	
Qui super aequoreas uolitabat spiritus undas.	
Da, genitor, ueniam cruciataque pectora purga:	95
Si te non pecudum fibris, non sanguine fuso	50
Quaero nec arcanis numen coniecto sub extis:	
Si scelere abstineo errori obnoxius et si	
Opto magis, quam fido, bonus purusque probari.	
Confessam dignare animam, si membra caduca	100
Execror et tacitum si paenitet altaque sensus	55
Formido excruciat tormentaque sera gehennae	
Anticipat patiturque suos mens saucia manes.	

---

tifer *Tl* | implicat] *V* 37 *T* *X* *praefigitur* *V* | <sup>v</sup> *qe* *V* que *P*  
qua *CZ* 38 ferat] *fera P* *feram CGl* *ferar T* 39 semita *P*  
| *uaga*] *uaga uentos P* | *nubila VC<sup>2</sup>Z* *lumina P nebula C<sup>1</sup>*  
40 *quam V* | *proceris P* | *abiero P adiere T* | *quā V<sup>2</sup>* u. 41  
*om. T* | *aera VC<sup>1</sup> aerae P aethera G* 42 *Elias V<sup>1</sup> Aelias P*  
*Helias CTG Helia LMueller* | *enoc P aenohe C* 43 *speratam*  
*CTG spaeratam P spiratam V* | *numinis T* | *auream C horam λ<sup>2</sup>*  
*aram T* 44 *iure C<sup>1</sup> inro P* 45 *suscipiens P* | *sacrae TG* |  
*liuamina V labamina G* 47 *unigenum C<sup>2</sup>* | *pa/rem (t eraso)*  
*C* | *mixtum*] *mixte T missum Graeuius* 49 *cruciat P* | *pec-*  
*ctora C* 50 *pecudum V* | *frebris P* 51 *ne λ* | *arcans V<sup>1</sup>P*  
*archanis V<sup>2</sup>C carnis Z* | *numen an nomen dubium V omen*  
*Heinsius* | *exitis P* 52 *scilere P<sup>1s</sup>* *sceleri T* | *abtineo P<sup>1s</sup>*  
*errorique Accursius* 53 *obto VP* | *quan P* | *pb ante probari*  
*eras. V* 55 *Execror CZ Exsecror V Exsecror P* | *tatitum P*  
*poenitet C? TG* 56 *sere P* *sera C* | *geennae V<sup>1</sup> hennae P*  
57 *anticipant V anticipat P* | *saucia*] *anxia Heinsius* *con-*  
*scia Turnebus*

Da, pater, haec nostro fieri rata uota precatu.  
Nil metuam cupiamque nihil: satis hoc rear esse, 105  
Quod satis est; nil turpe uelim nec causa pudoris 60  
Sim mihi; non faciam cuiquam, quae tempore eodem  
Nolim facta mihi. nec uero crimen laedar  
Nec maculer dubio: paulum distare uidetur  
Suspectus uereque reus. male posse facultas 110  
Nulla sit et bene posse adsit tranquilla potestas. 65  
Sim tenui nictu atque habitu, sim carus amicis  
Et semper genitor sine uulnere nominis huius.  
Non animo doleam, non corpore: cuncta suetis  
Fungantur membra officiis: nec saucius ullis 115  
Partibus amissum quidquam desideret usus. 70  
Pace fruar, securus agam, miracula terrae  
Nulla putem. suprema dii cum uenerit hora,  
Nec timeat mortem bene conscientia uita nec optet.  
Purus ab occultis cum te indulgente uidebor, 120  
Omnia despiciam, fuerit cum sola uoluptas 75  
Iudicium sperare tuum; quod dum sua differt  
Tempora cunctaturque dies, procul exige saeuum  
Insidiatorem blandis erroribus anguem.  
Haec pia, sed maesto trepidantia uota reatu, 125

58 <sup>h</sup>aec *V* hoc *Tλ* huic *G* | precatu: u ex a *V* 59 nihil]  
mīc *p* (*p* = *Paris. 18275 ubi leguntur uu. 59—78 et u. 58)*  
rera *P* 61 sit *P* | non *Vp* nec *PCZ* in marg. inter u. 61  
*ct* 62 al. m. f *legitur V* 63 dubio: b *ex ll ut uid. V*  
64 uerae *G* | mala *Vp* male *PCTG* sic *Paulini oratio u. 6 sq.*  
male uelle *ct* bene posse. 65 et] ac *Paulinus u. 7 at Grae-*  
*nius* | *trāquilla V* 66 adque *V* | *auitu V<sup>1</sup>* (habitu *V<sup>2</sup>*) |  
*amicus P* 67 *uolnere λ* | <sup>h</sup>uius (h al. ss.) *V* 68 *animae λ* |  
*suetis Heinsius*, quietis *libri* 69 *fugantur V<sup>1</sup>* | *suacius P* *sau-*  
*cis C<sup>1</sup>* *sautius G* 70 *pastibus* (statim s in r pr. corr.) *C*  
*amissum V<sup>1</sup>* | *quieqnā libri* (quicquiam *P*) 71 *fruar*] *fraias P*  
72 *dii*] *diei VP* (dies *V<sup>1</sup>* *ut uid.*) *d'i* (*i. dei*) *C* *dii pλ dys*  
(marg. al. dijs) *T* | *qū V* 73 *obtet V* 74 *occultus G*  
*qū V* 75 *dispiciam P* | *cū V<sup>1</sup>* <sup>v</sup>*qū V<sup>2</sup>* | *uolūtas V* 77 *cun-*  
*cetatur P* *cuntatur V* *cuntatur p* *cunctatur CZ* | *exie C<sup>1</sup>* *exime C<sup>2</sup>*  
*exiges aeuum P* *exigis euo* (exiges al. corr.) *p* | *scæuo T* *saeuo G*  
79 *Haec*] *Nec T* | *moesto TG* | *reatu: u in ras. V*

Nate, apud aeternum placabilis adsere patrem, 80  
Saluator, deus ac dominus, mens, gloria, uerbum,  
Filius, ex uero uerus, de lumine lumen,  
Aeterno cum patre manens, in saecula regnans,  
Consona quem celebrant modulati carmina Dauid: 130  
Et responsuris ferit aera uocibus amen. 85

III [154]

EGRESSIO.

Satis precum datum deo,  
Quamuis satis numquam reis  
Fiat precatu numinis.  
Habitum forensem da, puer. 135  
Dicendum amicis est haue  
5 Valeque, quod fit mutuum.  
Quod cum per horas quattuor  
· · · · ·  
Inclinet ad meridiem, 140  
Monendus est iam Sosias.

V [155]

LOCUS INVITATIONIS.

Tempus uocandis namque amicis adpetit;  
Ne nos uel illis demoremur prandium,

80 Nate VP Christe CZ | apud V apud ceteri | placauilis  
V | adsere V assere CZ asse P 81 salbator V | deus] mens  
deus T | hac V<sup>1</sup> | mens] meus P | ueruum V 82 exuerbo P |  
uerum Z 83 patere C<sup>1</sup> 84 Duplicem uersum Consona quem  
celebrat modulato carmine plebes | Consona quem celebrant  
modulati carmina dauid habet C; posteriorem solum VP (ubi  
tamen mistica pro consona P modolati VP carminea C car-  
mina V dñ V), priorem Z (consonat T); post 85 EXPL C

III marg. al. m̄tro iambico quateruario V 1 praecum V V  
2 reis V a reis Axt rei Gronouius 3 numini Gronouius  
4 abitum (b ex d pr. corr.) V 5 habe V 6 ual/eque (d  
eraso) V | post 7: „timeo ne quid intercederit uel corruperint  
quippiam librarii“ Vinetus

V marg. al. item senarium V 1 iamque Salmasius | appe- V  
tit V 2 illi<sup>s</sup> V illi Vinetus

Propere per aedes curre uicinas, puer.  
Scis ipse, qui sint: iamque dum loquor, redi. 145  
Quinque aduocaui; sex enim conuiuium 5  
Cum rege iustum: si super, conuicium est.  
Abiit; relict i nos sumus cum Sosia.

VI [156]

## LOCVS ORDINANDI COQVI.

Sosia, prandendum est. quartam iam totus in horam  
Sol calet: ad quintam flectitur umbra notam. 150  
An uegeto madeant condita opsonia gustu  
(Fallere namque solent), experiundo proba.  
Concute feruentes palmis uoluentibus ollas,  
Tingue celer digitos iure calente tuos:  
Vibranti lambat quos umida lingua recursu 155

卷二

VII [146] [IN NOTARIUM IN SCRIBENDO VELOCISSIMUM].

Puer, notarum praeponsum  
Sollers minister, aduola.  
Bipatens pugillar expedi,  
Cui multa fandi copia,  
Punctis peracta singulis,  
Ut una uox absoluatur.  
Ego uoluo libros uberes  
Instarque densae grandinis

	<sup>ei</sup> 3 curre//ui nas <i>V<sup>2</sup></i>	<sup>dū</sup> 4 iamq//locor (q ex e) <i>V<sup>2</sup></i>
<i>V</i>	VI qvoqqvi <i>V</i>	3 uegito <i>V</i>   obsonia <i>V</i>
	7 lambant <i>V<sup>1</sup></i>   recursus <i>V corr.</i> <i>Vinetus</i>	5 uoluentibus <i>V</i>
<i>Z</i>	VII In notarium <i>M</i> in notarium in scribendo uelocissimum <i>TG</i> bini uersieuli in una quaque linea <i>TG</i> , quorum prior ab initiali littera rubra incipit, praefixa etiam nota <i>P</i> minio scripta; posterioris prima littera minor est et atru lineola ab altero disiungitur in <i>T</i>	1 notarium <i>TM</i>   praeceptum <i>Z</i> corr. <i>Auantius 1496</i>
	2 solers <i>GM</i> solens <i>T</i>	3 pugilar <i>T</i>
	5 proiecta <i>T</i>	7 ego uoluo <i>Z</i> euoluo <i>Auantius 1507</i>

Torrente lingua perstrepo:	165
Tibi nec aures ambigunt,	10
Nec occupatur pagina	
Et mota parce dextera	
Volat per aequor cereum.	
Cum maxime nunc proloquor	170
Circumloquentis ambitu,	15
Tu sensa nostri pectoris	
Vix dicta iam ceris tenes.	
Sentire tam uelox mihi	
Velle dedisset mens mea,	175
Quam praepetis dextrae fuga	20
Tu me loquentem praeuenis.	
Quis, quaeso, quis me prodidit?	
Quis ista iam dixit tibi,	
Quae cogitabam dicere?	180
Quae furta corde in intimo	25
Exercent ales dextera?	
Quis ordo rerum tam nouus,	
Veniat in aures ut tuas,	
Quod lingua nondum absoluerit?	185
Doctrina non hoc praestitit	30
Nec ulla tam uelox manus	
Celeripedis compendii:	
Natura munus hoc tibi	
Deusque donum tradidit,	190
Quae loquerer, ut scires prius	35
Idemque uelles, quod uolo.	

10 tibique *Z* que *om.* *Auantius* 1496    12 parce] pte *T*  
pace *G*    16 tu *minio ss.* *T*    17 uix *G* uis *M* uel *T* | iam  
ceris] iaceris *T*    25 in *om.* *T*    26 exerce tales *M* exerces  
tales *T*    27 rerum ordo *M*    30 hoc *Z* haec *Vinetus*  
31 ullata *G*    35 prius scires *G*

Quadrupedum et uolucrum, uel cum terrena marinis	
Monstra admiscentur: donec purgantibus euris	195
Difflatae liquidum tenuentur in aera nubes.	
Nunc fora, nunc lites, lati modo pompa theatri	
Visitur: et turmas equitum caedesque latronum	5
Perpetior: lacerat nostros fera belua uultus	
Aut in sanguinea gladio grassamur harena.	200
Per mare nauifragum gradior pedes et freta cursu	
Transilio et subitis uolito super aera pinnis.	
Infandas etiam ueneres incestaque noctis	10
Dedecora et tragicos patimur per somnia coetus.	
Perfugium tamen est, quotiens portenta soporum	205
Soluit rupta pudore quies et imagine foeda	
Libera mens uigilat: totum bene conscientia lectum	
Pertractat secura manus: probrosa recedit	15
Culpa tori et profugi manascunt crimina somni.	
Cerno triumphantes inter me plaudere: rursum	210
Inter captiuos trahor exarmatus Alanos.	
Templa deum sanctasque fores palatiaque aurea	
Specto et Sarrano uideor discumbere in ostro	20
Et mox fumosis conuia adcumbo popinis.	
Diuinum perhibent uatem sub frondibus ulmi	215
Vana ignauorum simulacra locasse soporum	
Et geminas numero portas: quae fornice eburno	
Semper fallaces glomerat super aera formas:	25

V VIII „Hic minus abet finem cause super(ior)is et initium sequentis ephemeris“ in marg. V, folium intercidisse in codice archetypo uidit Schenkl. 4 lati modo V | teatri V 7 sanguinea V | crassamur V | arena V 8 mare: r in ras. altioris litterae V 9 subitis V 11 tra/yeos (ex tragicos) V<sup>2</sup> 12 cotiens V 14 liuera V | conscientia V<sup>2</sup> 16 profugi: i in ras. al. V | manascunt serripsi, man<sup>v</sup>squā (ma in mu al. corr.) V minuiscunt Sealiger 1, 7 uanescunt GGoetz, an mansuescunt? 17 cerno// V | triumphantes V 18 captibos traor V 20 uideo<sup>r</sup> V<sup>2</sup> | discumuere V 21 conuiba V | accumbo V 22 peri/bent V | fontibus V corr. Lugdun. 23 ignaborum V

Altera, quae ueros emitit cornea uisus.	
Quod si de dubiis conceditur optio nobis,	220
Desse fidem laetis melius quam uana timeri.	
Ecce ego iam malim falli; nam, dum modo semper	
Tristia uanescant, potius caruisse fruendis,	30
Quam trepidare malis. satis est bene, si metus absit.	
Sunt et qui fletus et gaudia controuersum	225
Coniectent uarioque trahant euenta relatu.	
Ite per oblicos caeli, mala somnia, mundos,	
Inrequia uagi qua difflant nubila nimbi;	35
Lunares habitate polos: quid nostra subitis	
Limina et angusti tenebrosa cubilia tecti?	230
Me sinite ignauas placidum traducere noctes,	
Dum redeat roseo mihi Lucifer aureus ortu.	
Quod si me nullis uexatum nocte figuris	40
Mollis tranquillo permulserit aere somnus,	
Hunc lucum, nostro uiridis qui frondet in agro	235
Vlmeus, exebiis habitandum dedico uestris.	

---

27 dubiis *V<sup>1</sup>*    28 deesse *V<sup>2</sup>*    29 mallim (i *ex e?*) *V*  
(1 alt. *m<sup>2</sup>*, i *m<sup>2</sup>* in *ras.* *V<sup>3</sup>*) | falli (i *ex f corr.*) *V*    31 si//metus (m *eraso*) *V*    32 controuersorū *V corr.* *Souchay* controuersa *Vinetus*    33 ebenta *V*    37 lumina *V<sup>1</sup>*    38 ignauas: ig in *ras. al.* *V*    39 mici *V*    41 somnos *V*    42 lucū *ex luču* *V<sup>2</sup>*    43 abitandum *V* | post 43 finit add. *V*

### III.

## ⟨D O M E S T I C A.⟩

I [320 Edyll. III]

### DE HEREDIOLO

Cum de palatio post multos annos honoratis-  
simus, quippe iam consul, redisset ad patriam, uillu-  
lam, quam pater reliquerat, introgressus his uersibus  
lusit Luciliano stilo:

Salve, herediolum, maiorum regna meorum,  
Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit,  
Quod mihi iam senior properata morte reliquit:  
Eheu nolueram tam cito posse frui!  
Iusta quidem series patri succedere, uerum                    5  
Esse simul dominos gratiор ordo piis.  
Nunc labor et curae mea sunt; sola ante uoluptas  
Partibus in nostris, cetera patris erant.  
Paruum herediolum, fateor, set nulla fuit res  
Parua umquam acquanimitis, adde etiam unanimis. 10  
Ex animo rem stare aequum puto, non animum ex re.  
Cuneta cupit Croesus, Diogenes nihilum:

V I INCIPIT DE HEREDIOLO PRAEFATIO IN PROSA V | quum V | pater] puer *Heinsius* | luciano V corr. *Scaliger* 1, 20 (*L.Mueller Lucil.* p. 298, test. 40 cf. u. l. ad test. 24 p. 283) *Lucaniaco villa Axt.* In cyanostylo similiaque temptauit *Dezeimeris*. 1 Salbe V<sup>1</sup> | erediorum V<sup>1</sup> 2 proabus V 3 reliquid V corr. *Sannazarianus* 4 heeu V 5 berum V<sup>1</sup> 7 lauor V<sup>1</sup> | cura V corr. *Lugdun.* | ate V 9 parbum erediolum V 11 res tare V<sup>1</sup> (res al. corr.) | aequum V 12 chroesus V diogenis nihilū (s nihilū al. in ras., in marg. 2 add. antiqu. m. V

Spargit Aristippus mediis in Syrtibus aurum,  
Aurea non satis est Lydia tota Midae.  
Cui nullus finis cupiendi, est nullus habendi. 15  
Ille opibus modus est, quem statuas animo.  
Verum ager iste meus quantus sit, nosce: etiam ut me  
Noueris et noris te quoque, si potis es.  
Quamquam difficile est se noscere; γνῶθι σεαυτὸν  
Quam propere legimus, tam cito neclegimus. 20  
Agri bis centum colo iugera, uinea centum  
Iugeribus colitur prataque dimidio,  
Silua supra duplum, quam prata et uinea et aruum;  
Cultor agri nobis nec superest nec abest.  
Fons propter puteusque breuis, tum purus et amnis; 25  
Nauiger hic refluus me uehit ac reuehit.  
Conduntur fructus geminum mihi semper in annum.  
Cui non longa penus, huic quoque prompta fames.  
Haec mihi nec procul urbe sita est, nec prorsus ad urbem,  
Ne patiar turbas utque bonis potiar; 30  
Et quotiens mutare locum fastidia cogunt,  
Transeo et alternis rure uel urbe fruor.

II [317]  
Edyll. I] VERSVS PASCHALES PRO AVGVSTO DICTI.

Sancta salutiferi redeunt sollemnia Christi  
Et deuota pii celebrant ieunia mystae.  
At nos aeternum cohibentes pectore cultum

13 sirtibus *V* 14 lidia *V* | midiae (i eraso) *V* 15  
abendi *V* 17 ste *V<sup>1</sup>* | nosceutetiamme *V* ut del. *Lugdun.*,  
*transp. Peiper* 18 noberis *V* 19 gnoti seaton *V* 22 dimid-  
dium *V corr. Heinsius* 26 nauiger *V* 28 uic *V* | prompta  
famis *V* 29 prossus *V* 31 quoties *V* | fatidia *V* 32 rure:  
r alt. al. in ras. *V*

II VERSVS PASCALES PROCO DICYI *V* pro dominis uel pro au- *VP, Z*  
gusto (a<sup>o</sup>) *Peiper* Incipiunt uersus pascales Decii Magni Au-  
sonii *P* Incipiunt uersus pascales (uersus om. *M* pasquales *M*)  
*TM* Ausonii peonii poetae disertissimi uersus pascales *G*  
1 sollempnia *V* solempnia *M* solennia *T* 2 celebrat *V*  
| mistae *VTM* 3 ad *V<sup>1</sup>* | coibentes *VP*

Intemeratorum uimi continuamus honorum.

Annua cura sacris, iugis reuerentia nobis.

5

Magne pater rerum, cui terra et pontus et aer  
Tartaraque et picti seruit plaga lactea caeli,  
Noxia quem scelerum plebis tremit almaque russum  
Concelebrat uotis animarum turba piarum:

Tu breuis hunc aei cursum celeremque caducae 10  
Finem animae donas aeternae munere uitiae.

Tu mites legum monitus sacrosque prophetas  
Humano impertis generi seruasque nepotes,  
Deceptum miseratus Adam, quem capta uenenis  
Implicituit socium blandis erroribus Aeuna. 15

Tu uerbum, pater alme, tuum, natumque deumque,  
Concedis terris totum similemque paremque,  
Ex uero uerum uiuaque ab origine uiuum.

Ille tuis doctus monitis hoc addidit unum,  
Vt, super aequoreas nabat qui spiritus undas, 20  
Pigra immortali uegetaret membra lauacro.

Trina fides auctore uno, spes certa salutis  
Hunc numerum iunctis uirtutibus amplectenti.

Tale et terrenis specimen spectatur in oris  
Augustus genitor, geminum sator Augstorm, 25  
Qui fratrem natumque pio complexus utrumque  
Numine partitur regnum neque diuidit unum,  
Omnia solus habens atque omnia dilargitus.

5 sacri V 6 ponthus P 7 tarara P | pieta V | latea P  
| coeli T 8 plenis V<sup>1</sup> pleb' P plebis MT<sup>1</sup> plebes corr. pr.  
T, G | russum V rursum cet. 10 celebrem V 11 donas] redimis  
Schenkl 12 mides V<sup>1</sup> mitis T 13 humano] humo n̄ P | im-  
pertit P impartis TM in partis G | seruassq; P scenasque T  
seuasque M 14 capta] blanda T | ueneriis ut uid. V 15  
erroribus: ri ex ii V | aena V (aene V<sup>1</sup>) euua P ena Z 16  
¶ Tu P | pater alme tuum in ras. al. V 17 concedit P  
18 nibum V 20 nabat: b in u al. corr. V 21 immortali] V  
imortali P 23 uirtutibus: ti ex bi V | amplectendi Z 24  
Tale] Vale (+ in marg.) T | specime P | oris V<sup>1</sup> 25 sator  
om. T | augustoq; P litt. orum al. m. reser. V 26 con-  
plexus] V 27 mmime Z nomine VP 28 omnia] om̄i P |  
abens V | adque V | dilargitus: itus al. reser. V

Hos igitur nobis trina pietate uigentes,  
Rectores terrae placidos caelique ministros,      30  
Christe, apud aeternum placabilis adsere patrem.

III [-]

ORATIO CONSVLIS AVSONII  
VERSIBVS RHOPALICIS

SPES,	DEVS,	AETERNAE STATIONIS	CONCILIATOR:
Si castis	precibus	ueniales	inuigilamus,
His, pater,	oratis	placabilis	adstipulare.
Da, Christe,	specimen	cognoscier	inreprehensum, 5
Rex bone,	cultorum	famulantum	uiuificator,
Cum patre	maiestas	altissima	ingenerato.
Da trinum	columnen	paraclito	consociante,
Vt longum	celebris	deuotio	continuetur:
Ad temet	properant	uigilatum	conuenienter.
Nox lucem	reuehet	funalibus	anteferendam, 10
Nox lumen	pariens	credentibus	indubitatum,
Nox flammis	operum	meditatrix	sidereorum.
Tu mensis	dirimis	ieiunia	relligiosa,
Tu bona	promittens	surgentia	concelebraris:
Da, rector,	modicos	affarier	omnipotentem. 15

nobis

29 Nos in<sup>o</sup>trina T    30 terra P | coeli T    31 criste V  
 | apud] V | plauilis (<sup>ca</sup>u in b al.) V | adsere V assere P assere Z  
 Finiunt uersus pascales P Versus pascales finiunt TM Ausonii  
 peonii poetae disertissimi uersus paschales finiunt G

III INCIPIT ORATIO etc. V Ausonii non esse contendit Scatiger 2, 3. | ROPALICIS V cf. Anthol. lat Ries. 749 u. 1: illud quaternorum uersuum strophas habet, in nostro ternorum uersuum strophas praefixa ubique Γ nota indicat V    3 patter (e ex corr.?) V | plauilis V<sup>1</sup>    4 specimē V | cognoscier Heinsius cognoscere V | inrepreensum V    6 an neogene-  
 rato?    7 paraclito: i in y corr. V paracleto Vinetus    9  
 uigilatu: u ex ū? V | conuenientes Lugdun.    10 lu<sup>cem</sup> V  
 11 lumen V | induuitatum V<sup>1</sup>    13 relligiosa V    15 affarier Schenk

Fons	tuus	emundat	recreatu	iustificatos,	
Dans	mentem	oblitam	positorum	flagitiorum,	
Dans	agnos	niueos	splendescere	purificatos.	
Lux	uerbo	inducta,	peccantibus	auxiliatrix,	21
Vt	noua	Iordanis	ablutio	sanctifieauit,	19
Cum	sua	dignati	tinguentia	promeruerunt.	20
Et	Christus	regimen	elementis	inquietis	
Fert	undam	medici	baptismatis	intemerati,	
Vt	noxam	auferret	mortalibus	extenuatam.	
Crux	poenae	extremum	properata	immaculato,	25
Vt	uitam	amissam	renouaret	mortificatus,	
Tot	rerum	titulis	obnoxius	immodicarum.	28
Quis	digne	domino	praeconia	continuabit?	27
An	terra	humano	locupletat	commemoratu,	29
Quem	uocum	resonant	modulatus	angelicarum?	30
Dans	aulam	Stephano	pretiosam	dilapidato	
Dans	claves	superas	cathedrali	incohatori,	
Quin	Paulum	infestum	copulasti	adglomeratu.	
Fit	doctor	populi	lapidantum	constimulator,	
Vt	latro	confessor	paradisum	participauit,	
Sie	credo,	adnectens	dirissima	clarificandis.	35

16 Iustificatos *V* 18 nibeos *V<sup>1</sup>* | splēdescere *V* | uu. 19  
 et 20 post 21 transposui 21 inducto *Heinsius* 20 dignatum  
*V corr. Schenkl* 22 xristus (*at u. 4 xp̄e*) *V* | regimē/ *V*  
 23 babbismatis *V* | intemeratam *Heinsius* 25 properatast  
*Schenkl cum Heinsio* 26 amissam (*d eras.*) *V* 27 et 28  
 permataui 27 domino *Heinsius* dñe *V* | praeconio continuaui *V corr. Vinetus* 29 loc/upletat (*eras.*) *V* | commemoratu *Vinetus*, commemorari *V* 31 stefano *V* pretiose *V corr. Schenkl*  
 32. cathedralis *Schenkl* | incoatori *V* 33 qui *V* | copularis  
*V corr. Peiper* | adglomerat<sup>tu</sup> *V* 35 paradysum (*y ex i*) *V*  
 36 adnectēs *V* | durissima *V corr. Peiper* | clarificādis *V*

Nos	seros	famulos	ad crescere	perpetieris
Sub	tali	edoctos	antistite	relligionis;
Da	sensum	solida	stabilitum	credulitate.
Fac	iungar	numero	rediuiuo	glorificatus,
Ad	caelum	invitans	consortia	terrigenarum,
SPES	DEVS,	AETERNAE STATIONIS		CONCILIATOR!

III [318 319 Edyll. II] EPICEDION IN PATREM

Post deum semper patrem colui secundamque reuerentiam genitori meo debui. sequitur ergo hanc summi dei uenerationem epicedion patris mei. titulus a Graecis auctoribus, defunctorum honori dicatus, non ambitiosus, sed religiosus: quem commendo lectori 5 meo, siue is filius est seu pater siue utrumque. neque, ut laudet, exigo; set, ut amet, postulo. neque uero nunc patrem meum laudo, quod ille non eget et ego functum oblectatione uiuentium onerare non deboe. neque dico nisi quod agnoscant, qui parti aetatis eius 10 interfuerunt. falsum me autem morte [eius] obita dicere et uerum tacere eiusdem piaculi existimo. imagini ipsius hi uersus subscripti sunt neque minus in opusculorum meorum seriem relati. alia omnia mea displicant mihi; hoc relegisse amo. 15

Nomen ego Ausonius, non ultimus arte medendi  
Et, mea si nosses tempora, primus eram.  
Vicinas urbes colui patriaque domoque,  
Vasates patria, sed lare Burdigalam.

38 tali/ *V* | relligionis *V* 39 stanilitum *V<sup>1</sup>* 40 glorifdi-  
catus (f al. ss.) *V* 41 terriginarum *V<sup>1</sup>* 42 aeternae *V*

III INCIPIT EPHICEDION IN PATRE | PREFATIO IN PROSA *V* 1 *V*  
post *V* 4 grecis *V* 9 honerare *V* 11 eius *del. Schenkl* | obita  
(ta al. rescr., pr. m. euauuit) *V* 13 hi/ (i eras.) *V* 15 mici *V*

Incipit epicedion in patrem *λ* Incipit epicedion. Ausonius *VZ*  
(Ausonius *om. G*) in patrem de uita sua *TG* 1 infimus *T*  
2 nosces *G* quaeris *T* 4 uassates *Z* | *u. 6 ante u. 5 (sed pr.*

Curia me duplex et uterque senatus habebat 5  
Muneris exsortem, nomine participem.  
Non opulens nec egens, parcus sine sordibus egi:  
Victum, habitum, mores semper eadem habui.  
Sermone impromptus Latio, uerum Attica lingua  
Suffecit culti uocibus eloquii. 10  
Optuli opem cunctis poscentibus artis inemptae  
Officiumque meum cum pietate fuit.  
Iudicium de me studui praestare bonorum:  
Ipse mihi numquam, iudice me, placui.  
Officia in multos diuerso debita cultu 15  
Personis, meritis, tempore distribui.  
Litibus abstinui: non auxi, non minui rem;  
Indice me nullus, set neque teste, perit.  
Inuidi numquam; cupere atque ambire refugi;  
Iurare aut falsum dicere par habui. 20  
Factio me sibi non, non coniuratio iunxit:  
Sincero colui foedere amicitias.  
Felicem sciui non qui, quod uellet, haberet,  
Set qui per fatum non data non cuperet.  
Non occursator, non garrulus, obuia cernens, 25  
Valuis et uelo condita non adii.  
Famam, quae posset uitam lacerare bonorum,  
Non finxi et, ueram si scierim, tacui.  
Ira procul, spes uana procul, procul anxia cura  
Inque bonis hominum gaudia falsa procul. 30

---

*corr.) V 5 abebat V<sup>1</sup> 6 exortem TG | munere (del.) no-*  
*mine T 7 non locuples G | partus G | sine V | egi in ras. V*  
*9 impromptus V improntus T impromptus GL | actica T*  
*11 optuli] VG | inemptae G inēptae ut uid. V<sup>1</sup> inepta VTG*  
*13—16 om. Z 14 mici V | nūquam V 15 deuita V<sup>1</sup>*  
*18 Iudice T | set] V<sup>1</sup> | q ante neque eras. V | perit] fuit T*  
*19—26 om. Z 19 adque V<sup>1</sup> 20 abui V<sup>1</sup> 21 nōnon-*  
*cōiuratio (noncō al. in ras) V 23 nō V 24 set] V<sup>1</sup>*  
*25 Nōn V 26 ed V<sup>1</sup> 28 ueram siscierim V scieram*  
*Schenkl, uera si qua fuit Z 29—34 om. Z 29 u<sup>a</sup>na V*

Vitati coetus eiuratique tumultus  
Et semper fictae principum amicitiae.  
Deliquisse nihil numquam laudem esse putau  
Atque bonos mores legibus antetuli.  
Irasci promptus properauit condere motum 35  
Atque mihi poenas pro leuitate dedi.  
Coniugium per lustra nouem sine crimine concors  
Vnum habui: gnatos quattuor edidimus.  
Prima obiit lactans; at qui fuit ultimus aei,  
Pubertate rudi non rudis interiit. 40  
Maximus ad summum columen peruenit honorum,  
Praefectus Gallis et Libyae et Latio,  
Tranquillus, clemens, oculis, uoce, ore serenus,  
In genitore suo mente animoque puer.  
Huius ego et natum et generum pro consule uidi; 45  
Consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit.  
Matronale decus possedit filia, cuius  
Egregia et nuptae laus erat et uiduae.  
Quae nati generique et progeneri simul omnium  
Multiplici inlustres uidit honore domos. 50  
Ipse nec adfectans nec detrectator honorum  
Praefectus magni nuncupor Illyrici.  
Haec me fortunae larga indulgentia suasit  
Numine adorato uitiae obitum petere,  
Ne fortunatae spatium inuiolabile uitiae 55  
Fatali morsu stringeret ulla dies.

31 uitati/ *V* 33 nicil *V* 34 adque *V<sup>1</sup>* 35 et 36  
*om.* *V* 37 concors *V<sup>2</sup>* consors *V<sup>1</sup>Z* 38 abui *V* | quattuor  
edidimus *V* tris numero genui *Z* 39 et 40 *om.* *Z* 39 ad  
*V<sup>1</sup>* 41 columen *V<sub>1</sub>* (-mē *V*) culmen *TG* | culmen summum *T*  
42 libiae *V* lybiae *Z* 43 *om.* *Z* (*cum spatio unius uersus*  
*uacuo in TG*) | ore *om.* *V<sup>1</sup>* (*al. ss*) 44 puer *Piper*, pater *VZ*  
47 possidet *T* *sed pr. corr.* 48 Aegregia *V* 49 progeneri] pro  
gñē tris *T* progeneretri *λ* [omnium] om̄s *T* omnū *G* 50 inlustres]  
*V* | dom̄os (*del pr.*) *T* 51 detractator *λ* 52 hyllyci *Villirici T*  
53 Nec *T* | furtunae *V<sup>1</sup>* | suasit: sit *in ras.* *al.* *V* 54 obitum  
*V* habitum *Z* 55 inuiolabile *V* 56 fatili *V* *al. c.* | ad-

Optinui auditaeque preces: spem, uota, timorem  
Sopitus placido fine relinquo aliis.  
Inter maerentes, sed non ego maestus, amicos  
Dispositis iacui funeris arbitriis.  
Nonaginta annos baculo sine, corpore toto  
Exegi, cunctis integer officiis.  
Haec quicumque leges, non aspernabere fari:  
Talis uita tibi, qualia uota mihi.

PRECATIO CONSVLIS DESIGNATI PRIDIE KALENDAS  
IANVARIAS FASCIBVS SVMPTIS.

V [332 Edyll. viii]

IANE, VENI: NOVUS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.

Consulis Ansonii Latiam visure curulem.

Eequid ab Augusta nunc maiestate secundum  
Quod mireris, habes? Roma illa domusque Quirini  
Et toga purpurei rutilans praetexta senati  
Hoc apice aeternis signat sua tempora fastis. 5

〈IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.〉  
Anne, bonis coepte auspiciis, da uere salubri  
Apricas uentorum animas, da roscida Canero

morsu *TG* admorsus  $\lambda$  | tangeret  $\lambda$  57 optimui]  $\lambda$ , p ex b  
 uel b ex p *T* | timori *T* $\lambda$  58 So/pitus (*t eraso*) *V* | finem  
*V<sup>1</sup>* *T* (+ marg. *T*) 59 moerentes *G* $\lambda$  | nōn (*lincola post erasa*) *V*  
 moestus *Z* | amicus *V<sup>1</sup>* 60 tacui *V* 61 annis *T* | sine *V*  
 63 quicunque *Z* | aspernauere *V<sup>1</sup>* 64 uota *VT<sup>2</sup>* in marg.  
 nota *G* noua *T* (+ marg. *T*) noue  $\lambda$  | mici *V* FINIT EPICEDION  
 IN PATREM *V* Finit epycedion  $\lambda$

**V** V CONSOLIS V Ausonii consulis *Vinetus* | PRIDE ḵ iā V corr.  
*Lugdun.* (Ianuarii *Lugdun.*) | SVMTIS V | sunt septem strophae  
septenorum uersuum quibus praefigitur intercalaris, quem ter  
restitui omissum in V u. 9, 17, 25. | 1 nobus V | renobate V  
post u. 1 duo uersus exciderunt 3 Et quid V corr. Scaliger |  
nun V 4 abes V 6 capite V apice *Heinsius* 7 cepte V  
9 egelidum *Toll* 10 autumnas — pruinias V corr. *Peiper*;  
Borean. Septembribus horis mordeat autumna f. s. pruina  
*Heinsius*

Solstitia et gelidum Boream Septembribus horis.  
Mordeat autumnis frigus subtile pruinis 10  
Et tenuata moris casset mediocribus aestas.  
Sementem Notus umificet, sit bruma niualis,  
Dum pater antiqui renouatur Martius anni.

⟨IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.⟩  
Spiret odorato florum noua gratia Maio.

Iulius et segetes coquat et mare temperet Euris, 15  
Sirius ardenter non augeat igne Leonem,  
Discolor arboreos uariet Pomona sapores.  
Mitiget autumnus, quod maturauerit aestas,  
Et genialis hiems parta sibi dote fruatur.  
Pacem mundus agat nec turbida sidera regnent. 20

⟨IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.⟩ 25  
Nulla tuos, Gradiue, offendat stella penates,  
Quae non aequa tibi; non Cynthia, non celer Arcas  
Finitimus terris; non tu, Saturne, supremo  
Vltime circuitu. procul a Pyroente remotus  
Tranquillum properabis iter. uos comminus ite, 25 30  
Stella salutigeri Iouis et Cythereie Vesper:  
Nou umquam hospitibus facilis Cyllenius absit.

IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.  
Hostibus edomitis, qua Francia mixta Suebis  
Certat ad obsequium, Latiis ut militet armis, 30 35  
Qua uaga Sauromates sibi iuxerat agmina Chuni,  
Quaque Getes sociis Histrum adsultabat Alanis  
(Hoc mihi praepetibus uictoria nuntiat alis):

11 attenuata *Heinsius* | moris *Wakefield* modis *V*  
12 umificet *V<sup>1</sup>* | bruma (*ictu super a eraso*) *V* 13 renobatur *V* 14 noba *V<sup>1</sup>* 15 quoquat *V* 16 igne leonem: el pr. corr. ex es uel et uel em. non prorsus erasa quae post e erat littera *V* 19 hiemps *V<sup>1</sup>* 20 turuida *V* 22 chintia *V*  
23 Finitimi *Gronouius* | non] no *V* 25 properauis *V*  
26 chitereie *V* 27 Non// umquam (n eraso) *V* | adsit *V* ab- sit (uel Nec numquam ... adsit) *Peiper* 28 nobus *V* renobate *V* 31 iuxerat *V<sup>1</sup>* | cvnis *V* Chunni *Vinetus*, sua i. a. Chunis *Schenkl* Qua uaga Sauromatae s. i. a. Chunus *Toll*  
32 getis *V* corr. *Scaliger* 1, 7 33 mici *V<sup>1</sup>*

Iam uenit Augustus, uostros ut comat honores,  
Officio exornans, quos participare cupisset. 35 40

IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.  
Aurea uenturo, Sol, porrige gaudia Iano:  
Fascibus Ausonii succedet Caesar in annum,  
Quintam Romulei praetextam habiturus honoris.  
Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi 40 45  
Auribus hoc, Nemesis) post me dignatur oriri  
Augustus consul. plus quam conferre videtur  
Me sibi, qui iussit nostros praecedere fasces.

IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL. 44  
Tu tropicum solido da cedere, rursus et illum 46 50  
Terga dare, ut duplex tropico uarietur ab astro  
Et quater a ternis properet mutatio signis.  
Aestiuos in pelle dies brumamque morantem  
Noctibus adeeleret promissus Caesaris annus. 50  
Illum ego si cernam, tum terque quaterque beatus, 55  
Tunc ero bis consul, tunc tangam uertice caelum.

ITEM PRECATIO KAL. IANVARIIS.

1 [333]  
Edyll. viiiii]

Anne, bonis coepte auspiciis, felicia cernis  
Consulis Ausonii primordia: prome coruseum,  
Sol aeterne, caput solitoque inlustrior almo  
Lumine purpureum iubar exere lucis eoae.  
Anne, pater rerum, quas Iani mense bifrontis 5  
Voluis in hibernum glaciali fine Decembrem,

36 Iane (n eraso) V | nobus et renobate V 39 abiturus  
V<sup>1</sup> | onoris V<sup>1</sup> 44 nobus et renobate V 45 del. Peiper  
uid. VI (333) u. 8 46 Tu Lugdun. Vt V | solido da] soli  
da Scaliger 1, 7 | rursus Scaliger 1, 7 ruris V ueris Heinsius  
47 Tega V | tropicus Scaliger 1, 7 48 a] hac V<sup>1</sup> ac V<sup>2</sup>  
corr. Scaliger 1, 7 | mutua V<sup>1</sup> mutaa V<sup>2</sup> 49 Estibos V<sup>1</sup>  
52 promissus: i (y) ex s pr. corr. V 53 quater] qvētar V  
ee

54 uerticēlum V

V VI kl' V 1 cepte auspeciis flicia (litt e super f erasa) V  
3 alterne Heinsius 6 hibernum (pr. h ss.) V | december V

Alme, ueni et festum ueteri nouus adice Ianum. 7  
Coge secuturos bis sena per ostia menses; V 45  
Sollemnes peruade uias bissenaque mundo 8  
Curricula aequatis uarians per tempora signis  
Praecipitem aeterna perfer uertigine cursum, 10  
Sic prono raptate polo, contraria Phoebus  
Vt momenta ferat seruata parte dierum  
Et nouus hiberno reparet sua lumina pulsu.  
Menstrua ter decies redeunt dum cornua lunae,  
Exortus obitusque manu uoluente rotabis, 15  
Legitimum Phoebi cohibens per signa meatum.

---

*corr. Lugdun.* 7 alme *Peiper*, anne *V* | nobus *V* | *huc trans-*  
*posui* *V* (332) *u. 45* | secuturos; *rasura super cu V<sup>s</sup>* 8 sole-  
mnes *V<sup>1</sup>* 12 *ut*] et *V corr. Scaliger* 1, 7, nec *Heinsius* | ser-  
bata *V* 13 nobus *V* | iberno *V<sup>1</sup>* 15 uolente *V<sup>1</sup>* uobente  
*V<sup>2</sup>* 16 febi *V* | coibens *V<sup>1</sup>* | meatu *V corr. Lugdun.*

---

## III.

## P A R E N T A L I A.

s]

## PRAEFATIO IN PROSA.

Scio uersiculis meis euenire, ut fastidiose legantur: quippe sic meritum est eorum. sed quosdam solet commendare materia et aliquotiens fortasse lectorem solum lemma sollicitat tituli, ut festiuitate persuasus et ineptiam ferre contentus sit. hoc opusculum nec 5 materia amoenum est nec appellatione iucundum. habet maestam religionem, qua carorum meorum obitus tristi affectione commemoro. titulus libelli est Parentalia. antiquae appellationis hic dies et iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus: nec quidquam sanctius 10 habet reuerentia superstitum, quam ut amissos uenerabiliter recordetur.

## ITEM PRAEFATIO VERSIBUS ADNOTATA.

Nomina carorum iam condita funere iusto,  
 Fleta prius lacrimis, nunc memorabo modis,  
 Nuda, sine ornatu fandique carentia cultu:  
 Sufficit inferiis exequialis honos.

---

INCIPIT PARENTALIA FELICITER etc. *V* 1 legāntur (*n al.*) *V*  
 3 alicotieus (*c in q al.*) *V* 4 *marg.* ¶ *V* 8 affectione *V*  
*liuelli V<sup>1</sup>* 9 antiq<sup>s</sup>a (*a al.*) *V* 10 quicquam *V* 11 abet  
*V<sup>1</sup>* | reuerentia: a *ex ā?* *V* | uenerabiliter *V<sup>1</sup>*

VERSIBUS: si *ex cī V* uu. 1—4 post 5—8 transposuit  
*Brandes* 2 nūn<sup>c</sup> (*c al.*) *V*

Nenia, funereis satis officiosa querellis, 5  
Annua ne tacitis munera praetereas,  
Quae Numa cognatis sollemnia dedicat umbris,  
Vt gradus aut mortis postulat aut generis.  
Hoc satis est tumulis, satis est telluris egenis:  
Voce ciere animas funeris instar habet. 10  
Gaudent compositi cineres sua nomina dici:  
Frontibus hoc scriptis et monumenta iubent.  
Ille etiam, maesti cui defuit urna sepulcri,  
Nomine ter dicto paene sepultus erit.  
At tu, quicumque es, lector, qui fata meorum 15  
Dignaris maestis commemorare elegis,  
Inconcussa tuae percurras tempora uitiae  
Et praeter iustum funera nulla fleas.

[160]

I. IVLIVS AVSONIVS PATER.

Primus in his pater Ausonius, quem ponere primum,  
Etsi cunctetur filius, ordo iubet.  
Cura dei, placidae functus quod honore senectae  
Vndecies binas uixit Olympiadæ.  
Omnia, quae noluit, qui prospera uidit: eidem, 5  
Optavit quidquid, contigit, ut uoluit.  
Non quia fatorum nimia indulgentia, sed quod  
Tam moderata illi nota fuere uiro.  
Quem sua contendit septem sapientibus aetas,  
Quorum doctrinam moribus excoluit, 10  
Viueret ut potius, quam diceret, arte sophorum,  
Quamquam et facundo non rudis ingenio.

6 nec *V<sup>1</sup>* | tacitus *V corr.* *Peiper*, tacita *Brandes* 8 mortis]  
sortis uel meriti *Peiper* | postulat aut] p. ut *V* 9 hic *Brandes* |  
est — est *Peiper* et — et *V* | <sup>y</sup>timul is *V* 10 abet *V<sup>1</sup>*  
I (*numeri desunt V*) 2 cunctetur *V* 4 uinas *V<sup>1</sup>*  
olimpiadus *V* 5 <sup>s</sup> *V<sup>1</sup>* <sup>a</sup> <sup>s</sup> *V<sup>2</sup>* | prospera uidit] properauit *V<sup>1</sup>*  
et idem *V corr.* *Toll* 6 obtauit *V<sup>1</sup>* | quiequid *V<sup>2</sup>*

Praeditus et uitas hominum ratione medendi  
Porrigere et fatis amplificare moras.  
Inde et perfunctae manet haec reuerentia uitae, 15  
Aetas nostra illi quod dedit hunc titulum:  
Vt nullum Ausonius, quem sectaretur, habebat,  
Sic nullum, qui se nunc imitetur, habet.

161]

## II. AEMILIA AEONIA MATER.

Proxima tu, genetrix Aeonia, sanguine mixto  
Tarbellae matris patris et Haeduici.  
Morigerae uxoris uirtus cui contigit omnis,  
Fama pudicitiae lanificaeque manus  
Coniugiique fides et natos cura regendi 5  
Et grauitas comis laetaque serietas.  
Aeternum placidos manes complexa mariti,  
Viua torum quondam, functa foue tumulum.

162] III. AEMILIUS MAGNVS ARBORIVS AVVNCVLVS.

Culta mihi est pietas patre primum et matre uocatis,  
Dici set refugit tertius Arborius,  
Quem primum memorare nefas mihi patre secundo,  
Rursum non primum ponere paene nefas.  
Temperies adhibenda . . . . . 5  
Ante alias: quamquam patre secundus erit.  
Tu frater geneticis et unanimis genitori,  
Et mihi qui fueris, quod pater et genetrix:

13 medēdi V 15 perfunctae (e al.) V perfuncto *Bran-*  
*des* 16 titulum V 17 abebat V<sup>1</sup> 18 abet V<sup>1</sup>

II EMILIA V 2 aedueii (alt. i al. add.) V corr. *Pithocus*  
*Vinetus* 3 morigere V 8 torum (o ex a al.) V | eondam V  
ut quondam *Mertens* | fobe V foues *Heinsius*

III 1 mici V | et *Lugd.* tum V 2 dicere set (sed al.)  
rea fit V corr. *Peiper* 3 mici V 5 adibenda V post h. u.  
nullum lacunae indicium nisi uacua uersus pars V; igitur  
memorabere primus *suppl.* *Toll* 6 a patre s. eris *Toll* 7 ge-  
nitoris V corr. *Gronouius* 8 mici V

Qui me lactantem, puerum iuuenemque uirumque  
Artibus ornasti, quas didicisse iuuat. 10  
Te sibi Palladiae antetulit toga docta Tolosae,  
Te Narbonensis Gallia praeposuit,  
Ornasti cuius Latio sermone tribunal  
Et fora Hiberorum quaeque Nouem populis.  
Hiuc tenuis Europam fama crescente petito 15  
Constantinopolis rhetore te uiguit.  
Tu per mille modos, per miile oracula fandi  
Doctus, facundus, tu celer, atque memor.  
Tu, postquam primis placui tibi traditus annis,  
Dixisti nato me satis esse tibi. 20  
Me tibi, me patribus clarum decus esse professus  
Dictasti fatis uerba notanda meis.  
Ergo uale Elysiam sortitus, auuncule, sedem:  
Haec tibi de musis carmina libo tuis.

[163] III. CAECILIUS ARGICIVS ARBORIVS AVVS.

Officiosa pium ne desere, pagina, munus:  
Maternum post hos commemoremus auum  
Arborium, Haeduico ductum de stemmate nomen,  
Complexum multas nobilitate domus,  
Qua Lugdunensis prouincia quaque potentes 5  
Haedues, Alpino quaque Vienna iugo.  
Inuida set nimium generique opibusque superbis  
Aerumna incubuit; namque auus et genitor  
Proscripti, regnum cum Victorinus haberet  
Ductor et in Tetricos recidit imperium. 10

---

10 iubat *V<sup>1</sup>* 14 iberorum *V<sup>1</sup>* | nobem *V<sup>1</sup>* 15 petito *V*  
perito *Lugdun.* perita *Brandes* 16 retore *V<sup>1</sup>* (*t ex corr. al.*  
*V<sup>s</sup>*) 18 tu *Graeuius* *tū V* 22 uerua *V<sup>1</sup>* 23 ego *V<sup>1</sup>* |  
<sup>h</sup>elisiam (*h al.*) *V* | <sup>ō</sup>seritus *V* 24 demushis *V<sup>1</sup>*

III CECILIUS *V* | AGRICIVS *Salmasius* 5 potens *V<sup>1</sup>* 6  
haeduuae (*a al. del.*) *V* | apino *V<sup>1</sup>* 7 superuis *V<sup>1</sup>* 9 quam  
*V* | aberet *V<sup>1</sup>* 10 Ductor *Peiper* nictor *V*

Tum profugum in terris, per quas erumpit Aturus  
    Tarbellique furor perstrepit oceani,  
Grassantis dudum fortunae tela pauentem  
    Pauperis Aemiliae condicio implicuit.  
Mox tenuis multo quae sita pecunia nisu         15  
    Solamen fesso, non et opes tribuit.  
Tu caeli numeros et conscientia sidera fati  
    Callebas studium dissimulanter agens.  
Non ignota tibi nostrae quoque formula uitiae,  
    Signatis quam tu condideras tabulis,         20  
Prodita non umquam; sed matris cura retexit,  
    Sedula quam timidi cura tegebat aui.  
Tu nouies denos uitam cum duxeris annos,  
    Expertus Fortis tela cauenda deae,  
Amissum flesti per trina decennia natum         25  
    Saucius: hoc leto lumine cassus eras.  
Dicebas sed te solacia longa fouere,  
    Quod mea praecipuis fata maneret honos.  
Et modo conciliis animarum mixte priorum  
    Fata tui certe nota nepotis habes.         30  
Sentis, quod quaestor, quod te praefectus et idem  
    Consul honorifico munere commemoro.

V. AEMILIA CORINTHIA MAVRA AVIA.

Aemiliam nunc fare auiam, pia cura nepotis,  
    Coniunx praedicto quae fuit Arborio.  
Nomen huic ioculare datum: cute fusca quod olim

13 grassantes *V corr. Lugdun.* | pabentem *V*    14 emi-  
lie *V*    16 fesso *Lugdun.* ferro *V*    17 fatis *V corr. Lugdun.*  
19 igno/ta *V*    21 non: alt. u in ras. al. *V* | in atris *V*  
*corr. Pithoeus*    22 quod *Heinsius* quo *V* | aui *Lugdun.* ni *V*  
23 nobies *V* | uitiae *Axt* | quum *V*    24 deae] dae *V corr.*  
*Lugdun.*    25 flesti *Scaliger* 1, s fletu *V* | per *Peiper* post *V* |  
n/atum: n al. in ras. *V*    26 ocletno *V* hoc leto *Brandes* |  
cassus//: s in ras. al. (ex rus?) *V*    29 mixta *V corr. Vinetus* |  
piorum uel piarum *Vinetus*    30 abes *V*

Aequales inter Maura uocata fuit.  
Sed non atra animo, qui clarior esset olore      5  
Et non calcata qui niue candidior.  
Et non deliciis ignoscere prompta pudendis  
Ad perpendiculum seque suosque habuit.  
Haec me praereptum cunis et ab ubere matris  
Blanda sub austoris inbuit imperiis.      10  
Tranquillos auiae cineres praestate, quieti  
Aeternum manes, si pia uerba loquor.

[165] VI. AEMILIA HILARIA MATERTERA VIRGO DEVOTA.

Tuque gradu generis matertera, sed uice matris  
Adfectu nati commemoranda pio,  
Aemilia, in cunis Hilari cognomen adepta,  
Quod laeta et pueri comis ad effigiem:  
Reddebas uerum non dissimulanter ephebum,      5  
More uirum medicis artibus experiens.  
Feminei sexus odium tibi semper et inde  
Creuit deuotae uirginitatis amor.  
Quae tibi septenos nouies est culta per annos  
Quique aeuī finis, ipse pudicitiae.      10  
Haec, quia uti mater monitis et amore fouebas,  
Supremis reddo filius exequiis.

[166] VII. CL. CONTEMTVS ET IVLIVS CALLIPPIO PATRVI.

Et patruos, elegea, meos reminiscere cantu:  
Contemtum, tellus quem Rutupina tegit.

---

6 nibe *V*    7 promta *V*    8 abuit *V*    9 et me *Peiper*  
haemae *V* haec me *Lugdun.*    12 uerna locor *V*

VI *HILARIA V | DEVOTA (e al. in ras.) V | 2 affectu V*  
3 *ilari V | 5 epebum (h olim ss. post erasum) V | 8 de/uote*  
(*t uel s eras.*) *V | 9 quae Lugdun. qua V | nobi/es est (s eras.*  
*est ex corr. al., nobis esset V<sup>1</sup> t. Schenklio) V | 10 pudicie V<sup>1</sup>*  
11 *ut V corr. Lugdun. | fobebas V | 12 supremis V*

VII *cotētus V CONTENTVS Lugdun. | CALIPPIO V | 1 par-*  
*uos V corr. Lugdun. | cantus V corr. Lugdun. | 2 contentum*  
*V | ruptupinna V*

Magna cui et uariae quae sita pecunia sortis  
Heredis nullo nomine tuta perit.  
Raptus enim laetis et adhuc florentibus annis      5  
Trans mare et ignaris fratribus oppetiit.  
Iulius in longam produxit fata senectam,  
Adfectus damnis innumerabilibus.  
Qui comis blandusque et mensa commodus uncta  
Heredes solo nomine nos habuit.      10  
Ambo pii, uultu similes, ioca seria mixti,  
Aeui fortunam non habuere parem.  
Discreti quamquam tumulis et honore iacetis,  
Commune hoc uobis munus habete: uale.

[167] VIII. ATTVSIVS LVCANVS TALISIVS SOCER.

Qui proceres ueteremque uolet celebrare senatum  
Claraque ab exortu stemmata Burdigalae,  
Teque tuumque genus memoret, Lucane Talisi,  
Moribus ornasti qui ueteres proauos.  
Pulcher honore oris, tranquillo pectore comis,      5  
Facundo quamuis maior ab ingenio:  
Venatu et ruris cultu uictusque nitore  
Omne aeuum peragens, publica despiciens:  
Nosci inter primos cupiens, prior esse recusans,  
Ipse tuo uiuens segregus arbitrio.      10  
Optabas tu me generum florente iuuenta:  
Optare hoc tantum, non et habere datum.  
Vota probant superi meritisque fauentia sanctis  
Inplet fata, uiri quod uoluere boni.  
Et nunc perpetui sentis sub honore sepulcri,      15  
Quam reuerens natae quamque tui maneam.

4 eredis *V<sup>1</sup>* | tuta] cauta *Peiper*      5 aduc *V<sup>1</sup>*      8 affe-  
ctus *V* | innumerabilibus *V<sup>1</sup>*      10 Eredes *V*      12 <sup>h</sup>abu<sup>e</sup>re  
(al. h et e ss) *V*      13 onore *V<sup>1</sup>*      14 nobis (nb) uel nostrum  
(nm) *Peiper* uerni *V<sup>1</sup>* | abete *V*

VIII 5 pulcer *V*      6 quamuis (*olim* que eluis) *Peiper* ciuis *V*  
11 obtabas *V* | iubenta *V*      12 obtare *V* | abere *V*      13 fa-  
bentia *V*      16 referens *V* corr. *Lugdun.*

Caelebs namque gener haec nunc pia munera solvo:  
Nam et caelebs numquam desinam et esse gener.

[168]

VIII. ATTVSIA LVCANA SABINA VXOR.

Hactenus ut caros, ita iusto funere fletos  
Funeta piis cecinit nenia nostra modis.  
Nunc dolor atque crues nec contrectabile uulnus,  
Coniugis eruptae mors memoranda mihi. 5  
Nobilis a proavis et origine clara senatus,  
Moribus atque bonis clara Sabina magis.  
Te iuuenis primis luxi deceptor in annis  
Perque nouem caelebs te fleo Olympiadas.  
Nec licet obductum senio sopire dolorem:  
Semper crudescit nam mihi paene recens. 10  
Admittunt alii solacia temporis aegri:  
Haec grauiora facit uulnera longa dies.  
Torqueo deceptos ego uita caelibe canos  
Quoque magis solus, hoc mage maestus ago.  
Vulnus alit, quod muta domus silet et torus alget, 15  
Quod mala non cuiquam, non bona participo.  
Maereo, si coniunx alii bona; maereo contra,  
Si mala: ad exemplum tu mihi semper ades.  
Tu mihi erux ab utraque uenis: siue est mala, quod tu  
Dissimilis fueris; seu bona, quod similis. 20

---

18 nam del. *Peiper* | celeps *V* | desinam et *Heinsius* de-  
sinet *V*

VIII 2 cecinit: t ex a al.? *V* 3 adque crues *V* | con-  
trectauile *V* | uulnus *Peiper* fulmen *V* 4 mici *V* 5 clara  
*Lugdun.* cla *V* 6 moribus atque *Peiper* moribusque (b in  
b<sup>s</sup> al.) *V* moribus usque *Lugdun.* 7 iubenis *V* | luxu *V* corr.  
*Vinetus* | deceptor/ (q eraso?) *V* 8 nobem *V* | celeps *V* |  
olimpiadas *V* 10 mici *V* | pena *V* paene *Heinsius* 12 gra-  
biora *V* 13 canus *V* corr. *Lugdun.* 15 uolnus *V* 17  
merēc ontra (re al. in ras. unius r litt., o al. ss.) *V* 18 mici  
*V* 19 mici *V* | sibe *V* 20 gaudia: pr. a ex l incepito  
statim corr. *V*

Non ego opes cassas et inania gaudia plango,  
Sed iuuenis iuueni quod mihi rapta uiro.  
Laeta, pudica, grauis, genus inclita et inclita forma,  
Et dolor atque decus coniugis Ausonii.  
Quae modo septenos quater inpletura Decembres 25  
Liquisti natos, pignera nostra, duos.  
Illa fauore dei, sicut tua uota fuerunt,  
Florent, optatis adecumulata bonis.  
Et precor, ut uigeant tandemque superstite utroque  
Nuntiet hoc cineri nostra fauilla tuo. 30

169] X. AVSONIVS PARVVLVS FILIVS.

Non ego te infletum memori fraudabo querella,  
Primus, nate, meo nomine dicte puer:  
Murmura quem primis meditantem absoluere uerbis  
Indolis et plenae planximus obsequiis.  
Tu gremio in proaui funus commune locatus, 5  
Inuidiam tumuli ne paterere tui.

170] XI. PASTOR NEPOS EX FILIO.

Tu quoque maturos, puer immature, dolores  
Interrupisti luctus acerbus aui,  
Pastor care nepos, spes cuius certa fuit res,  
Hesperii patris tertia progenies.  
Nomen, quod casus dederat (quia fistula primum 5  
Pastorale melos concinuit genito),  
Sero intellectum uitiae breuis argumentum:  
Spiritus adflatis quod fugit e calamis.

21 mici V 22 grabis V 23 adque V 27 fabore V  
28 obtatis V | accumulata V

X PARVULVS V 1 fraudauo V 3 ueruis V 4 et] at  
uel ut Toll | pene V pleue *Lugdun.*, corr. Toll | obsequiis  
*Peiper* exequiis *ex* exequis *pr.* V

XI 2 Interrupisti *Peiper* inrumpis mesti V | aceruus V  
5 nomine V corr. *Peiper* 7 breuis V 8 afflatis V | quod]  
f. ceu | *deleto* post calamis *puncto*.

Occidis emissae percussus pondere testae,  
Abiecit tecto quam manus artificis. 10  
Non fuit artificis manus haec: manus illa cruenti  
Certa fuit fati suppositura reum.  
Heu, quae uota mihi, quae rumpis gaudia, Pastor!  
Illa meum petiit tegula missa caput.  
Dignior o, nostrae gemeres qui fata senectae 15  
Et quererere meas maestus ad exequias!

[171]

XII. IVLIA DRYADIA SOROR.

Si qua fuit uirtus, cuperet quam femina prudens  
Esse suam, soror hac Dryadia haud caruit.  
Quin etiam multas habuit, quas sexus habere  
Fortior optaret nobilitasque uirum.  
Docta satis nitamque colu famamque tueri, 5  
Docta bonos mores ipsa suosque docens.  
Et uerum uita cui carius unaque cura  
Nosse deum et fratrem diligere ante alios.  
Coniuge adhuc iuuenis caruit, sed seria nitans  
Moribus austeras aequiperauit anus 10  
Produxitque hilarem per sena decennia uitam,  
Inque domo ac tecto, quo pater, oppetiit.

---

10 quā: ⁊ al. ut uid. V 11 artificima manus hec est  
(s ss, ma del., hec in hēc, rasura post hec?, est expunxit al.  
m.) V 12 suppositura: s ni f. eras. super sup V 13 mici V  
16 adsequias V

XII DRIADIA V 1 cuperet: er ex rr V 2 driadia V |  
hand carnit Peiper non ruit (o in a al. alt. n del., ut prodiret  
driadiana, posteal al. m. na syll. del.) V emeruit Heinsius  
3 abuit V<sup>1</sup> | abere V<sup>1</sup> 4 obtaret V | nouilitas V<sup>1</sup> 5 coln  
V<sup>1</sup> 9 aduc V | iubenis V | nitans Peiper, uitam V 10  
equiperauit: rasura super e V 11 que hilarem Peiper celerem  
(b ut uid. eras. super e) V caelebs Heinsius celebem Baehrens  
12 hac V<sup>1</sup> | tecto V lecto Heinsius

172]

XIII. AVITIANVS FRATER.

Auitianum, Musa, germanum meum  
Dona querella funebri.  
Minor iste natu me, sed ingenio prior  
Artes paternas inbibit.  
Verum iuuentae flore laeto perfrui 5  
Aeuique supra puberis  
Exire metas uetuit infesta Atropos.  
Heu quem dolorem \* sociis!  
Heu quanta uitae decora, quem cultum spei,  
Germane, pubes deseris, 10  
Germane carnis lege et ortu sanguinis,  
Amore paene filius.

173]

XIII. VAL. LATINVS EVROMIVS GENER.

O generis clari decus, o mihi funus acerbum,  
Euromi, e iuuenum lecte cohorte gener,  
Occidis in primae raptus mihi flore iuuentae,  
Lactantis nati uix bene note pater.  
Tu procerum de stirpe satus, praegressus et ipsos, 5  
Vnde genus clarae nobilitatis erat,  
Ore decens, bonus ingenio, facundus et omni  
Dexteritate nigens praecipiuusque fide.  
Hoc praefecturae sedes, hoc Illyris ora  
Praeside te experta est, fiscus et ipse cliens. 10

---

XIII ABITIANUS *V* Metro iābico | Primus uersus | senarius | alter qui se | quitur qua | ternarius *ad. marg. V* 4 artis *V<sup>1</sup>* 7 infestatropos *V* 8. 9 Heu quanta uite (e *al.*) decora | quem cultum spei quem dolorem sociis *V*, heu *repetito uerba transposuit Gronouius:* sauciis *Scaliger 1, 8* 11 hortu *V<sup>1</sup>*

XIII VALLATINUS (*dist. Scaliger 1, 8*) EURONIUS *V* 1 mici *V* | aceruum *V<sup>1</sup>* 2 iubenum *V<sup>1</sup>* lecteque *V<sup>1</sup>* 3 mici *V* 6 nouilitatis *V<sup>1</sup>* 9 sedis *V<sup>1</sup>* | illir. <sup>is</sup> ec illis *pr. V* 10 cluens *V corr. Lugdun.*

Nil aeui breuitate tamen tibi laudis ademptum:  
Indole maturus, funere acerbus obis.

[174]

XV POMPONIVS MAXIMVS ADFINIS.

Et te germanum non sanguine, sed uice fratris,  
Maxime, defunctum nenia nostra canet.  
Coniunx namque meae tu consociate sorori  
Aeui fruge tui destituis uiduam.  
Non domus hoc tantum sensit tua: sensit acerbum 5  
Saucia pro casum curia Burdigalae  
Te primore uigens, te deficiente relabens  
Inque Valentimum te moriente cadens.  
Heu quare nato, qui fruge et flore nepotum  
Ereptus nobis, Maxime, non frueris? 10  
Set frueris, diuina habitat si portio manes  
Quaeque futura olim gaudia, nosse datur.  
Longior hic etiam laetorum fructus habetur  
Anticipasse diu, quae modo participas.

[175] XVI. VERIA LICERIA VXOR ARBORII SORORIS FILII.

Tu quoque siue nurus mihi nomine, uel uice natae,  
Veria, supremi carmen honoris habe.  
Cuius si probitas, si forma et fama fidesque  
Morigerae uxoris lanificalaque manus  
Nunc laudanda forent, procul et de manibus imis 5  
Accersenda uxor est proaui Eusebii.

11 aebi V | brebitate V<sup>1</sup> | ademtum V<sup>1</sup> 12 aceruuſ V<sup>1</sup>

XV POMP. V 2 defunctum *Brandes* deuinctum V | ca-  
nent V *corr. Vinetus* 5 aceruum V<sup>1</sup> 6 pro *Scaliger* 1, *s.*  
*per (p)* V 7 uigen<sup>s</sup> (*s. al. ss.*) V 9 qui] qui<sup>a</sup> (*al. a ss.*) V  
quid *Bachrens* quir *Heinsius* 11 set] V<sup>1</sup> | abitat V<sup>1</sup> 13  
abetur V<sup>1</sup>

XVI 1 siue *Pep̄er*, uel V | mici V | uel V seu *Pep̄er*  
2 onoris V<sup>1</sup> 3 prouitas V<sup>1</sup> 4 morigere exoris (re in re *al.*,  
v *nescio an pr. m. ss.*) V 6 uxor est V esset uox *Vinetus*  
(foret uox *Mommsen*)

Qui quoniam functo iam pridem conditus aeuo  
Transcripsit partes in mea uerba suas,  
Accipe funereas, neptis defleta, querellas,  
Coniunx Arborii commemoranda mei, 10  
Cui parua ingentis luctus solacia linquens  
Destituis natos, quo magis excrucias.  
At tibi dilecti ne desit cura mariti,  
Iuncta colis thalamo nunc monumenta tuo.  
Hic, ubi primus hymen, sedes ibi maesta sepulcri: 15  
Nupta magis dici quam tumulata potes.

[176] XVII. POMPONIVS MAXIMVS HERCVLANVS SORORIS  
FILIVS.

Nec germana genitum te  
Modulamine nenia tristi  
Tacitum sine honore relinquat:  
Super indole cuius adulti  
Magnae bona copia laudis. 5  
Verum memorare magis quam  
Functum laudare decebit.  
Decus hoc matrisque meumque  
In tempore puberis aei  
Vis perculit inuida fati.  
Eheu quem, Maxime, fructum,  
Facunde et musice et acer,  
Mentem bonus, ingenio ingens,  
Volucer pede, corpore pulcher,  
Lingua catus, ore canorus. 10  
15

7 functo (n al., erasa ni f. super u lineola) V 8 nerua V<sup>1</sup>  
11 parba V<sup>1</sup> | ingenitis V corr. *Lugdun.* 12 nato V corr.  
*Heinsius* 13 Hac V<sup>1</sup> at V<sup>2</sup> 14 talamo V 15 sedis V  
corr. *Lugdun.*

XVII POMP. MAX HERCVLANVS V 1 nec erculanum genitum  
germana mea V corr. *Pipper* 3 onore V<sup>1</sup> 9 pu<sup>b</sup>eris al. b  
ss. V 11 eheu] ehe *Scaliger* 1, 8 qae V<sup>1</sup> ee V<sup>2</sup> 12 Fa-  
cunde (F al. ex E) V 13 mente V corr. *Gronouius* 14 pul-  
cer V 15 catus *Scaliger* 1, 8 facetus V

Cape munera tristia patrum,  
Lacrimabilis orsa querellae,  
Quae funereo modulatu  
Tibi maestus avunculus offert.

[177] XVIII. FL. SANCTVS MARITVS PVDENTILLAE QVAE  
SOROR SABINAE MEAE.

Qui ioca laetitiamque colis, qui tristia damnas  
Nec metuis quemquam nec metuendus agis,  
Qui nullum insidiis captas nec lite laccessis,  
Sed iustum et clemens uitam agis et sapiens:  
Tranquillos manes supremaque mitia Sancti      5  
Ore pio et uerbis aduenerare bonis.  
Militiam nullo qui turbine sedulus egit,  
Praeside laetus quo Rutupinus ager,  
Octoginta annos cuius tranquilla senectus  
Nullo mutauit deteriore die.      10  
Ergo precare fauens, ut qualia tempora uitae,  
Talia et ad manes otia Sanctus agat.

[178] XVIII. NAMIA PVDENTILLA ADFINIS.

Tuque Pudentillam uerbis adfare supremis,  
Quae famae curam, quae probitatis habes.  
Nobilis haec, frugi, proba, laeta, pudica, decora,  
Coniugium Sancti iugiter haec habuit.

16 munus triste *Scaliger 1, 8* | patrum *Peiper* parentum *V*  
17 lacrimaulis *V<sup>1</sup>* | orsa *Scaliger 1, 8*      18 funereo ///  
modulatus ore (*ex* funere omod. *al.*) *V corr. Schenkl.* fune-  
reum modulatus *Scaliger 1, 8*      19 metus *V corr. Lugdun.* |  
auungulus *V*

XVIII PRUDENTILLE q<sup>s</sup> soror sabinemq<sup>e</sup> *V* q. (i. quondam)  
SORORIS *Mommsen* 2 quenquam *V*      4 iusta *V corr. Scaliger* |  
et sapiens *Scaliger 1, 8* et om. *V*      5 mittia *V corr. Scaliger*  
*1, 8*      6 prio *V corr. Lugdun.* | ueruis *V*      7 qui om. *V<sup>1</sup>*  
8 rumptupinus *V*      9 octuginta *V*      11 fabens *V*

XVIII 1 ueruis *V*      2 proutatis abes *V*      3 nouilis *V*  
4 abuit *V*

Inuiolata tuens castae praeconia uitae 5  
Rexit opes proprias otia agente uiro:  
Non ideo exprobrans aut fronte obducta marito,  
Quod gereret totam femina sola domum.  
Heu nimium iuuenis, sed laeta superstite nato  
Atque uiro, patiens fata suprema obiit: 10  
Vnanimis nostrae et quondam germana Sabinae  
Et mihi inoffenso nomine dicta soror.  
Nunc etiam manes placidos pia cura retractat  
Atque Pudentillam fantis honore colit.

XX. LVCANVS TALISIVS EORVM FILIVS.

Nec iam tu, matris spes unica, ephebe Talisi,  
Consobrine meus, immemoratus eris,  
Ereptus primis aei florentis in annis,  
Iam tamen et coniunx, iam properate pater.  
Festinasse putes fatum, ne funus acerbum 5  
Diceret hoc genitor tam cito factus auus.

XXI. ATTUSIA LVCANA TALISIA ET MINUCIVS  
REGVLVS ADFINES.

Notitia exilis nobis, Attusia, tecum,  
Cumque tuo plane coniuge nulla fuit.  
Verum tu nostrae soror es germana Sabinae,  
Adfinis quoque tu, Regule, nomen habes.

---

6 obes *V<sup>1</sup>* 8 generet *V corr.* *Lugdun.* 9 iubenis *V* |  
superstitite *V* 10 adque *V* 11 condam *V* 12 mici *V*  
13 retractet *V corr.* *Lugdun.* 14 adque *V* | onore *V*

XX eorum filius *Brandes* curā filii *V* 1 iam tu *Bolt*  
tātū *V* | ephoebe talis- *V corr.* *Lugdun.* 2 meus *Toll* meis  
*V* 3 primus *V corr.* *Lugdun.* 5 acerbus: us *ex* ū *V*  
6 duceret *Lugdun.* | factu *V corr.* *Lugdun.*

XXI *inscr. litt. minutis* *V* | *thalisia erminus<sup>cius</sup>* *V* et Mi-  
nucius *Heinsius* | adfinis *V corr.* *Pipper* 2 qumi *V* 4 tu-  
om. *V add.* *Lugdun.* | regule: r *ex s?* *V* | abes *V*

Sortitos igitur tam cara uocabula nobis 5  
Stringamus maesti carminis obsequio.  
Quamuis Santonica procul in tellure iacentes  
Peruenit ad manes exequialis honor.

[181] XXII. SEVERVS CENSOR IVLIANVS CONSOCER.

Desinite, o ueteres, Calpurnia nomina, Frugi  
Vt proprium hoc uestrae gentis habere decus.  
Nec solus semper censor Cato nec sibi solus 5  
Iustus Aristides his placeant titulis.  
Nam sapiens quicumque fuit uerumque fidemque  
Qui coluit, comitem se tibi, Censor, agat.  
Tu grauis et comis cum iustitiaque remissus,  
Austeris doctus iungere temperiem.  
Tu non adseito tibi me nec sanguine iuncto  
Optasti nostras consociare domos. 10  
Nempe aliqua in nobis morum simulacra tuorum  
Effigies nostri praebuit ingenii:  
Aut iam Fortunae sic se uertigo rotabat,  
Vt pondus fatis tam bona uota darent.  
Si quid apud manes sentis, fouet hoc tibi mentem, 15  
Quod fieri optaras, id uoluisse deum.

[182] XXIII. PAVLINVS ET DRYADIA, FILII PAVLINI ET  
MEGENTIRAE SORORIS FILIAE.

Qui nomen uultumque patris, Pauline, gerebas,  
Amissi specimen qui genitoris eras:

7 sanctonica V | iacētes (~ ex ~) V 8 exsequialis V  
XXII inscr. litt. minutis V | consocer] sic V 1 o ss. V  
2 abere V 4 aristidis V corr. *Lugdun.* 7 grabis V |  
comes (s al. ex r?) V corr. *Lugdun.* 9 sangvine (g litt. cauda  
in ras. al.) V | iungo V<sup>1</sup> 10 obtatis V corr. *Lugdun.* 11  
aliquā in V corr. *Lugdun.* 13 furtune V 15 quid *Lugdun.*  
qua V | fobet V 16 obtaras V | sequitur uersus uacuus V  
XXIII inscr. litt. minutis V | diadria fili V | filia V corr.  
*Sculiger* | post inscr. uersus uacuus V

Propter quem luctus miserae decedere matris  
Cooperat, offerret eum tua forma patrem,  
Redderet et mores et moribus adderet illud, 5  
Paulinus earuit quo pater, eloquium:  
Eriperi laetis et pubescentibus annis  
Crudaque adhuc matris pectora sollicitas.  
Flemus enim raptam thalami de sede sororem,  
Heu non maturo funere, Dryadiam. 10  
Flemus, ego in primis, qui matris auunculus, ac uos  
Natorum tamquam diligo progeniem.  
Illa manus inter genetrieis et oscula patris  
Oeeidit, Hispana tu regione proeul.  
Quam tener et primo noue flos decerperis aeuo, 15  
Nondum purpureas cinetus ephebe genas!  
Quattuor ediderat nunc functa puerpera partus,  
Funera set tumulis iam geminata dedit.  
Sit satis hoe, Pauline pater; diuisio facta est:  
Debetur matri cetera progenies. 20

[183]

XXIII. PAVLINVS SORORIS GENER.

Qui laetum ingenium, mores qui diligit aequos  
Quique fidem sancta eum pietate colit,

XXIII 19 CIG 6791 (Kaibel 675) epigramma Burdigalae  
repertum:

*Ιείψαντα Λονκίλλης διδυματόνον ἐνθάδε κεῖτε,  
ἥσ μεμέρισται βρέφη. ξωὸν πατρού, θάτερον αὐτῆ.*  
cf. Anth. Pal. VII 464 (*Αντιπάτρον*) et 465 (*Ηρακλείτον*).

3 decedere al. coacua m. ss. V 4 ceperat V | offert (t  
del., ret coacua m. ss.) V 5 illud V<sup>2</sup> illum V<sup>1</sup> 6 ea/ruit V  
8 aduc V<sup>1</sup> 9 talami V 10 HEu: H uersi præfix. V  
driadiam V 11 auunenlys (v al. ss) V | /anos ex aeuos V  
14 hispana (h pr. ss.) V | tu V<sup>1</sup> Heinsius, tū V<sup>2</sup> 16 nobe  
V<sup>1</sup> | decerpseris V 16 purpnreas: alt. p ex r al. V | cinetn<sup>s</sup>  
(s al.) V | ephebe V 17 ediderat V | tunc Heinsius | functa  
Peiper facta V 20 deuetur V<sup>1</sup>

XXIII post inscr. uersus uacuus V 1 diliget V 2 san-  
ctam V<sup>1</sup>

Paulini manes mecum ueneratus amicis  
Inroret lacrimis annua liba ferens.  
Aequaeuus, Pauline, mihi natamque sororis 5  
Indeptus thalamo: sic mihi paene gener.  
Stirpis Aquitanae mater tibi: nam genitori  
Cossio Vasatum, municipale genus.  
Scrinia praefecti meritus, rationibus inde  
Praepositus Libycis praemia opima capis. 10  
Nam correcturae tibi Tarraco Hibera tribunal  
Praebuit, adfectans esse clienta tibi.  
Tu soicum pro matre colens adfinis haberi  
Non poteras, nati cum fruerere loco.  
Inter concordes uixisti fidus amicos, 15  
Duodeuiginti functus Olympiadas.

184] XXV. AEMILIA DRYADIA MATERTERA.

Te quoque Dryadiam materteram  
Flebilibus modulis  
Germana genitus, prope filius,  
Ore pio ueneror.  
Quam thalamo taedisque iugalibus 5  
Inuida mors rapuit;  
Mutauitque torum feretri uice  
Exequialis honor.  
Discebas in me, matertera  
Mater uti fieres. 10  
Vnde modo hoc maestum tibi defero  
Filius officium.

3 amicus *V<sup>1</sup>* 5 equaebus *V* | mici *V* 6 adeptus *V*  
*corr. Sealiger 1, 8* | talamo *V* | mici *V* 8 cossio<sup>o</sup> (*o al. ss.*) *V*  
10 liuycis *ex linieis pr. V* 11 ibera *V<sup>1</sup>* 13 aberi *V<sup>1</sup>*  
14 fruere *V<sup>1</sup>* 16 funtus *V<sup>1</sup>* | olimpiadas *V*  
XXV *ante et post inscr. uersus uacuus V | inscr. litt. minutis emilia driadia ///// matertera V* 1 Tu *V corr. Lugdun.*  
driadiam *V* 2 fleuilibus *V* 5 talamo *V* 7 mutabit *V*

[185]

XXVI. IVLIA CATAPHRONIA AMITA.

Quin et funereis amitam impertire querellis,  
Musa, Cataphroniam.  
Innuba deuotae quae uirginitatis amorem  
Parcaque anus coluit:  
Et mihi, quod potuit, quamuis de paupere summa, 5  
Mater uti, adtribuit.  
Ergo commemorata haue maestumque uocata  
Pro genetrice uale.

[186]

XXVII. IVLIA VENERIA AMITA.

Et amita Veneria properiter obiit:  
Cui breuia melea modifica recino:  
Cinis ut placidulus ab opere uigeat,  
Celeripes adeat loca tacita Erebi.

[187]

XXVIII. IVLIA IDALIA CONSOBRINA.

Parua etiam fuit Idalia,  
Nomine praedita quae Paphiae  
Et speciem meruit Veneris.  
Quae genita est mihi paene soror:  
Filia nam fuit haec amitae. 5  
Quam celebrat sub honore pio  
Nenia carmine funereo.

[188]

XXVIII. AEMILIA MELANIA SOROR.

Aemilia et, uix nota mihi soror, accipe questus,  
Debent quos cimeri maesta elegea tuo.

---

XXVI CATAFRONIA *V* 2 catafroniam *V* 5 miei *V* |  
quamuis *V* 7 abe *V* ue *Lugdun.* haue *Rachse*

XXVII 1 beneria *V* 2 melea *LMueller* mela *V* 3 ab opere  
*Peiper* opta *V* 4 celeripes et adeat loca tacita erebi (ereui *V<sup>1</sup>*) *V*  
et del. *Peiper*, loca tacita celeripes adeat Erebi *Scaliger* 1, 8

XXVIII CONSOBRINA *V* 4 miei *V* 3 specie *Brandes*

XXVIII EMILIA *V* 1 Emilia mix *V* et uix *Hartel* o uix  
*Peiper* 2 elegaea *V<sup>1</sup>*

Coniunxit nostras aequaeua infantia cunas,

Vno quamuis tu consule maior eras.

Inuida set nimium Lachesis properata peregit 5

Tempora et ad manes funera acerba dedit.

Praemissa ergo uale manesque uerere parentum,

Qui maiore aeuo quique minore uenit.

[189] XXX. POMPONIA VRBICA CONSOCRVS VXOR IVLIANI  
CENSORIS.

Vt generis clari, ueterum sic femina morum,

Vrbica, Censoris nobilitata toro;

Ingenitis pollens uirtutibus auctaque et illis,

Quas docuit coniunx, quas pater et genetrix:

Quas habuit Tanaquil, quas Pythagorea Theano 5

Quaeque sine exemplo in nece functa uiri.

Et tibi si fatum sic permutare dedisset,

Viueret hoc nostro tempore Censor adhuc.

Set neque tu uiduo longum cruciata sub aeuo

Protinus optato fine secuta uirum. 10

Annua nunc maestis ferimus tibi iusta querellis

Cum genero et natis consocer Ausonius.

---

5 lacesis *V* 6 acerua *V* 8 quinque *V corr.* *Lugdun.*

XXX POMPONIA *V* 3 ingenitis *V* 4 colux: col in ras.  
pr. *V* 5 abuit *V<sup>1</sup>* | phithagorea (ph ex pb al.) *V* 6 exemplo  
est *Lugdun.* | in nece] in vice *Heinsius* 7 si om. *V add.*  
*Lugdun.* 8 adue *V<sup>1</sup>* 9 biduo *V* 10 obtato *V* | seq<sup>y</sup>uta *V*  
11 tiui *V* F finiunt parentela *antiq.* *m. add.* *V*

---

## V

## COMMEMORATIO

PROFESSORVM

BVRDIGALENSIVM.

[190]

## PRAEFATIO.

Vos etiam, quos nulla mihi cognatio iunxit,  
 Set fama et carae religio patriae,  
 Et studium in libris et sedula cura docendi,  
 Commemorabo uiros morte obita celebres.  
 Fors erit, ut nostros manes sic adserat olim,  
 Exemplo cupiet qui pius esse meo. 5

[191]

## I. TIBERIVS VICTOR MINERVIVS ORATOR.

Primus Burdigalae columen dicere, Minerui,  
 Alter rhetoricae Quintiliane togae.  
 Inlustres quondam quo praeceptore fuerunt  
 Constantinopolis, Roma, dehinc patria,  
 Non equidem certans cum maiestate duarum,  
 Solo set potior nomine, quod patria. 5

---

**V**      *inscr. incipit praefig.* **V**      1 *mici* **V**      2 *religio* **V**  
 4 *commemorauo* **V<sup>1</sup>**      6 *explo* (*al. corr.*) **V**  
 1 (*numeri om.* **V**) *MINERIBIVS* **V**      2 *rethorice* **V**

Adserat usque licet Fabium Calagurris alumnum,  
Non sit Burdigalae dum cathedra inferior.  
Mille foro dedit hic iuuenes; bis mille senatus  
Adiecit numero purpureisque togis; 10  
Me quoque: set quoniam multa est praetexta, silebo  
Teque canam de te, non ab honore meo.  
Siue panegyricis placeat contendere libris,  
In Panathenaicis tu numerandus eris;  
Seu libeat fictas ludorum euoluere lites, 15  
Ancipitem palmam Quintilianus habet.  
Dicendi torrens tibi copia, quae tamen aurum,  
Non etiam luteam uolueret inluuiem.  
Et Demosthenicum, quod ter primum ille uocauit,  
In te sic uiguit, cedat ut ipse tibi. 20  
Anne et diuini bona naturalia doni  
Adiciam, memori quam fueris animo,  
Audita ut uel lecta semel ceu fixa teneres,  
Auribus et libris esset ut una fides?  
Vidimus et quondam tabulae certamine longo 25  
Omnes, qui fuerant, te numerasse bolos,  
Alternis uicibus quot praecipitante rotatu  
Fundunt excisi per caua buxa gradus:  
Narrantem fido per singula puncta recursu,  
Quae data, per longas quae reuocata moras. 30  
Nullo felle tibi mens liuida, tum sale multo  
Lingua dicax blandis et sine lite iocis.  
Mensa nitens, quam non censoria regula culpet  
Nec nolit Frugi Piso uocare suam:  
Nonnumquam pollens natalibus et dape festa, 35  
Non tamen angustas ut tenuaret opes.

7 fauium *V<sup>1</sup>* 9 iubenes uis *V* 11 sileuo *V* 13  
panegiricos p. c. libros *V corr.* *Toll* 14 liueat *V<sup>1</sup>* | euolbere  
*V* 15 ancipite (z al?) *V* | auet *V<sup>1</sup>* habet *V<sup>2</sup>* 19 ter  
*Lugdun.* te *V* 20 caedat *V* 23 ut *Lugdun.* aut *V*  
26 te numerasse *Baehrens* enumerasse *V* te enumerasse *Brandes*  
27 quot *Baehrens* quos *Lugdun.* quo *V* | praecipitate (a ex  
e) *V* 33 culpat *V corr.* *Scaliger* 36 agustas *corr.* *Lugdun.*

Quamquam heredis egens, bis sex quinquennia functus,  
Fletus es a nobis ut pater et iuuenis.  
Et nunc, siue aliquid post fata extrema superfit,  
Viuis adhuc aeui, quod perit, meminens: 40  
Siue nihil superest nec habent longa otia sensus,  
Tu tibi uixisti: nos tua fama iuuat.

[192] II. LATINVS ALCIMVS ALETHIVS RHETOR.

Nec me nepotes impii silentii  
Reum ciebunt, Alcime,  
Minusque dignum, non et oblitum ferent  
Tuae ministrum memoriae,  
Opponit unum quem uiris prioribus 5  
Aetas recentis temporis.  
Palmae forensis et camenarum decus,  
Exemplar unum in litteris,  
Quas aut Athenis docta coluit Graecia,  
Aut Roma per Latium colit. 10  
Moresne fabor et tenorem regulae  
Ad usque uitiae terminum?  
Quod laude clarus, quod operatus litteris  
Omnem refugisti ambitum?  
Te nemo grauior uel fuit comis magis 15  
Aut liberalis indigis,  
Danda salute, si forum res posceret;  
Studio docendi, si scholam.  
Viuent per omnem posterorum memoriam,  
Quos tu sacrae famae dabas 20

37 tamquam *V* corr. *Toll* | eredis *V<sup>1</sup>* 38 nobis (b ex u  
pr.) *V* 42 iubat *V*

II ALCINV<sup>S</sup> (corr. *Lugdun.*) et RETHOR *V* | Γ metro iambico  
al. marg. *V* 4 ministrū (~ pro :) *V* 6 rec/entis (c ex t?)

*V* 9 at<sup>hen</sup>is *V* 11 fauor *V* marg. *V* (i. NOTA) 13

operatus *Sebis.* paratus *V* 16 liueralis *V* 18 si: i al. *V*

20 sacratae famae das *V* corr. *Goropius*, sacrasti litteris  
*Schenkl*

Et Iulianum tu magis famae dabis  
Quam sceptra, quae tenuit breui.  
Sallustio plus conferent libri tui,  
Quam consulatus addidit.  
Morum tuorum, decoris et facundiae 25  
Formam dedisti filiis.  
Ignosce nostri laesus obsequio stili:  
Amoris hoc crimen tui est,  
Quod digna nequiens promerè officium colo,  
Iniuriose sedulus. 30  
Quiesce placidus et caduci corporis  
Damnum repende gloria.

[193]

### III. LVCIOLVS RHETOR.

Rhetora Luciolum, condiscipulum atque magistrum  
Collegamque dehinc, nenia maesta refer,  
Facundum doctumque uirum, seu lege metrorum  
Condita seu prosis solueret orsa modis.  
Eripuit patri Lachesis quem funere acerbo 5  
Linquentem natos sexu in utroque duos:  
Nequaquam meritis cuius responderit heres  
Obscurus, quamuis nunc tua fama iuuet.  
Mitis amice, bonus frater, fidissime coniunx,  
Nate pius, genitor: paenitet, ut fueris. 10  
Comis coniuuiis, numquam in clamare clientes,  
Ad famulos numquam tristia uerba loqui.  
Vt placidos mores, tranquillos sic cole manes  
Et cape ab Ausonio munus: amice, uale.

---

22 braeui *V*    23 salustio *V*    30 sedulis *V corr. Lugdun.*    31 corporis

III RETOR *V* | 1 retora *V* | cum discipulo *V corr. Vinetus*  
| adque *V* | 2 refert *V corr. Lugdun.* | 4 prorsis *Pulmann*  
solueredorsa *V* | modis: s rescr. al. *V* | 5 lacesis *V* | aceruo *V*  
6 sexu in *Pulmann*, sexui *V* | 7 heres *V* | obscuros *V corr. Peiper*

9 mittis *V* | coniux *V* | 10 poenitet *V* | 11 cōuiuis *V* | marg. *S* | *V*

194]

III. ATTIVS PATERA [PATER] RHETOR.

Aetate quamquam uiceris dictos prius,  
Patera, fandi nobilis:  
Tamen, quod aevo floruisti proximo  
Iuuenisque te uidi senem,  
Honore maestae non carebis neniae, 5  
Doctor potentum rhetorum.  
Tu Baiocassi stirpe Druidarum satus,  
Si fama non fallit fidem,  
Beleni sacratum ducis e templo genus,  
Et inde uobis nomina: 10  
Tibi Paterae: sic ministros nuncupant  
Apollinares mystici.  
Fratri patrique nomen a Phoebo datum  
Natoque de Delphis tuo.  
Doctrina nulli tanta in illo tempore 15  
Cursusque tot fandi et rotae:  
Memor, disertus, lucida facundia,  
Canore, cultu praeditus,  
Salibus modestus felle nullo perlitis,  
Vini cibique abstemius, 20  
Laetus, pudicus, pulcher, in senio quoque  
Aquilae ut senectus aut equi.

III PATER V del. *Vinetus* | RETHOR V | metro iambico  
maior senario minor quaternario *al. marg.* V 1 doctos V  
*corr. Vinetus* 5 maeste: e *add. al.* V 6 rhetorum V  
7 bagocassi *V corr. Pithoens* Baiocassis *Vinetus* 8 famā V  
11 sic *Lugdun.* si V 12 apollinaris *V corr. Heinsius* |  
mystici V 13 fatri *V corr. Lugdun.* 14 quae V 16  
cursusque rotandi et rota *V corr. Scaliger* 1, 9 17 disertis  
(*v. al.*) V 18 carere *V corr. Scaliger* 1, 9 | cultū V corr.  
*Lugdun.* 19 salib⁹<sup>us</sup> (*us al.*) V 21 quoque ut (*ut al. add.*)  
V 22 /, ðquile (*ut eras., ð al. ex a.*) V corr. *LMueller.*

[195]

## V. ATTIVS TIRO DELPHIDIVS RHETOR.

Facunde, docte, lingua et ingenio celer,  
 Iocis amoene, Delphidi,  
 Subtextus esto flebili threno patris,  
 Laudi ut subibas aemulus.

Tu paene ab ipsis orsus incunabulis 5

Dei poeta nobilis,  
 Sertum coronae preeferens Olympiae,  
 Puer celebrasti Iouem.

Mox inde cursim more torrentis freti

Epos ligasti metricum, 10

Vt nullus aequa lege liber carminum  
 Orationem texeret.

Celebrata uarie cuius eloquentia

Domi forisque claruit:

Seu tu cohortis praesulem praetoriae 15

Prouinciarum aut iudices

Coleres, tuendis additus clientibus

Famae et salutis sauciis.

Felix, quietis si maneres litteris

Opus Camenarum colens

Nec odia magnis concitata litibus

Armaret ulti impetus

Nec inquieto temporis tyrannici

Palatio te adtolleret.

Dum spem remotam semper arcessis tibi,

Fastidiosus obuiae,

V ATTICVS (corr. *Vinetus*) et DELPHIDIVS RETHOR V | metro ut supra al. V 1 facūnde (n al.) V | lingue ingenio (ē ex e al.) corr. *Pithoeus* 2 delfidi V 3 fleuili *V<sup>1</sup>* | treno V 4 aemulus (e al. ref.) V 7 olimpiae V 8 iobem *V<sup>1</sup>* 9 cursimore V corr. *Lugdun.* | freti: n uel m potius quam t V 10 legasti V corr. *Pithoeus* 11 aeq<sup>s</sup> *V<sup>1</sup>* aequa *V<sup>2</sup>* 12 oratione V corr. *Sculiger* 1, 10 13 barie *V<sup>1</sup>* 17 coleris V corr. *Scaliger* 1, 10 | cluentis V corr. *Pulmann*, *Scaliger* 1, 10 18 fama V corr. *Lugdun.* 19 quietus *Hcinsius* 23 ti- rannici V 25 tiui *V<sup>1</sup>* 26 obuiae: ui in ras. V

Tuumque mauis esse quam fati bonum,  
 Desiderasti plurima,  
 Vagus per omnes dignitatum formulas  
 Meritusque plura quam gerens. 30  
 Vnde insecuto criminum motu graui  
 Donatus aerumnis patris,  
 Mox inde rhetor, nec docendi pertinax,  
 Curam feffellisti patrum,  
 Minus malorum munere expertus dei,  
 Medio quod aeui raptus es,  
 Errore quod non deuiantis filiae  
 Poenaque laesus coniugis.

## [196] VI. ALETHIO MINERVIO FILIO RHETORI.

O flos iuuenum	1	Tempore, quo te	30
Spes laeta patris		Discere adulturn	
Nec certa tuae	10	Non turpe foret,	
Data res patriae,		Praetextate,	
5 Rhetor Alethi:	5	Iam genitori	
Tu primaeuis	28	Conlatus eras	35
Doctor in annis,		Postque Paterae	13

31 motu *V*    33 retor *V*    35 munera *V* corr. *Scaliger*  
 1, 10    37 filii *V* corr. *Scaliger* 1, 10    38 poene *V* corr.  
*Scaliger* 1, 10.

VI metrum adōnium hyppo[n]aicum ex tremicum | spō.  
 ana[p]. dāc. | colōp. al. marg. *V*; totum carmen in *V* sic exaratum est  
 f. 10<sup>u</sup> col. 1 infer. et col. 2 super. (numeros adiecit m. s. XVI):

col. 1 a	ALETHIO MINERVIO FILIO RETHORI	col. 1 b
O flos iuuenum	Tu primeuis	28
Spes leta patris	Doctor in annis	
Ne certa tua	Tempore quo te	
Data res patriae	Discere adulturn	
5 Rhetor alethi	Non turpe foret	
Maior utroquae	Praetextate	
7 Tu burdigalae	Iam genitori	
		34

3 ne *V* nec *Lugdun.* | tuae *Lugdun.*

15 Et praeceptor.	14	Et rhetoramicam	41
Ille superbae	36	Floris adulti	
Moenia Romae		Fruge carentem,	
Fama et meritis		35 Et conubium	
Inclitus auxit:	39	Nobile saceris	45
20 Maior utroque	6	Sine pace patris,	
Tu Burdigalae		Et diuitias	
Laetus patriae		Vtriusque sine	
Clara cohortis		40 Herede domus.	49
Vexilla regens,	10	Solstitialis	23
25 Cuncta habuisti		Velut herba solet	
Commoda fati,	12	Ostentatus	25
Non sine morsu	27	Raptusque simul,	26
Grauis inuidiae:	40	45 Pubere in aevo	15
Omnia praecox	20	Deseruisti	
30 Fortuna tibi		Vota tuorum,	
Dedit et rapuit:		Non mansuris	
8 Laetus patriae		Conlatus eras	35
Clara cohortis		Ille superue	
Vixilla regens		Moenia romae	
11 Cuncta abuisti		Fama et meritis	38
<i>col. 2a</i>			
12 Commoda fati		Inclitus auxit	39
Postque petera		Grauis inuidiae	40
Et preceptor		Et retoricam	
15 Puluere in aevo		Floris adulti	
Deseruisti		Fruge carentem	
Vota tuorum		Et conubio	
Non mansuris		Nobilis oceris	
Ornate bonis		Sine pace patris	45
20 Omnia precox		Et diuitias	
Fortuna tibi		Vtriusque domus	
Dedit et rapuit		Sine herede tuo	
Solstitialis		Quam fatiloque	
24 Velut herba solet		Dicte profatu	50
			51

10 vexilla *Lugdun.* 13 petera] Pateram *Toll* Paterae  
*Scaliger* 1, 11 15 Pubere *Lugdun.* 44 conubium *Scaliger*  
 1, 11 45 nobile *Pulmann*, saceris *Lugdun.* | saceri *Pulmann*  
 48 utriusque sine | herede suo *Scaliger* 1, 11

Ornate bonis.	19	Versus Horati:
50 Quam fatiloquo	50	„Nil est ab omni
Dicte profatu		Parte beatum.“ 54

[197] VII. LEONTIVS GRAMMATICVS COGNOMENTO LASCIVVS.

Qui colis laetos hilarosque mores,  
 Qui dies festos, ioca, uota, ludum,  
 Annum functi memora Leonti  
 Nomine threnum.

Iste, Lascivius patiens uocari,  
 Nomen indignum probitate uitiae  
 Abnuit numquam, quia gratum ad aures  
 Esset amicas.

Litteris tantum titulum adsecutus,  
 Quantus exili satis est cathedrae,  
 Posset insertus numero ut videri  
 Grammaticorum.

VI 53 Horat. c. II 16, 27 sq. Nihil est — beatum.

VII cf. lapis ad Lupiacum inuentus (de eo RDezeimeris in Compte rendu des séances de l'Acad. de Bordeaux 1868—69) qui hunc in modum uidetur restituendus:

υ υ - υ υ - υ LEONTI  
 υ υ - υ υ displicuere  
 venienti in corporis usum ∵.  
 hominum diuumque υ cundae ∵.  
 septena proleta nocte ∵.  
 te - ω - ω untum ∵.  
 lascium - ω - -

25 Ostentatus	52 Versus orati
Raptusque simul	Nil est ab omni
27 Non sine morsu	54 Parte beatum

52 Horati Scaliger 1, 11 53 ab del. LMueller

VII LASCIVVS] BEATVS V corr. Graeuius | Γ metro saffico  
 al. marg. V 3 annum V corr. Lugdun. 4 threnum V  
 5 Site (i al.) V | lasciib V 6 prouitate V

Tu meae semper socius iuuentae,  
Pluribus quamuis cumulatus annis,  
Nunc quoque in nostris recales medullis, 15  
Blaude Leonti!

Et iuuat tristi celebrare cura  
Flebilem cantum memoris querellae:  
Munus ingratum tibi debitumque  
Carmine nostro. 20

[198] VIII. GRAMMATICIS GRAECIS BVRDIGALENSIBVS.

Romulum post hos prius an Corinthi,  
Anne Sperchei pariterque nati  
Atticas musas memorem Menesthei  
Grammaticorum?

Sedulum cunctis studium docendi, 5  
Fructus exilis tenuisque sermo:  
Set, quia nostro docuere in aevo,  
Commemorandi.

Tertius horum mihi non magister,  
Ceteri primis docuere in annis,  
Ne forem uocum rudis aut loquendi  
Sic sine cultu:

Obstitit nostraræ quia, credo, mentis  
Tardior sensus neque disciplinis  
Adpulit Graecis puerilis aeui 15  
Noxius error.

Vos leuis caespes tegat et sepulcri  
Tecta defendant cineres opertos  
Ac meae uocis titulus supremum  
Reddat honorem. 20

---

13 maeē V | iubente V      14 cumulatis V corr. *Lugdun.*  
16 et 17 uno in uersu V      17 iubat V      18 fleuilem V<sup>1</sup>  
19 deuitum V<sup>1</sup> | quae V

VIII GRAMATICIS GRECIS BVRDIGALANSIBVS V | metro saffico al. V  
6 exillis V<sup>1</sup>    12 sic *Peiper* set V    14 nequae V    15 appulit V  
| puaerilis V<sup>1</sup>    17 sepulchri V    19 at *Toll* | supremum V

[199] VIII. IVCVNDO GRAMMATICO BVRDIGALENSI  
FRATRI LEONTI.

Et te, quem cathedram temere usurpasse locuntur  
Nomen grammatici nec meruisse putant,  
Voce ciebo tamen, simplex, bone, amice, sodalis,  
Iucunde, hoc ipso care magis studio,  
Quod, quamuis impar, nomen tam nobile amasti: 5  
Es meritos inter commemorande uiros.

X. GRAMMATICIS LATINIS BVRDIGALENSIBVS PHILOLOGIS ANASTASIO GRAMMATICO PICTAVIORVM

[200]

Nunc ut quemque mihi		
Flebilis officii		
Relligiosus honor		
Suggeret, expediam,		
5 Qui, quamuis humili		5
Stirpe, loco ac merito,		
Ingeniis hominum		
Burdigalae rudibus		8
Introtulere tamen		17
10 Grammatices studium.		
Sit MACRINVS in his:		
Huic mea principio		20

VIII GRAMM BVRDEGALENSI<sup>E</sup> (s eraso?) V 5 quamuis: uis ex quis rasura corr. V 6 Emeritos V es Scaliger 1, 12 | commemorande: al. de ex di? V

X totum carmen in V f. 11<sup>r</sup> col. 2 sic exaratum est:  
col. 2a col. 2b

GRAMMATICIS LATINIS BVRDEGALENSIBVS PHILOGIS		
Nunc ut quemque mici		
Flebilis officii	AMMONIO ANASTASIO	
Religiosus honor	GRAMMATICO PICTAVIORV	
Suggeret expediam	Qui rudibus pueris	82
Quin quamuis humili	5 Prima elementa dauat	
Stirpe loco hac merito	6 Et liuertina	34

numeri desunt in V 5 quin V qui Scaliger 1, 13  
6 hac V ac Lugdun. 33 danat] dauas ut uid. al. corr. V

Credita puerities;	21
Et libertina	34
15 SVCVRO progenie,	35
Sobrius et puerorum	36
Vtilis ingeniis.	9
Et tu CONCORDI,	10
Qui profugus patria	
20 Mutasti sterilem	
Vrbe alia cathedram.	
Nec reticebo senem	
Nomine PHOEBICIVM,	15
Qui Beleni aedituus	16
25 Nil opis inde tulit;	22
Set tamen, ut placitum,	
Stirpe satus Druidum	
Gentis Aremoricae,	25
Burdigalae cathedram	
30 Nati opera obtinuit.	
Permaneat series;	
Relligiosum etenim	
Commemorare meae	30
Grammaticum patriae,	31

---

Ingeniis hominum	7	Sucuro progeniem	35
Burdigalae rudibus		Sobrius et puerorum	
Vtilis ingeniis		Doctrina exiguus	
Et tu concordi	10	Moribus in placidis	
Qui profugus patria		Proinde ut erat meritum	
Mutasti stelilem		Famam abuit tenuem	40
Vrbe alia cathedram		Perdidit in senio	
Nec reticeuo senem		Set tamen hunc noster	
Nomine phoebicum	15	Commemorauit honus	
Qui beleni aeditus		Pictoniceque dedit	
Introtulere tamen		Pante et Anastasio	
Grammatices studium		Fleuile musa melum	45
Sit matrinus in his		Et memora tenuem	

---

12 stelilem] in marg. ri V 16 aedituus *Lugdun.* 19  
matrinus] in marg. c V 35 progenie *LMueller* 43 honos  
*Lugdun.* 45 pante: t in g al. V 46 melos *Heinsius*

35	AMMONIVM . . . ,	
	Qui rudibus pueris	32
	Prima elementa dabat,	33
	Doctrina exiguis,	37
	Moribus in placidis:	
40	Proinde, ut erat meritum,	
	Famam habuit tenuem.	40
	Pange et ANASTASIO	45
	Flebile, Musa, melum	
	Et memora tenuem	
45	Nenia, grammaticum.	
	Burdigalae hunc genitum	
	Transtulit ambitio	50
	Pictonicaeque dedit.	44
	Pauper ibi et tenuem	51
50	Victum habitumque colens	
	Gloriolam exilem	53
	Et patriae et cathedrae	54

---

Huic mea principio	20	Nenia grammaticum
Credita puerities		Burdigale hunc genitum
Nil opis inde tulit		Transtulit ambitio
Set tamen ut placitum		Pauper ibi et tenuem
Stirpe satus driidum		Victum habitumque colens
Genitis aremoricae	25	Gloriolam exilem
Burdigale cathedralm		Et patriae et cathedrae
Natioperobtinuit		Ne pariter tumulus
Permaneat series		Nomen et ossa tegat
Religiosum etenim		ERCVLANO SORORIS
Commemorare	30	FILIO GRAMM
Grammaticum patrie		BVRDI

---

24 druidum *Lugdun.*    25 gentis *Lugdun.*    27 opera  
*Lugdun.*    30 meae add. *Lugdun.*    (*post u. 1: metrum qui*  
*supra pentemimere et, quod paene euauit, It Iambicum . . |*  
*. . . et . . . cata | lecticum, supra u. 32: metrum qui supra*  
*al. in V) Hunc ordinem cum Schenkelio constitui: uu. 1—8*  
*17—21 34—36 9—16 22—33 37—40 44—54 (sed 44 trans-*  
*ponendus post 50) 41—43 55 sq. praeterea Ammonii nomen,*  
*quod librarius per iniuriam inscriptioni intulit, ipso eo loco*  
*inter u. 31 et 32 carmini inferendum erat*

Perdidit in senio.	41
Set tamen hunc noster	
55 Commemorauit honos,	43
Ne pariter tumulus	
Nomen et ossa tegat.	55

[201] XI. HERCVLANO SORORIS FILIO GRAMMATICO  
BVRDIGALENSI.

Herculane, qui, profectus gremio de nostro et schiola,  
Spem magis, quam rem fruendam praebuisti auunculo,  
Particeps scholae et cathedrae paene sucessor meae,  
Lubricae nisi te iuuentae praecipitem flexus daret,  
Pythagorei non tenentem tramitis rectam uiam: 5  
Esto placidus et quietis manibus sedem foue,  
Iam mihi cognata dudum inter memoratus nomina.

[202] XII. THALASSO GRAMMATICO LATINO  
BVRDIGALENSI.

Officium nomenque tuum, primaeue Thalasse,  
Paruulus audiui: uix etiam memini,  
Qua forma aut merito fueris, qua stirpe parentum.  
Aetas nil de te posterior celebrat.  
Grammaticum iuuenem tantum te fama ferebat, 5  
Tum quoque tam tenuis, quam modo nulla manet.  
Set quicumque tamen, nostro quia doctor in aeuo  
Vixisti, hoc nostrum munus habeto: uale.

---

XI ERCVLANO *V* GRAMM BVRDI *V* 2 rem *om.* *V* add. *Pul-*  
*mann* 3 scole *V* 4 iubente *V* 5 pitagorei *V* 6 pla-  
cid's (i eras.) *V* | fouae *V* 7 mici *V*

XII TALASSO GRMCO LATINO BVRDIGAL *V* Thalassio *Toll*  
1 thalassae *V* Thalassi *Toll* 4 nihil *V* corr. *Scaliger* 5  
fereuat *V* 8 haueto *V* abeto *V*

[203] XIII. CITARIO SICVLO SYRACVSANO GRAMMATICO  
BVRDIGALENSI GRAECO.

Et, Citari dilecte, mihi memorabere, dignus  
Grammaticos inter qui celebrere bonos.  
Esset Aristarchi tibi gloria Zenodotique  
Graiorum, antiquus si sequeretur honos.  
Carminibus, quae prima tuis sunt condita in annis, 5  
Concedit Cei musa Simonidei.  
Vrbe satus Sicula nostram peregrinus adisti,  
Excultam studiis quam propere edideras.  
Coniugium nanctus cito nobilis et locupletis,  
Inuidia fati non genitor moreris. 10  
At nos defunctum memori celebрамus honore,  
Fouimus ut uiuum munere amicitiae.

[204] XIV. CENSORIO ATTICO AGRICIO RHETORI.

Eloquii merito primis aequande, fuisti,  
Agrici, positus posteriore loco:  
Aeuo qui quoniam genitus functusque recenti,  
Dilatus nobis, non et omissus eras.  
Quocumque in numero, tristi memorabere threno: 5  
Vnus honos tumuli, serus et ante datus.  
Tam generis tibi celsus apex, quam gloria fandi,  
Gloria Athenaei cognita sede loci.  
Nazario et claro quondam delata Paterae  
Egregie multos excoluit iuuenes. 10  
Coniuge nunc natisque superstitibus generoque  
Maiorum manes et monumenta foues.

XIII SIRACVSANO GRAMMATICO BVRDIGAL CRECO V 1 cipari  
V | delecte V<sup>1</sup> 2 ceclare V corr. *Lugdun.* 4 Grauior V  
corr. *Goropius graios Schenkl* | antiquus V 5 <sup>n</sup>suit V | annis]  
aruis *Baehrens* 6 ceu (*ex cai al. ni f. corr.*) V corr. *Pulmann*  
8 prope reddideras V corr. *Mommse* et *Bachrens* 9 nāctus: a  
*ex o uel u al., e al. V* 10 in uidiā V corr. *Lugdun.* 11 ad V<sup>1</sup>  
XIII RETORI V 2 posteriori V corr. *Lugdun.* 3 aEuo  
(*a ante uersum*) V 6 hon<sup>o</sup>s V 8 athen/ei: n *ex m, a uel*  
*i eraso V | post h. u. excidisse distichon opinatur Schenkl*  
10 egregiae V

[205] XV. NEPOTIANO GRAMMATICO EIDEM RHETORI.

Facete, comis, animo iuuenali senex,  
 Cui felle nullo, melle multo mens madens  
 Aeuum per omne nil amarum miscuit:  
 Medella nostri, Nepotiane, pectoris,  
 Tam seriorum quam iocorum particeps, 5  
 Taciturne, Amyclas qui silendo uiceris:  
 Te fabulantem non Vlixes linqueret,  
 Liquit canentes qui melodas uirgines:  
 Probe et pudice, parce, frugi, abstemie,  
 Facunde, nulli rhetorum cedens stilo 10  
 Et disputator ad Cleanthen Stoicum:  
 Scaurum Probumque corde callens intimo  
 Et Epirote Cinea memor magis:  
 Sodalis et conuictor, hospes iugiter:  
 Parum quod hospes, mentis agitator meae. 15  
 Consilia nullus mente tam pura dedit  
 Vel altiore conditu texit data.  
 Honore gesti praesidatus inclitus,  
 Decies nouenas functus annorum uices,  
 Duos relinquens liberos morte oppetis, 20  
 Dolore multo tam tuorum quam meo.

[206] XVI. AEMILIUS MAGNVS ARBORIVS  
 RHETOR TOLOSAE.

Inter cognatos iam fletus, auuncule, manes  
 Inter rhetoricos nunc memorandus eris.  
 Illud opus pietas, istud reuerenda uirorum  
 Nomina pro patriae religione habeant.

---

XV GRAMM FID RETORI *V* metro iambico senario *al. marg.*  
*V* 2 felli *V<sup>1</sup>* 3 aebum *V<sup>1</sup>* 4 nostri medela *Vinetus*  
 6 amiclas *V* 8 liquid *V* 9 prole *V corr. Lugdun.* |  
 abstemiae *V<sup>1</sup>* 10 retorum *V<sup>1</sup>* 15 mae ut uid. *V<sup>1</sup>* mee  
 (a del.) *V<sup>2</sup>* (ma&a *V<sup>1s</sup>* ma&/ *V<sup>2s</sup>*) 20 liueros *V<sup>1</sup>* | morte *V*  
 mortem *Scaliger* 21 deest *f.* 12 ab *h. u. ad c.* XXII *ex. V*

Bis meritum duplici celebremus honore parentem 5  
Arborium, Arborio patre et auo Argicio.  
Stemma tibi patris Haeduici, Tarbelliea Maurae  
Matris origo fuit: ambo genus procerum.  
Nobilis et dotata uxor, domus et sehola, cultae  
Principum amicitiae contigerunt iuueni, 10  
Dum Constantini fratres opulenta Tolosa  
Exilii specie sepositos cohibet.  
Byzanti inde arcem Thressaeque Propontidis urbem  
Constantinopolim fama tui pepulit.  
Illie diues opum doetoque ibi Caesare honorus 15  
Oecumbis patribus, Magne, superstitibus.  
In patriam sed te sedem ac monumenta tuorum  
Principis Augusti restituit pietas.  
Hinc renouat causam lacrimis et flebile munus  
Annuus ingrata relligione dies. 20

[207] XVII. EXVPERIVS RHETOR TOLOSAE.

Exuperi, memorande mihi, facunde sine arte,  
Incessu grauis et uerbis ingentibus, ore  
Puleher et ad summam motuque habituque uenusto:  
Copia cui fandi longe pulcherrima, quam si  
Auditu tenus acciperes, deflata placeret, 5  
Discussam seires solidi nihil edere sensus.  
Palladiae primum toga te uenerata Tolosac  
Mox pepulit leuitate pari. Narbo inde recepit.  
Illi Dalmatio genitos, fatalia regum  
Nomina, tum pueros, grandi mereede docendi 10  
Formasti rhetor metam prope puberis aeui.  
Caesareum qui mox indepti nomen honorem

---

XVI 6 Arsicio *V\** corr. *Scaliger 1, 12* 7 Hedui *V\**  
Aeduici *Vinetus Haeduicum Mommsen* 19 hinc *V\** hic  
*Schenkl nunc Brandes*

XVII 5 acceperit *V\** corr. *Pulmann* 6 sciris *V\** corr.  
*Scaliger 1, 12* 7 togatae *V\** corr. *Franc. Goethalsius (ap.*  
*Pulmannum)*

Praesidis Hispanumque tibi tribuere tribunal.  
Decedens placidos mores tranquillaque uitae  
Tempora praediues fiuisti sede Cadurca. 15  
Sed patriae te iura uocant et origo parentum,  
Burdigalae ut rursum nomen de rhetore reddas.

[208] XVIII. MARCELLO MARCELLI FILIO GRAMMATICO  
NARBONENSI.

Nec te Marcello genitum, Marcelle, silebo,  
Aspera quem genetrix urbe, domo pepulit:  
Sed fortuna potens cito reddidit omnia et auxit:  
Amissam primum Narbo dedit patriam.  
Nobilis hic hospes Clarentius indole motus 5  
Egregia natam coniugio adtribuit.  
Mox schola et auditor multus praetextaque pubes  
Grammatici nomen diuitiasque dedit.  
Sed numquam iugem cursum fortuna secundat,  
Praesertim proui nancta virum ingenii. 10  
Verum oneranda mihi non sunt, memoranda recepi  
Fata; sat est dictum cuncta perisse simul:  
Non tamen et nomen, quo te non fraudo, receptum  
Inter grammaticos praetenuis meriti.

[209] XVIII. SEDATVS RHETOR TOLOSANVS.

Relligio est, tacitum si te, Sedate, relinquam,  
Quamuis docendi munus indepte es foris.  
Communis patria est tecum mihi: sorte potentis  
Fati Tolosam nanctus es sedem scholae.  
Illic coniugium natique opulensque senectus 5  
Et fama, magno qualis est par rhetori.

17 te rhetore *Heinsius*

XVIII fil. Grammati. *V\** 1 genitus *V\** corr. *Dousa*  
2 genetrix *V\** 3 et omnia *V\** omnia et *Pulmann* tacite  
6 egregiam *V\** corr. *Heinsius* 9 nunquam *V\** 10 nacta  
*V\** 11 honoranda *V* corr. *Scaliger* 1, 12  
XVIII 2 indepte *V\** corr. *Scaliger* 1, 12 indeptum  
*Dousa* indeptus *Vinetus* 4 nactus *V\** 6 qualis est par

Quamvis externa tamen a regione reducit  
Te patria et ciuem morte obita repetit,  
Cumque uagantem operam diuisae impenderis urbi,  
Arbitrium de te sumit origo suum. 10  
Et tua nunc suboles morem sectata parentis  
Narbonem ac Romam nobilitat studiis;  
Sed . . . . .  
Fama, uelit nolit, Burdigalam referet.

[210] XX. STAPHYLIVS RHETOR CIVIS AVSCIVS.

Hactenus obseruata mihi lex commemorandi  
Ciues, siue domi seu docuere foris.  
Externum sed fas coniungere ciuibus unum  
Te, Staphyli, genitum stirpe Nouem populis.  
Tu mihi, quod genitor, quod auunculus, unus utrumque:  
Alter ut Ausonius, alter ut Arborius. 6  
Grammatice ad Scaurum atque Probum, promptissime  
rhetor,  
Historiam callens Liuii et Herodoti.  
Omnis doctrinae ratio tibi cognita, quantam  
Condit sescentis Varro uoluminibus. 10  
Aurea mens, uox suada tibi, tum sermo quietus:  
Nec cunctator erat, nec properator erat.  
Pulchra senecta, nitens habitus, procul ira dolorque;  
Et placidae uitae congrua meta fuit.

---

magno V\* corr. Scaliger 1, 12 9 uacantem V\* corr. Scaliger 1, 12 11 soboles V\* | secuta V\* resecreta uel sectata Vinetus Est t. n. s. moremque secuta Scaliger 1, 12 | u. 13 nulla lacuna om. V\* 14 \* Sed uelit nolit famae Burdigalam referet.\* sic V\* (non referat) corr. Peiper cum Scaligero 1, 12

XX Stafilus V\* corr. Vinetus, Stafili inscr. vs (apographa Vindobonense et Schenkelianum, quae habent uu. 7—14) 4 Stafili V\* 5 utrunque V\* 7 grammaticae V\* r corr. Scaliger 1, 14 | rethor v 10 sexcentis V\* corr. vs 12 eras V\* erat vs | properator erat vs properante sono V\* 13 dolorque Peiper dolusque V\*s dol (usque om.) v 14 uitae Graevius finis V\* vs | fuit] tibi Accursii schedae

XXI. CRISPVS ET VRBICVS GRAMMATICI  
LATINI ET GRAECI.

[211] Tu quoque in aeuum, Crispe, futurum  
Maesti uenies commemoratus  
Munere threni.

Qui primaeuos fandique rudes  
Elementorum prima docebas  
Signa nouorum:

Creditus olim ferauere mero,  
Vt Vergilii Flaccique iocis  
Aemula ferres.

Et tibi Latiis posthabite orsis,  
Vrbice, Grais celebris, carmen  
Sic ἐλελείσω.

Nam tu Crispo coniuncte tuo  
Prosa solebas et uersa loqui  
Impete eodem,

Priscos ut <mox> heroas olim  
Carmine Homeri commemoratos  
Fando referres:

Dulcem in paucis ut Plistheniden,  
Et torrentis ceu Dulichii  
Ninguida dicta,

19—24 Hom. Il. III 214: παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως,  
222: ἔπειτα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίγησιν, I 248 sq.: τοῖσι δὲ  
Νέστωρ ἡδυεπῆς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής, τοῦ καὶ  
ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ὁέεν αὐδή.

XXI Grammat. V\* | tertius cuiusque strophae uersiculos  
alteri adiectus V\* 2 moesti V\* 8 Virgilii V\* | locis V\* iocis  
Heinsius 11 sq. carmen sic ἐλελείσω Scaliger 1, 14 camoenis  
ἐλεγείσω V\* carmen nunc εἰ λέγει ἄσω Schenkl 13 Namque V\*  
que del Scaliger 1, 14 14 prorsa Pulmann | uersa Scaliger  
1, 14 uorsa Schenkl (Appul. Flor. 18 p. 91 Oud.) uersu V\* 16  
ut mox (uel simul) Peiper ut tris Schenkl ut et Vinetus et V\*  
17 cum memoratos V\* corr. Scaliger 1, 14 19 in paucis  
V\* in del. Heinsius 20 Dulichi V\* corr. Scaliger 1, 14

Et mellitae nectare uocis  
Dulcia fatu nerba canentem  
Nestora regem.

Ambo loqui faciles, ambo omnia carmina docti, 25  
Callentes mython plasmata et historiam,  
Liberti ambo genus, sed quos meruisse deceret  
Nancisci, ut cluerent patribus ingenuis.

[212] XXII. VICTORIO SVBDOCTORI SIVE PROSCHOLO.

Victori studiose, memor, celer, ignoratis  
Adsidue in libris nec nisi operta legens,  
Exesas tineis opicasque euoluere chartas  
Maior quam promptis cura tibi in studiis.  
Quiduis, \* pontificum quae foedera, stemma quod olim  
Ante Numam fuerit sacrifici Curibus: 6  
Quid Castor cunctis de regibus ambiguis, quid  
Coniugis e libris ediderit Rhodope:  
Quod ius pontificum, ueterum quae scita Quiritum  
Quae consulta patrum, quid Draco quidue Solon 10  
Sanxerit et Locris dederit quae iura Zaleucus,  
Sub Ione quae Minos, quae Themis ante Iovem,  
Nota tibi potius, quam Tullius et Maro nostri  
Et quidquid Latia conditur historia.  
Fors istos etiam tibi lectio longa dedisset, 15  
Supremum Lachesis ni celerasset iter.

---

26 mythoplasmata *V\** corr. *Scaliger* 1, 14 27 liberi et  
ambo *V\** corr. *Schenkl* | doceret *V\** corr. *Scaliger* 1, 14 28  
nasci *V\** corr. *Scaliger* 1, 14 nascier *Pulmann* sic nasci *Heinsius* | paribus *V\** corr. *Scaliger* 1, 14

XXII Victorino *V\** corr. *Scaliger* 1, 15 1 Victorine *V\** corr. *Scaliger* Victorine memor studio celer *Franc. Goethalsius*  
2 assidue *V\** 5 quiduis *Peiper* quod ius *V\** | seema  
*Heinsius* 6 fuerat *V\** corr. *Heinsius* | sacrificii *V\** corr.  
*Vinetus* sacrificis *Scaliger* 1, 15 7 quod — quod *V* corr.  
*Peiper* 8 ediderat *V\** corr. *idem* | uu. 9—12 dittographiam  
uersuum 5—8 ab *ipso Ausonio factam* *Brandes* putat 9 quae]  
q; *V\** 12 quid themis *V\** corr. *Heinsius* 14 quicquid *V\**

Exili nostrae fucatus honore cathedrae,  
Libato tenuis nomine grammatici:  
Longinquis posthac Cumae defunctus in oris,  
Ad quas de Siculo litore transieras. 20  
Sed modo nobilium memoratus in agmine gaude,  
Peruenit ad manes si pia cura tuos.

[213] XXIII. DYNAMIO BVRDIGALENSI QVI IN HISPANIA  
DOCVIT ET OBIIT.

Set neque te maesta, Dynami, fraudabo querella,  
Municipem patriae causidicumque meae.  
Crimine adulterii quem saucia fama fugauit,  
Paruula quem latebris fouit Hilerda suis.  
Quem locupletauit coniunx Hispana latentem; 5  
Namque ibi mutato nomine rhetor eras,  
Rhetor Flauini cognomine dissimulatus,  
Ne posset profugum prodere culpa suum.  
Reddiderat quamuis patriae te sera uoluntas,  
Mox residem rursum traxit Hilerda domus. 10  
Qualiscumque tuae fuerit fuga famaque uitae,  
Iungeris antiqua tu mihi amicitia,  
Officiumque meum, sensus si manibus ullus,  
Accipe iam serum morte obita, Dynami.  
Diuersis quamuis iaceas defunctus in oris,  
Commemorat maestis te pia cura elegis. 15

18 tenuiter *V\** corr. *Scaliger* 1, 15. tenui *Vinetus* 19  
*Cumae Peiper Romae V\** *Troiae Schenkl* 20 ad quas *Scaliger* 1, 15 atq; *V\** | littore *V\**

XXIII DINAMIO *V hispania* (hi al.) *V* 1 dinami *V* |  
fraudauo *V<sup>1</sup>* 4 parbula *V<sup>1</sup>* 5 spana *V<sup>1</sup>* hispana *V<sup>2</sup>* 7  
retor *V<sup>1</sup>* 8 sua *Peiper* 9 sera (se al.) *V* | uoluntas *Bahrens*  
uoluptas *V* 10 ilerda *V<sup>1</sup>* | domo *Heinsius* 11 fuaerit  
*V<sup>1</sup>* 12 amicitia *V<sup>1</sup>* 14 serum *Peiper* uerus *V* uerum  
*Schenkl* serus *Heinsius* | dinami (n statim ex incepto m) *V*  
16 cur<sup>a</sup> (a al.) *V*

[214] XXIII. ACILIO GLABRIONI GRAMMATICO IVN.  
BVRDIGALENSI.

Doctrinae uitaeque pari breuitate caducum,  
Glabrio, te maestis commemorabo elegis,  
Stemmate nobilium deductum nomen auorum,  
Glabrio Acilini, Dardana progenies.  
Tu quondam puerο compar mihi, discipulus mox, 5  
Meque dehinc facto rhetore grammaticus,  
Inque foro tutela reis et cultor in agris,  
Digne, diu partis qui fruerere bonis:  
Commode, laete, benigne, abstemie, tam bone dandis  
Semper consiliis, quam taciturne datis, 10  
Tam decus omne tuis quam mox dolor, omnia acerbo  
Funere praereptus, Glabrio, destituis:  
Vxore et natis, genitore et matre relictis,  
Eheu quam multis perdite nominibus!  
Flete diu nobis, numquam satis, accipe acerbum, 15  
Glabrio, in aeternum commemorate, uale.

[215] XXV. CORONIS.

Quos legis a prima deductos menide libri,  
Doctores patriae scito fuisse meae,  
Grammatici in studio uel rhetoris aut in utroque,  
Quos memorasse mihi morte obita satis est.  
Viuentum inlecebra est laudatio: nomina tantum 5  
Voce ciere suis sufficiet tumulis.

---

XXIII Atilio V corr. Scaliger 1, 15 | GRAMM ivn (expunxit  
al. m) RYDEGAN V 2 commemorauo V<sup>1</sup> 3 nomen] nūmen<sup>e</sup> (e  
al. ss.) V 4 Aquilini V corr. Heinsius 5 condam V<sup>1</sup> | discipulos  
V corr. Lugdun. discipulo Scaliger 1, 15 6 meq<sup>s</sup> V me Scaliger 1, 15 | retore V<sup>1</sup> 9 uenigne V<sup>1</sup> 11 aceruo V<sup>1</sup>

XXV 1 maenide V 3 retoris V<sup>1</sup> 4 mici V 5 ni-  
bentium (b in u al.) V corr. Vinetus 6 sufficit V<sup>1</sup> suffic<sup>e</sup>t V<sup>2</sup>

Ergo, qui nostrae legis otia tristia chartae,  
Eloquium ne tu quaere, set officium,  
Quo claris doctisque uiris pia cura parentat,  
Dum decora egregiae commeminit patriae.

10

[216]

XXVI. POETA.

Valete, manes inclitorum rhetorum:  
Valete, doctores probi,  
Historia si quos uel poeticus stilus  
Forumue fecit nobiles,  
Medicae uel artis dogma uel Platonicum  
Dedit perenni gloriae:  
Et si qua funetis cura uiuentum placet  
Iuuatque honor superstitum:  
Accipite maestum carminis cultum mei  
Textum querella flebili.  
Sedem sepulcri seruet immotus cinis,  
Memoria uiuat nominum,  
Dum remeat illud, iudicis dono dei,  
Commune cunctis saeculum.

5

10 decoregregiae *V corr. Vinetus*

XXVI Γ metro iambico primo sen . . . secundo quaterna  
. . . marg. al. *V* 1 rethorum *V* 3 bel *V<sup>1</sup>* 4 ue] que *V*  
*corr. Graeuius* 5 mediceae *V<sup>1</sup>* mediceꝝ *V<sup>2</sup>* | artes *Dousa*  
7 cunctis *V corr. Dousa Heinsius* 9 accipe *V corr. Pul-*  
*mann* 10 fleuli *V<sup>1</sup>* 11 sepulchri *V* 12 uibat *V<sup>1</sup>*  
13 remeet *Heinsius* | illut *V<sup>1</sup>* 14 cunctis *Baehrens* cum dis  
*V* | seculum *V* | dīs (marg. al. rec. repet.) fin *V*

VI.

E P I T A P H I A  
HEROVM

[217—243] QVI BELLO TROICO

INTERFVERVNT.

[217] AVSONIVS LECTORI SVO SALVTEM.

Ad rem pertinere existimaui, ut uel unum opusculum materiae congruentis absoluuerem et libello, qui commemorationem habet eorum, qui uel peregrini < Burdigalae uel > Burdigalenses peregre docuerunt, Epitaphia subnecterem [scilicet titulos sepulchrales] heroum, qui bello Troico interfuerunt. Quae antiqua cum apud philologum quendam repperisse, Latino sermone conuerti, non ut inseruirem ordinis persequendi . . . . . , set ut cohercerem libere nec aberrarem.

---

Inscr. om. V | marg. Epistola <sup>i</sup> Prosa (Epistola rec. m. præfix.) V 2 pertine<sup>re</sup> V 3 materia congruenti Brandes 4 habet V 5 Burdigalae uel om. V add. *Vinctus* | burdigalensis V<sup>1</sup> 6 ephitaphia V | scilicet titulos sepulchrales (r al. ss.) V del. *Vinctus* 7 uello V<sup>1</sup> | troico] iano al. ss. V | antiquata *Heinsius* Attica *Bachrens* | apud V<sup>1</sup> 9 inseruissent *Lugdun.* | ordini *Vinctus* | exedit uocula (studio?) nulla lacuna V 10 cohererem V corr. *Peiper*, cohaererent *Lugdun.* | liuere V<sup>1</sup> | aberrarent *Lugdun.* | numeri præfixi minio V

[218] I AGAMEMNONI

Rex regum Atrides, fraternae coniugis ultor,  
 Oppetii manibus coniugis ipse meae.  
 Quid prodest Helenes raptum punisse dolentem,  
 Vindicem adulterii cum Clytemestra necet?

[219] II MENELAO

Felix o Menelae, deum cui debita sedes  
 Decretumque piis manibus Elysium,  
 Tyndareo dilecte gener, dilecte Tonanti,  
 Coniugii uindex, ultor adulterii,  
 Aeterno pollens aeuo aeternaque iuuenta,  
 Nec leti passus tempora nec senii.

[220] III AIACI

Aiacis tumulo pariter tegor obruta Virtus,  
 Inlacrimans bustis funeris ipsa mei,

I Aristotelis Pepli c. 1 B. *'Ἐπὶ Ἀγαμέμνονος κειμένου ἐν Μνήσεις.*

*Λεύσσεις Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὡς ξένε, τύμβον,*  
*ὅς θάν' ὑπ' Ἀλγίσθον κούλομένης ἀλόχου.* cf. Pepl. 2

II Pepl. 3 *'Ἐπὶ Μενελάου.*

*"Οἰ βιος, ὡς Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως*  
*ἐν μανάρων νήσοις, γαμβρὲ Διὸς μεγάλου.*

III Pepl. 7 = Anth. Pal. VII 145. *'Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου*

ΑΙΚΛΗΠΙΑΔΟΥ

*"Ἄδ' ἔγὼ ἀ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι*  
*Αἴαντος τύμβῳ κειδαμένα πλοκάμους,*  
*Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἰς παρ' Ἀχαιοῖς*  
*ἀ δολόφρων Ἀπάτα κρέσσον ἔμεν δύναται.*

I 4 clitemestra *V*

II 1 menele *V<sup>1</sup>* menelē *V<sup>2</sup>* | deuita *V<sup>1</sup>*      2 manibus *V<sup>1</sup>*  
 moenibus *ut uid.* *V<sup>2</sup>*      3 tindareo *V*      5 aeterna pollens *V<sup>1</sup>*  
 | iubenta *V<sup>1</sup>*

III 1 aiacis: iac *al. rescr.* *V* | <sup>v</sup> timulo (*al. corr.*) *V*

Incomptas lacerata comas, quod prauus Atrides  
Cedere me instructis compulit insidiis.  
Iam dabo purpureum claro de sanguine florem,  
Testantem gemitu crimina iudicii.

5

[221]

### III ACHILLI

Non una Aeaciden tellus habet: ossa teguntur  
Litore Sigeo, crinem Larisa cremauit.  
Pars tumulis . . . . . classe . . .  
Orbe set in toto . . . . .

[222]

### V VLIXI

Conditur hoc tumulo Laerta natus Vlixes:  
Perlege Odyssean omnia nosse uolens.

[223]

### VI DIOMEDI

Conditur hic genitore bono melior Diomedes,  
Crimen ob uxoris pulsus dotalibus Argis,

III uid. Pepl. 4 et 5

V Pepl. 12 Ἐπὶ Ὄδυσσέως κειμένον ἐν Τυρρηνίᾳ.  
Ἄνερα τὸν πολύμητιν ἐπὶ γθονὶ τῆδε θανόντα  
κλεινότατον θυντῶν τύμβος ἐπεσκίασεν. cf. Pepl. 13  
VI Pepl. 14 Ἐπὶ Διομήδους κειμένον ἐν τῇ ὁμωνύμῳ νήσῳ.  
Ἀλνητὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδην  
ἥδ' ἵερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίῃ.

3 incōtas *V<sup>1</sup>* inconstans *V<sup>2</sup>* corr. *Canter* | prabus *V*      4  
instructis (*litt. in euaniere*, c al. ss.) *V* structis *Lugdun.*      6  
6 gemitu (u in ū al.) *V*

III ACHILLI (h min. ss.) *V*    1 oss<sup>a</sup> *V*    2 larissa *V*  
3 et 4: post tumulis et toto incerta uestigia scripturae imprudenter rescriptae in *V*, quae ostendit specimen heliographum: post tumuli nihil legerunt *Lugdunenses*, ex u. 4 Orbe sed in toto . . . . Homer . . . agnouerunt *Vinetus* et *Scaliger*; raptum sepelius Homerus uel rediuium ostendet Homerus *suppl. Heinsius*

*V VLIXIS EPITAFIO ADD.* *V*    1 conditor (v rec. ss.) *V*  
*ulixis V*    2 odissiā (i ante ā in ras. al.) *V*

VI 1 Conditor (rec. corr.) *V<sup>1</sup>* | diomedis *V* corr. *Lugdun.*  
2 agris *V* corr. *Heinsius*

Argyripam clarosque uiris qui condidit Arpos:  
Clarior urbe noua, patriae quam sede uetusta.

[224] VII ANTILOCHO

Consiliis belloque bonus, quae copula rara est,  
Carus et Atridis, carus et Aeacidis:  
Praemia uirtutis simul et pietatis adeptus,  
Seruato Antilochus Nestore patre obii.  
Non hic ordo fuit: set iustius ille superstes,  
Troia capi sine quo perfida non poterat. 5

[225]

VIII NESTORI

Hoc tegor in tumulo quarti iam prodigus aeui  
Nestor, consilio clarus et eloquio.  
Obiecit sese cuius pro morte peremptus  
Filius et nati uulnere uiuo pater.  
Eheu cur fatis disponere sic placet aeuum,  
Tam longum ut nobis, tam breue ut Antilochos? 5

[226]

VIII PYRRHO

Orbe tegor medio, maior uirtute paterna,  
Quod puer et regis Pyrrhus opima tuli.

VII Pepl. 11. Ἐπὶ Ἀντιλόχου κειμένου ἐν Τροίῃ.  
Μνῆμ', ἀρετῆς νῖστορος, Ἀντιλόχοιο,  
ὅς θάνεν ἐν Τροίῃ ἁνδαμένος πατέρα.

VIII Anth. Palat. VII 144: Ἀδέσποτον  
Ἡδυεπῆς Νέστωρ Πύλιος Νηλήιος ἥρως  
ἐν Πύλῳ ἡγαθέη τύμβον ἔχει τριγένδων.  
cf. Pepl. 9 et 10

3 argiripam V | que] ue Schenkl 4 qua V corr. Lugdun.  
| uetustae Heinsius.

VII 2 atrideis V | aeacideis V 4 patrae V<sup>1</sup> 5 su-  
prestes V<sup>1</sup>

VIII 2 aeloquio V 3 obiecit/ (i eras.) V | peremtus V

VIII PIRRO V 2 pirrus V

Impius ante aras quem fraude peremit Orestes,  
Quid mirum, caesa iam genetrice furens.

[227]

X EVRYALO

Nec me non dignum titulo Pleuronia credit,  
Cui communis erat cum Diomede domus,  
Euryalo et Sthenelo: nam tertius hoc ego regnum  
Possedi, de quo nunc satis est tumulus.

[228]

XI GVNEO

Gunea pontus habet, tumulus sine corpore nomen.  
Fama homines inter, caelum animus repetit.  
Cuncta elementa duci tanto commune sepulcrum.  
Quae? caelum et tellus et mare et ora uirum.

[229]

XII PROTESILAO

Fatale adscriptum nomen mihi Protesilao;  
Nam primus Danaum bello obii Phrygio,  
Audaci ingressus Sigeia litora saltu,  
Captus pellacis Lartiadae insidiis.

---

X Pepl. 35   'Ἐπὶ Σθενέλον καὶ Εὐρωπάλον πειμένων ἐν Ἀργεί.  
Ἀργεῖος Σθένελος Καπανήιος ὥδε τέθαπται  
τύμβῳ καὶ τούτον πλησίον Εὐρύαλος.

XI Pepl. 32                                  'Ἐπὶ Γοννέως  
Σῆμα τὸ μὲν Γοννῆος ὄρας· ψυχὴ δὲ θανόντος  
ἀερός ἐσ νύγρὸν ἔβη, σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

XII Vid. Pepl. 49

---

3 orestis *V corr. Lugdun.*

X EUVRIALO <sup>u</sup> *V*   3 eurialo et stheneulo *V*

XI CYNEO *V corr. Pulmann*   1 Cinea *V corr. Pulmann*  
| abet *V<sup>1</sup>* | nūn *V*

XII 1 nūn *V*   2 phrigio *V*   4 laertiade *V corr.*  
*LMueller*

Qui, ne Troianae premeret pede litora terrae, 5  
Ipse super proprium desiluit clipeum.  
Quid queror? hoc letum iam tum mea fata canebeant,  
Tale mihi nomen cum pater inposuit.

[230]

### XIII DEIPHOBO

Proditus ad poenam sceleratae fraude Lacaenae  
Et deformato corpore Deiphobus  
Non habeo tumulum, nisi quem mihi uoce uocantis  
Et pius Aeneas et Maro conposuit.

[231]

### XIII HECTORI

Hectoris hic tumulus, cum quo sua Troia sepulta est:  
Conduntur pariter, qui periere simul.

[232]

### XV ASTYANACTI

Flos Asiae tantaque unus de gente superstes,  
Paruulus, Argiuis set iam de patre timendus,  
Hic iaceo Astyanax, Scaeis deiectus ab altis.  
Pro dolor! Iliaci Neptunia moenia muri  
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto. 5

XIII 4 Vergil. A VI 494 sqq.

XIII Anth. Pal. VII 139 "Allo (Archiae?)

"Ἐπιτορι μὲν Τροίη συγκάτθανεν, οὐδ' ἔτι χεῖρας  
ἀντῆρεν Δαναῶν παισὶν ἐπερχομένοις·

Πέλλα δ' Ἀλεξάνδρῳ συναπώλετο. Πατρίδες ἄρα  
ἀνδράσιν, οὐ πάτραις ἀνδρες ἀγαλλόμεθα.

5 premeraet *V*      6 desiduit *V* desiliit *Lugdun.* 7

<sup>c</sup> faneuant (c. pr. ss., u in b al., n rec. ss.) *V*      8 quā *V*

XIII 1 penam *V*      lacaene *V<sup>1</sup>* lacene *V<sup>2</sup>*      3 abeo *V<sup>1</sup>*  
| mihi *om.* *V* *rec. m.* in *marg. add.*      4 Et/pius *V* (in *eras.*  
*V<sup>3</sup>*) | aenaeus *V<sup>1</sup>* us in as *rec. m. corr.*

XIII HAECTORI *V*

XV ASTYANACTI *V*      1 suprestes *V<sup>1</sup>* (*rec. m. corr.*)      2 ar-  
gibis *V*      3 gaceo *V* (*rec. i ss.*) | astyanax *V*      5 aliquod *V*  
*corr. Lugdun.* | haect/ore (r *eras.*) *V*

[233]

XVI SARPEDONI

Sarpedon Lycius, genitus Ioue, numine patris  
Sperabam caelum, set tegor hoc tumulo  
Sanguineis fletus lacrimis: pro ferrea fata,  
Et patitur luctum, qui prohibere potest.

[234]

XVII NASTI ET AMPHIMACHO

Nastes Amphimachusque, Nomionis inclita proles,  
Ductores quondam, puluis et umbra sumus.

[235]

XVIII TROILO

Hectore prostrato nec dis nec uiribus aequis  
Congressus saeuo Troilus Aeacidae,  
Raptatus bigis fratris coniungor honori,  
Cuius ob exemplum nec mihi poena grauis.

[236]

XVIII POLYDORO

Cede procul myrtumque istam fuge, nescius hospes:  
Telorum seges est sanguine adulta meo.  
Confixus iaculis et ab ipsa caede sepultus  
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.  
Scit pius Aeneas et tu, rex impie, quod me  
Thracia poena premit, Troia cura tegit. 5

XVI Vid. Pepl. 53

XVII II. II 871 Νάστης Ἀμφίμαχός τε Νομίορος ἀγλαὰ τέκνα

XVI SARPEDONIVS (vs min. del.) V 1 licius V | iobe V<sup>1</sup>  
2 sperauam V 4 proibere V | pote//st (n eras.) V

XVII NASTI ET] IE in ras. V 1 nastie V corr. Lugdun.  
2 Doctores V corr. Pulmann | eondam V

XVIII saeuo Vinetus . . . o (spatium quattuor litt. nulla  
rasura) V 4 poēna V

XVIII POLIDORO V 1 istam Vinetus stum V | ne<sup>s</sup>cious V  
4 polidorus V 5 aeneas V | me] maç V 6 triracia V  
corr. Lugdun | troiaq<sup>s</sup> V <sup>s</sup> del. Vinetus, f. troica.

XX EVPHEMO

[237]

Euphemum Ciconum ductorem Troia tellus  
 Condidit hastati Martis ad effigiem.  
 Nec satis est titulum saxo incidisse sepulcri;  
 Insuper et frontem mole onerant statuae.  
 Ocius ista ruunt, quae sic cumulata locantur: 5  
 Maior ubi est cultus, magna ruina subest.

[238] XXI HIPPOTHOO ET PYLEO IN HORTO SEPVLTIS

Hippothoum Pyleumque tenet gremio infima tellus:  
 Caulibus et maluis terga superna uirent.  
 Nec uexat cineres horti cultura quietos,  
 Dum parcente manu molle holus excolitur.

[239]

XXII ENNOMO ET CHROMIO

Ennomus hic Chromiusque iacent: quis Mysia regnum,  
 Quis pater Alcinous Oceanusque atauus.  
 Nobilitas quid tanta iuuat? quo clarius istis  
 Est genus, hoc mortis condicio grauior.

XXI Eustath. Od. 1698, 25: ὡς δῆλοι καὶ τι τῶν παρὰ τῷ  
 Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, λέγον ὡς ἀπό τινος τάφου, ὅτι  
 νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύριζον,  
 οὐλπῷ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω.

ubi pro uerbis τὸν δεῖνα ex Ausonio Ἰππόθοόν τ' ἡδὲ Πύ-  
 λαιον reposuit ECurtius, Ολδιπόδαν Λείον νῖὸν cippus habet  
 qui uisiturn in uasco picto musei Borbonici CIGr III 8429.  
 (cf. Bergk PLG<sup>4</sup> II 355.)

XX EVPFEMO V 1 Eufemum V 2 hastatiartis V 4  
 statute V<sup>1</sup> 5 ocius: c ex t V

XXI PILEO V | ORTO V 1 pileum V | imfimtell<sup>a</sup>s (m rescr.  
 al., alt. a ss., pr. a cum t coniunxit al.) V 4 manu] u ex  
 û V<sup>s</sup>

XXII CROMIONI V 1 chromius V | misia V 2 alcino<sup>v</sup>s  
 (o al. del.) V | atabus V 2 iubat V | stis V

[240]

XXIII PRIAMO

Hic Priami non est tumulus nec condor in ista  
Sede: caput Danai deripuere meum.  
Ast ego cum lacerum sine nomine funus haberem,  
Confugi ad cineres Hectoreos genitor.  
Illic et natos Troiamque Asiamque sepultam      5  
Inueni et nostrum quidquid ubique iacet.

[241]

XXIIIITEM PRIAMO

Qui tumulum Priami quaerit, legat Hectoris ante.  
Ille meus, nato quem prius ipse dedi.

XXIIIA <HECTORI>

Hectoris et patriae simul est commune sepulcrum,  
Amborum quoniam iuncta ruina fuit.

[242]

XXV HECVBAE

Quae regina fui, quae claro nata Dymante,  
Quae Priami coniunx, Hectora quae genui,  
Hic Hecuba innectis perii superobruta saxis,  
Set rabie linguae me tamen ulta prius.  
Fidite ne regnis et prole et stirpe parentum,      5  
Quicumque hoc nostrum CHMA KYNOC legitis.

XXIIII, 2 Tzetzes Hom. 489 (p. 577 Rose.)

Ἐκτοσι τόνδε τάφον Πρίαμος μέγας ἔξετέλεσσεν  
οὐχὶν ὑπὲρ γαῖης μνῆμ’ ἐπιγιγνούμενοις·

XXV, 6 Tzetz. Lycophr. u. 315 (Schol. Eurip. Hec. ad v. 1255)  
ἢ καὶ Ἀσκληπιαδῆς περὶ τοῦ τόπου οὗ ἀνηρεθή (Ἐπάβη).  
Οὐ καὶ κυνὸς καλοῦσι δυσμόρον σῆμα.

XXIII 1 priami V | sta V<sup>1</sup>      2 diripuere V corr. Wakefield  
3 aberem V<sup>1</sup>      5 natus V corr. Scaliger)      5. 6 se-  
pultam Inueni | et V      6 nostri Heinsius

XXIII IT' V      XXIIIA coniunctum cum superiori in V  
separauit Peiper      1 Haectoris V | patris V corr. Peiper

XXV 1 dimante V      2 coniunx V<sup>1</sup>      4 ulta: a al. rescr.  
V (a ex r V<sup>s</sup>)      5 stirparentum V corr. Lugdun.      6 qui-  
cumque hoc nostrum POLIXENE (i. inser. c. XXVII), uerba  
CHMAKYNOC legitis om. V<sup>1</sup> ss. V<sup>2</sup>

XXVI POLYXENAE

[243]

Troas Achilleo coniuncta Polyxena busto  
Malueram nullo caespite functa tegi.  
Non bene discordes tumulos miscetis, Achiui:  
Hoc uiolare magis, quam sepelire fuit.

---

[244]

XXVII DE NIOBE IN SIPYLO MONTE IVXTA  
FONTEM SEPVLTA

Thebarum regina fui, Sipyleia cautes  
Quae modo sum: laesi numina Letoidum.  
Bis septem natis genetrix laeta atque superba  
Tot duxi mater funera, quot genui.  
Nec satis hoc diuis: duro circumdata saxo        5  
Amisi humani corporis effigiem;  
Set dolor obstructis quamquam uitalibus haeret  
Perpetuasque rigat fonte pio lacrimas.  
Pro facinus! tantaene animis caelestibus irae?  
Durat adhuc luctus, matris imago perit.        10

---

XXVI polixena *V* | *busto V*    3 miscaetis *V* | hachiui *V<sup>1</sup>*

XXVII SIPILO *V*    1 sipileia cautis *V*    2 n̄ma *V corr.*

*Vinetus*    1 laetoidum *V*    3 adque *V* | superua *V<sup>1</sup>*    4  
quod *V<sup>1</sup>*    6 umani *V<sup>1</sup>*    7 set *V<sup>1</sup>* | obstructis: i ex u *V*  
haeret *V*    9 iraę *V*    10 aduc *V<sup>1</sup>*

248 XXVIII IN DIOGENIS CYNICI SEPVLERO IN QVO  
Epit. xxxi PRO TITULO CANIS SIGNVM EST.

Dic, canis, hic cuius tumulus? — Canis. — At canis hic quis? —  
Diogenes. — Obiit? — Non obiit, set abit. —  
Diogenes, cui pera penus, cui dolia sedes,  
Ad manes abiit? — Cerberus inde uetat. —  
Et quonam? — Clari flagrat qua stella Leonis, 5  
Additus est iustae nunc canis Erigonae.

52] XXVIII ITEM DIOGENIS

Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arta supellex  
Ista fuit Cynici: set putat hanc nimiam.

XXVIII Anth. Pal. VII 64

ΑΔΗΝΟΝ

[εἰς Διογένη τὸν Κύρα]

A Εἰπὲ, κύρον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστῶς σῆμα φυλάσσεις;  
B Τοὺς Κύρους. A Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀρήρ ὁ Κύρων;  
B Διογένης. A Γένος εἰπέ. B Σιρωπεὺς. A Ὁς πίθον φένει;  
B Καὶ μάλισταν δὲ θαυμών ἀστέρας οἴκον ἔχει.  
Anthol. Palat. VII 65 (*Anτιπάτρου*), 3 sq. φ μία τις πήρα,  
μία διπλοίς, εἰς ἄμ' ἐφοίται σκίπων

XXVIII Anthol. Pal. VII 66:

‘ΟΝΕΣΤΟΥ

Βάντρον καὶ πήρη καὶ διπλόον εῖμα σοφοῖο  
Διογένεντος, βιότον φόρτος ὁ πονηρότατος.

Anth. Pal. XVI 333 ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

‘Η πήρη καὶ γλαιψε καὶ ὕδατι πιληθεῖσα  
μάζα καὶ ἡ πρὸ ποδῶν δάβδος ἐρειδομένη  
Καὶ δέπας ἐν περάμοιο, σοφῷ κυνὶ μέτρα βίοιο  
ἄρνιει· καὶ ἦν τούτοις ἦν τι περισσότερον.  
ποιῆσις γὰρ πόμα χεοσὶν ἰδὼν ἀφύνοντα βοῶτην  
εἶπε· „Τί καὶ σὲ μάτην, ὅστρακυν, ἥζθοφόρον;“

*VR, Z* XXVIII inscr. ex VGM om. *Tp* (dyogenis M cynici VGM  
sepulchro *VG* in quo om. *GM*. Versus de Diogene communis  
titulus carminum 248 et 53 et 54 in R [1 Die] hic M [enins  
est p<sup>1</sup>] hic quis (quit V<sup>2</sup>) *V* inquit *RZp* N al. *marg.* *T*  
2 diogeses (n al.) *V* [set] *V* abit *TG* abiit *cett.* 3 pera  
*Anantius* para (u al.) *V* parua *RZ* 5 et quoniam *VR* at  
*Toll*, quoniam igitur *Z* [qua *Z* iam *VR*]  
*VR* XXVIII 1 pera *Lugdun.* pare *VR* sciphus *V* [suppelax  
(x rec. ss.) *V* 2 sta *V* cinici *V*

Namque cauis manibus cernens potare bubuleum:  
Cur, scyphæ, te, dixit, gesto superuacuum.

[54]

XXX ITEM

Effigiem, rex Croese, tuam, ditissime regum,  
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.  
Nil, inquit, tibi, Croese, tuum; superant mihi cuneta.  
Nudus eram: sic sum. nil habui: hoc habeo.  
Rex ait: Haud egui, cum tu, mendice, carebas  
Omnibus; et careo, si modo non egeo.

253 Epit. xxxvi XXXI IN TVMVLO HOMINIS FELICIS.

Sparge mero cineres bene olentis et unguine nardi,  
Hospes, et adde rosis balsama puniceis.  
Perpetuum mihi uer agit inlacrimabilis urna  
Et commutaui saecula, non obii.  
Nulla mihi ueteris perierunt gaudia nitae,  
Seu meminisse putas omnia, siue nihil.

XXXI Anthol. Pal. VIII 145

ΑΔΕΙΠΟΤΟΝ

'Ελθὼν εἰς Ἀΐδην, ὅτε δὴ σοφὸν ἦνυσε γῆρας,  
πιογένης ὁ κύων Κροῖσον ἰδὼν ἔγέλαι,  
καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τοιβάνιον ἐγγὺς ἐνείνον,  
τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένον,  
Εἶπεν· „Ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος· ὅσσα γὰρ εἴχον,  
πάντα φέρω σὺν ἐμοὶ· Κροῖσε, σύ δ' οὐδὲν ἔχεις.“

4 sciphe V

XXX inscr. ex V, de effigie regis croesi G om. TM (in VR, 2

M coniunctum cum c. 248) 1 crese TM | dissime V 2  
aput] V | cinicus VT M uu. 3—8 om. Z 3 inquid V | supe-  
rant R superat V | mici V 4 abni V<sup>1</sup> | abeo V 6 omni-  
bus V<sup>1</sup>

XXXI inscr. VMG (tumulum MG) | in T exciderunt uu. 1 VZ  
—3 cum fol. 1 1 bene olente et unguine nardi (holente et  
ū V<sup>2</sup>) V corr. Toll et odoro perlue nardo Z 3 inlacrima-  
bilis V<sup>1</sup> illachrymabilis G 4 saecula] TG 5 mici V  
6 Felix (foelix T) seu memini siue nihil memini Z

6\*

[35]

XXXII DE NOMINE CVIVSDAM LVCH SCVLPTO  
IN MARMORE

Vna quidem, geminis fulget set dissita punetis

Littera, praenomen sic <L.> nota sola facit.

Post .M. incisum est, puto sic <AV> non tota uidetur:

Dissiluit saxi fragmine laesus apex

Nec quisquam, MARIVS seu MARCIVS anne METELLVS

Hic iaceat, certis nouerit indiciis. 6

Truncatis conuulsa iacent elementa figuris,

Omnia confusis interiere notis.

Miremur periisse homines? monumenta fatiscunt;

Mors etiam saxis nominibusque uenit. 10

[252 Epit. xxxv] XXXIII IVSSV AVGVSTI EQVO ADMIRABILI

Phosphore, clamosi spatiosa per aequora circi

Septenas solitus uictor obire uias,

Inproperanter agens primos a carcere cursus,

Fortis praegressis ut potereris equis:

Promptum et ueloces erat anticipare quadrigas: 5

Victores etiam uincere laus potior.

Hunc titulum uani solacia sume sepulcri

Et gradere Elysios praepes ad alipedes.

Pegasus hinc dexter currat tibi, laeuis Arion

Funis eat, quartum det tibi Castor equum.

*VZ* XXXII coniunctum cum superiore (numero et inscr. om.) *V*  
inscr. ex *G* om. *VTM* (lutii *G*) 1 Lucius una quidem ge-  
minis sed (si *T*) *Z* 2 .L. om. *VZ* | fecit *V* 3 .M. om. *V*  
in me *M* | .AV. om. *VZ* 5 quisq<sup>s</sup> *V* | mareus *VZ* corr.  
*Gronouius* | martius *VZ* a u. 7 nouum quasi carmen incipit  
uersu uacuo intericto et pincta initiali *T* et hos uersus solos  
habet p (praefixo **C**) | Truncatis *T* 9 perisse p | m<sup>r</sup>numenta  
*V* | fatiscunt *V* fatescunt *V* 10 mors f etiam p | /saxis *V*

*V* XXXIII xxxii praef. *V* 1 prosp<sup>h</sup>ere (h al. del.) *V* corr.  
*Vinetus* | pauosa *V* corr. *Lugdun.* panosa rec. m. ss. in *V* pan-  
nosa *Vinctus* 2 septena *V* corr. *Lugdun.* | c<sup>a</sup>rcere (al. a ss.)  
*V* 4 aequis *V* 5 promtnm *V* 6 etiam (a eras.) *V*  
8 elisios *V* 9 hīnc (u al.) *V* | dester *V* | /arion (h eras.)  
*V* 10 funisead (se in ras.) *V* f. funem amet et | eqū *V*

[254 Epit. xxxvii] XXXIII DE SEPVLRCRO [CARI] VACVO

Me sibi et uxori et natis commune sepulcrum  
 Constituit seras Carus ad exequias.  
 Iamque diu monumenta uacant sitque ista querella  
 Longior et ueniat ordine quisque suo,  
 Nascendi qui lege datus, placidumque per aeuum      5  
 Condatur, natu qui prior, ille prior.

[249] XXXV IN TVMVLVM SEDECENNIS MATRONAE

Epit. xxxii]

Omnia quae longo uitae cupiuntur in aeuo,  
 Ante quater plenum consumpsit Anicia lustrum.  
 Infans lactauit, pubes et uirgo adoleuit.  
 Nupsit, concepit, peperit, iam mater obiuit.  
 Quis mortem accuset? quis non accuset in ista?      5  
 Aetatis meritis anus est, aetate puella.

XXXIII Anthol. Pal. VII 228

ΑΔΕΕΠΟΤΟΝ

*Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι γνωιξί τε τύμπον ἔδειμεν  
 Ἀνδροτίων· οὕπω δ' οὐδενός εἴμι τάφος·  
 Οὗτῳ καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον· εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ,  
 δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τὸν προτέρους προτέρους.*

XXXIII    xxxiii *praef.* *V* | sepulchro *V* cari *om.* *V*      1 *F*  
 siui *V<sup>1</sup>*    2 exsequias *V*      3 sta *V*      4 beniat *V<sup>1</sup>* ueniant  
*Heinsius*

XXXV *inscr.* (xxxiii *praef.*) *V* Epitaphium anitie *MGp VZ*  
*Epytaphyum anicie in ausonio p* puellae mortuae *add. G*  
 1 ante] añsi (si del.) *T*    2 consumsit *V* | annitia *T* anitia *G*

3 adoleuit: o male scripto alterum o ss. pr. *T*    5 quis non  
 a. in sta *V* in isto *Scaliger 1, 21* compleuit munia uitae *Zp*

6 iam m. a. e. et adhuc a. p. *Zp* *Fix* (v al. m., eademque  
*add. EPITAVIA V*

## VII.

## &lt;ECLOGARVM LIBER&gt;

I [471]

AVSONIVS DREPANIO FILIO.

‘Cui dono lepidum nouum libellum?’

Veronensis ait poeta quondam

Inuentoque dedit statim Nepoti.

At nos inlepidum, rudem libellum,

Burras, quisqulias ineptiasque,

5

Credemus gremio cui fouendum?

Inueni, trepidae silete nugae,

Nec doctum minus et magis benignum,

Quam quem Gallia praebuit Catullo.

Hoc nullus mihi carior meorum,

10

Quem pluris faciunt nouem sorores,

Quam cunctos alios Marone dempto.

‘Pacatum haut dubie, poeta dicis?’

Ipse est. intrepide uolate, uersus,

15

Et nidum in gremio fouete tuto.

Hic uos diligere, hic uolet tueri;

Ignoscenda teget, probata tradet:

Post hunc iudicium timete nullum. Vale.

I Catull. I 1 sq.

<sup>1</sup> in marg. metrum faleucium . endecasillauum <sup>V</sup> 1 nobum  
linellum <sup>V<sup>i</sup></sup> 2 ueronensis <sup>V</sup> | poetam <sup>V<sup>i</sup></sup> 4 rude <sup>V</sup> corr.  
*Pulmann* 11 pluris] plurimis <sup>V</sup> corr. *Lugd.* 12 maronae  
<sup>V<sup>i</sup></sup> | demto <sup>V</sup> 15 nudum <sup>V</sup> corr. *Scaliger* 16 uos<sup>s</sup> diligere  
(di ex de pr.) <sup>V</sup>

II [362 Edyll. xv] EX GRAECO PYTHAGORICVM DE AMBI-  
GVITATE ELIGENDAE VITAE.

Quod uitae sectabor iter, si plena tumultu  
Sunt fora, si curis domus anxia, si peregrinos  
Cura domus sequitur, mercantem si noua semper  
Damna manent, cessare uetat si turpis egestas; 5  
Si uexat labor agricolam, mare naufragus horror  
Infamat, poenaeque graues in caelibe uita  
Et grauior cautis custodia uana maritis;  
Sanguineum si Martis opus, si turpia lucra  
Faenoris et uelox inopes usura trucidat?  
Omne aeuum curae, cunctis sua displicet aetas. 10  
Sensus abest paruis lactantibus et puerorum  
Dura rudimenta et iuuenum temeraria pubes.  
Afflictat fortuna uiros per bella, per aequor,  
Irasque insidiasque catenatosque labores

(Anthol. Pal. VIII 359)

*Ποσειδίππον· οἱ δὲ Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ.*  
Ποίην τις βιότοιο τάμη τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν  
νείνεα καὶ γαλεπαὶ ποήξεις· ἐν δὲ δόμοις  
φροντίδες· ἐν δ' ἀγορᾶς καμάτων ἄλις· ἐν δὲ θαλάσσῃ  
τάροβος· ἐπὶ ξείνης δ', ἦν μὲν ἔχης τι. δέος·  
ἡν δ' ἀπορῆς, ἀνιηρόν. ἔχεις γάμον, οὐκ ἀμέριμνος  
ἔσσεαι· οὐ γαμέεις; ξῆς ἔτ' ἐρημότερος.  
τέννα, πόνοι· πήρωσις, ἀπαῖς βίος. αἱ νεότητες  
ἄφρονες· αἱ πολιαι δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.  
ἢν ἄρα τοὺς δυοῖν ἐνὸς αἴρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι  
μηδέποτ', ἢ τὸ θαυεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Cf. Anth. VIII 360 *Μητροδώρου· Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον ητλ.*

Ex — uitae *V* (greco *V* pythagoricum *V*) Incipit egloga *V*  
eiusdem de ambiguitate | uite elegende iuxta grecum poeantis  
bicto eo driame tribon i.e. quam quis uite percurrat uiam *P* |  
nota *C* praefigitur uu. 11, 18, 24, 37, 43. *P* 1 uicte *P*  
sectauor *V* 2 axia *V* | p̄egrinos *V* 3 sequitur] q̄ritur *P*  
si noba *V* (inob. al. in ras. *V*) 4 si om. *P* 5 lauor *V*  
agricolam *V* | naufragis *P* | orror *V* error *P* 6 grabes *V*  
9 fenoris: s al. ex r? *V* | belox *V* 10 omnae aebum *V*  
sua] sa *V?* 13 afflictat *VP* 14 cathenatos *P* | lauores *V*

Mutandos semper grauioribus. ipsa senectus 15  
Expectata diu uotisque optata malignis  
Obicit innumeris corpus lacerabile morbis.  
Spernimus in commune omnes praesentia; quosdam  
Constat nolle deos fieri. Iturna reclamat:  
'Quo uitam dedit aeternam? cur mortis adempta est 20  
Condicio?' sic Caucasea sub rupe Prometheus  
Testatur Saturnigenam nec nomine cessat  
Incusare Iouem, data sit quod uita perennis.  
Respice et ad cultus animi. sic nempe pudicum  
Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris. 25  
E contra illecebris maculosam degere uitam  
Quem iuuat, adspiciat poenas et crimina regum,  
Tereos incesti uel mollis Sardanapalli.  
Perfidiam uitare monent tria Punica bella;  
Set prohibet seruare fidem deleta Saguntos. 30  
Viue et amicitias semper cole. — Crimen ob istud  
Pythagoreorum periit schola docta sophorum. —  
Hoc metuens igitur nullas cole. — Crimen ob istud  
Timon Palladiis olim lapidatus Athenis.  
Dissidet ambiguis semper mens obuia' uotis, 35  
Nec uoluisse homini satis est: optata recusat.  
Esse in honore placet, mox paenitet et dominari  
Vt possint, seruire uolunt. idem auctus honore

19 Vergil. A XII 879 sq.

15 multandos *V* 16 *deest P* | obtata *V* 18—23 *om. V*  
18 spernib; *P* 21 condictio *P* 23 incausare *P* 25 ip-  
politum *V* hypolitum *P* | non felix] infelix *P* 26 E contra *V*  
At contra *P* | illecebris *P* | digere *P* 27 aspiciat *V* aspice  
et ad *P* | penas *VP* | regum] um *litt. incertae V* 28 thereos  
(h *ex er statim corr.*) *V* tereo *P* | *incesti* (*a eraso?*) *V* 29  
monent tria] *litt. tt al. m. V* monentia *nt uid. V<sup>1</sup>* | nulla *V*  
30 set] *V* | proibet (*r ex corr.*) *V* | serbare *V* | saginthos *V*  
saguyntos *P* 31 uibe *V* | amicitias *V* | istut *V* 32  $\times$   
*praef. V* | pitagoreorum *V* pytagreorum *P* | scola *V* sehala *P* |  
docto *P<sup>s</sup>* 33 metuens] metunos *P* | igitur *om. P* | crimen  
(*n rec. ss.*) *V* | stut *V* 34 pallidiis *V* 35 obia *V* 36  
obtata *VP* | recusant *P<sup>s</sup>* 37 onore *V* | penitet *VP* | et *P*  
av *V* ac Schenkl 38 possit — uolet *Toll*

Inuidiae obicitur. pernox est cura disertis;  
Set rudis ornatu uitae caret. esto patronus, 40  
Et defende reos: set gratia rara clientis.  
Esto cliens: grauis imperiis persona patroni.  
Exercent hunc uota patrum: mox aspera curis  
Sollicitudo subit. contemnitur orba senectus  
Et captatoris praeda est heredis egenus. 45  
Vitam parcus agas: audi lacerabere fama,  
Et largitorem grauius censura notabit.  
Cuneta tibi aduersis contraria casibus. ergo  
Optima Graiorum sententia: quippe homini aiunt  
Non nasci esse bonum aut natum cito morte potiri. 50

[Haec quidem Pythagorica est apophasis secundum  
tale quod subiectum est distichon:

*πρῶτον μὲν μὴ φῦναι ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον,  
δεύτερον δὲ τάχιστα πύλας Ἀίδαο περῆσαι.*

Contra sed alterius sectator dogmatis ista 55

Quid doceat reprobans, subdita disce legens:

,,Ergo nihil quoniam uita est quod amemus in ista,

53 Midae Silenus ferebatur olim dixisse (Stob. Flor. CXX 4  
XCVIII 57)

*Ἀοχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον.  
φῦντα δὲ ὅπως ὕπιστα πύλας Ἀίδαο περῆσαι.*

Theognis 425 sqq.

*πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον  
μηδὲ ἔσιδεν αὐγὰς ὁξέος ἡελίον.  
φῦντα δὲ ὅπως ὕπιστα πύλας Ἀίδαο περῆσαι  
καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.*

39 imuidiae V | desertis P 40 et 41 set] V 44 post  
subit duo hemistichia excidisse suspicatur Schenkl. | conteni-  
tur P 45 captatatoris P | eredis V | etgen's V 46 abidi  
lacerauere V 47 notauit V notabis P 48 aduersus P  
50 natum aut P || que secuntur in uno P eiusque apographis P  
Guelpherbytano Gud. 145 et Marciano lat. XII 69 leguntur:  
om. V

51 poetagorica P | apofasis P (cf. Diog. Laert. I 40) 53  
πρῶτον Peiper πρώτα P | φοιηαεναηερ ωποισιν P 54 ΔΕΥΤΡΟΝ  
P | πυλα.ι.Δαοπρησαι P 56 quod P 57 nichil P

Nec tamen incassum fas est nos credere natos,  
Auctorem uitae si iustum credimus esse,  
Vita alia est nobis illi uiuendo paranda,  
Cum quo post istam possimus uiuere uitam. 60  
Illi equidem stygias properent descendere ad umbras,  
Pythagoreorum stolidum qui dogma secuti  
Non nasci sese quam natos uiuere malint.“]

III [363]  
Edyll. xvi] DE VIRO BONO ΠΤΘΑΓΟΡΙΚΗ ΑΠΟΦΑΣΙΣ.

Vir bonus et sapiens, qualem uix repperit unum  
Milibus e cunctis hominum consultus Apollo,  
Iudex ipse sui totum se explorat ad unguem:  
Quid proceres uanique leuis quid opinio uolgi  
·  
Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus, 5  
Externae ne quid labis per leuia sidat.  
Ille, dies quam longus erit sub sidere Canceris  
Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,  
Cogitat et iusto trutinae se examine pendit,  
Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aequis 10  
Partibus ut coeat, nil ut deliret amussis,  
Sit solidum, quodecumque subest, nec inania subter  
Indicet admotus digitis pellentibus ictus,  
Non prius in dulcem declinans lumina somnum,  
Omnia quam longi reputauerit acta diei: 15

58 in casum *P* 59 autorem *P* 62 Illi equidem *Peiper*  
Illaque *P* | stigias *P* 63 pitagoreorum *P* | quid *P* 64 sese]  
esse *P* | mallint *P*

*VGP* III De uiro bono . PYTAGORICI ATIOACIS *V* (*unde ἀποφασίς*  
*Peiper cf. 362, 51*). Incipiunt (*om. G*) de institutione uiri boni  
*G P* 3 āguē *V<sup>1</sup>* 4 leuis] lues *V* | opinio *V* | uolgi] *V<sup>1</sup>*  
*post 4 excidisse uersum statuit Ribbeck, post proceres duorum*  
*uersuum particulas suspicatur Schenkl.* 5 abens *V* | adq<sup>s</sup> *V*  
6 lauis *V* | per deuia *P* 7 diem *VGP* dies *Voss.* 96  
s. *XV* 9 cogitat] cotigat *V<sup>2</sup>* | tutrinae *V* 10 aequus *P*  
11 qoeat *V* coeat *G* | amsis *V* ammissis *P* 12 quoecunque *G* |  
ianua *G* 13 hictus *V* 15 reputarit *P* | hacta *V*

Quae praetergressus, quid gestum in tempore, quid non?  
Cur isti facto decus afuit aut ratio illi?  
Quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedit,  
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem  
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem? 20  
Quid uolui, quod nolle bonum foret? utile honesto  
Cur malus antetuli? num dicto aut denique uoltu  
Perstrictus quisquam? cur me natura magis quam  
Disciplina trahit? sic dicta et facta per omnia  
Ingrediens ortoque a uespere cuncta reuoluens 25  
Offensus prauis dat palmam et praemia rectis.

III [364 Edyll. xvii] NAI KAI OT ΠΤΘΑΓΟΡΙΚΟΝ.

Est et Non cuneti monosyllaba nota frequentant.  
His demptis nil est, hominum quod sermo uolutet.  
Omnia in his et ab his sunt omnia, siue negoti  
Siue oti quidquam est, seu turbida siue quieta.  
Alterutro pariter nonnumquam, saepe seorsis 5  
Obsistunt studiis, ut mores ingeniumque  
Vt faciles uel difficiles contentio nancta est.  
Si consentitur, mora nulla interuenit 'Est Est',  
Sin controuersum, dissensio subciet 'Non'.

16 qua Schier quae Voss. 81 s. *XIIII* quo *VGP* | quod  
— quod *G* 17 *deest P* | *sti V* 18 *deest G* | *mici V michi P*  
19 *quam*] *quid G* 21 *quod*] *quid P* | *feret V* | *onesto V*  
22 *num*] *non P* | *uoltu V* 24 *trait VP* 25 *ad uesperum P* | *cuncta*] *c<sup>v</sup>nc (ta om.) V* 26 *dat G det VP* |  
Explie de institutione niri boni *G* Explicit elegga supra scripta *P*

III NAY . KAY OT PITAGORICON *V* Incipit de Pythagoricis *VGP*  
(pitagoricis *P*) diffinitionibus *NAIKEOY* (ναὶ καὶ οἱ *P*) *GP*  
1 cunetis *P* | monosyllaba *VGP* | frequen̄ *P* 2 dētis *V* | nil *VG*  
nichil *P* | *quod*] *quo VGP corr. aliquot libri s. XV* 3 negotii *VP*  
(lineola erasa) | quietis *VGP corr. Ribbeck* 5 non umquam *VG*  
6 absistunt *P* 7 ut *Bondamius* et *VGP* | facilis *V*  
difficiles *G* difficilis *V* | nancta *G* nacta *P* nata *V* 8 Sic *V*  
9 Sin *P* Si *G* In *V* | discessio *V* dissenso *G* contentio *P*  
subciet *P* subciet *G*

Hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi 10  
 Iurgia sunt circi, cuneati hinc laeta theatri  
 Seditio, et tales agitat quoque curia lites.  
 Coniugia et nati cum patribus ista quietis  
 Verba serunt studiis salua pietate loquentes.  
 Hinc etiam placidis schola consona disciplinis. 15  
 Dogmaticas agitat \* placido certamine lites,  
 Hinc omnis certat dialectica turba sophorum.  
 Estne \* dies? est ergo dies! Nou conuenit istuc;  
 Nam facibus multis aut fulgeribus quotiens lux  
 Est nocturna homini, non est lux ista diei. 20  
 Est et Non igitur, quotiens lucem esse fatendum est,  
 Set non esse diem. mille hinc certamina surgunt,  
 Hinc rauco, multi quoque talia commeditantes  
 Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.  
 Qualis uita hominum, duo quam monosyllaba uersant!

11 laeta] lata Schenkl, tanta Ribbeck | teatri *G* 13 sta *V*  
 14 loquentis *P* 15 scola *GP* 16 placido *VGP* an blando?  
 17 omnes *G* | dialetica *G* | turbas *G* 18 estne dies est ergo  
 dies *VGP* est lux: estne dies ergo *Basil.* s. *XV* alii | non  
*om.* *GP* sed laeuna 3 uel 4 litt. in *P* | istie *VGP* (stic *V*),  
*istuc* *Basil.* et *Voss.* 81. s. *XV* et *XIIII* 19 /aut *P<sup>s</sup>* | ful-  
 geribus *VG* fulgoribus *P* 20 hominū *P* | sta *V* ita *G*  
 21 est *om.* *P* 22 set] *V* 23 hic *VGP* hinc & | rauco  
*Piper* rauci *Ribbeck* pauci *VGP* | commeditantes *V* 24 rau-  
 uiosa *V* | rodent *G* 25 monosyllaua (b ex u al.) *V* mono-  
 silliba (al. corr.) *P* monosylla *G* | Explicit egloga scrip̄ *G*  
 Expl̄c egloga supra scripta *P*

V [365 Edyll. xviii.  
Anth. lat. 647 R.] DE AETATIBVS ANIMANTIVM.  
HESIODION.

Ter binos deciesque nouem super exit in annos  
Iusta senescentum quos implet uita uirorum.  
Hos nouies superat niuendo garrula cornix  
Et quater egreditur cornicis saecula ceruus.  
Alipedem ceruum ter uincit coruus et illum  
Multiplicat nouies Phoenix, reparabilis ales.  
Quem nos perpetuo decies praeuertimus aevo,  
Nymphae Hamadryades, quarum longissima uita est.  
Haec cohibet finis uiuacia fata animantum.  
Cetera secreti nouit deus arbiter aeui. 10

V Hesiodus (fr. 163 F. ap. Plutarch. de orac. def. 11.)

'Εννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρους κορώνη  
ἀνδρῶν ἡβάντων· ἐλαφος δέ τε τετρακόρωνος·  
τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηρασκεται· αὐτὰρ ὁ φοίνιξ  
ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας  
νύμφαι ἐνπλόναμοι, κοῦραι Διὸς αγιόχοιο.

V De aetatibus. Hesiodion V Incipit de aetatibus ani- VGI

hesiodion

mantium . hesiodion GP (hesiodion G *h̄n̄sywλywɔ̄ P*) | uu. 1—8  
habet Beda opp. I p. 517 ed. Giles, 1—10 idem I p. 104.  
1 Centum et bis denos ptenditur sepe per annos al. m. ss. G  
nobem V noue G 2 iuxta P longa ss. al. G | senexcentum  
P<sup>1</sup> | quos implet] perdurans ss. al. G 3 nobies V | ui<sup>uen</sup>do  
pr. corr. ex uideo V 4 saecula] tempora al. ss. G secula  
VP | cerbus V<sup>1</sup> 5 aeripedem Beda | uinxit V 6 multiplicat]  
exsuperat ss. al. G | nobies V | phenix P | reparauilis V  
reāparabilis G | alāes G 7 quem nos] quam uos al. ss. G |  
praeuertimus] tis al. ss. G 8 nīphe V nimphea madryades P<sup>1</sup>  
amadryades GP amadriades V 9 coibet V | finis V G<sup>2</sup> P  
fines G<sup>1</sup> | uiuatia P 10 Caetera V | secreta GP | nobit V  
Finit egloga sup̄ sc̄ri. G

VI [365 A. Edyll. XVIII A.]

\* \* \*

Tempora quae Stilbon uoluat, quae saecula Phaenon,  
Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno  
Circuitus, quali properet Venus alma recursu,  
Qui Phoeben, quanti maneant Titana labores,  
Donec consumpto, magnus qui dicitur, anno, 5  
Rursus in anticum ueniant uaga sidera cursum,  
Qualia dispositi steterunt ab origine mundi.

VII [368 Ecl. 1]

DE RATIONE LIBRAE.

Miraris quicumque manere ingentia mundi  
Corpora, sublimi caeli circumdata gyro,  
Et tantae nullam moli intercedere labem,  
Accipe, quod mirere magis. tenuissima tantis 5  
Principia et nostros non admittentia uisus  
Paruarum serie constant conexa atomorum;  
Set solidum in paruis nullique secabile segmen.  
Vnde uigor uiresque manent aeternaque rerum  
Mobilitas nulloque umquam superabilis aeuo.  
Diminis humana licet conponere. sic est 10  
As solidus, quoniam bis sex de partibus aequis  
Constat et in minimis paribus tamen una manet uis.  
Nam si quid numero minuatur, summa uacillat  
Connulsaeque ruunt labefacto corpore partes.  
Ut, medium si quis uellat de fornicie saxum, 15

V VI in uno V legitur coniunctum cum Hesiodio: carmen de planetis ab Hesiodio alienum, cuius prior pars exciderit, esse Schenkl suspicabatur. 1 q̄ stilo inuoluat V corr. Accursius | secula V | p̄haeton (t ex n?) V corr. Vinetus 2 pirois V | quod V corr. Accursius quot Heinsius 3 arma V<sup>1</sup> 5 consumto V 6 beniant V 7 dispositi V disposita uel dispositu Buecheler | steterant V corr. Buehrens

V VII 2 giro V 7 set V<sup>1</sup> 8 uires uirg<sup>o</sup> (ires uirg<sup>o</sup> in ras.) V corr. Canter 10 dibinis V 11 sex] s m. sec. V 13 uacillet V corr. Lugdun. | uacillent — ruant Heinsius 14 ruunt V

Incumbunt cui cuncta, simul deuexa sequentur  
Cetera communemque trahent a uertice lapsum.  
Non aliter libra est. si defuit uncia, totus  
Non erit as nomenque deunx iam cassus habebit.  
Nec dextans retinet nomen sextante remoto, 20  
Et dodrans quadrante \* satus auctore carebit  
Diuulsusque triens prohibet persistere bessem.  
Iam quincunx tibi nullus erit, si \* prama reuellas.  
Et semis cui semis erit pereuntibus assis  
Partibus? et cuius librae pars septima septunx? 25  
Libra igitur, totum si nulla in parte uacillet.  
Ponderis et numeri morumque operumque et aquarum  
Libra: nec est modulus, quem non hoc nomine signes.  
Telluris, medio quae pendet in aere, libra est  
Et solis lunaeque uias sua libra cohercet. 30  
Libra dii somnique pares determinat horas,  
Libra Caledonios sine litore continet aestus:  
Tu quoque certa mane morum mihi libra meorum.

VIII [369 Ecl. II] DE RATIONE PVERPERII MATVRI.

Omnia, quae uario rerum metimur in actu,  
Astrorum dominatus agit terrenaque tantum  
Membra homini. e superis fortuna et spiritus auris  
Septeno moderanda choro: set praesidet ollis  
Sortitus regimen nitidae Sol aureus aethrae. 5  
Nec sola in nobis moderatur tempora uitae,  
Dum breue solliciti spatium producimus aeui:

Cf. Censorinus de d. n. 8, 2—12

16 imcumbunt *V* 19 eritas *al. dist.*) *V* | dunx *V corr.*  
*Lugd.* | abebit *V* 20 destans *V* 21 satus *V* carens *Gronouius* 22 proibet *V* 23 quincunx *Lugdun.* quinq<sup>vs</sup> *V* |  
prama *V* prima *Lugdun.* f. gramma | rebellas *V* 24 cui] qui *Hultsch* 29 aere *V* | labra *V*<sup>1</sup> (a in *x* corr. *al.*) 30 lu-  
nae *V* | coerces *V* | *In marg. uu.* 18—26 antiqua m. haec  
assis et partium eius signa addidit:

*f* | *SΛΛ* | *SΛΛ* *Λ* | *SΝ* *N* | *ΛΛ* *SΛ* | *ΛΝ* | *ς* | *Ι* *Λ*

VIII 2 terraena *V*<sup>1</sup> 3 mēbra *V* 4 septena *V*<sup>1</sup> 6 sol *V*  
in *V corr.* *Toll* 7 aequi *V*

Creditur occultosque satus et tempora uitae  
Materno ducenda utero formare uidendo  
Et nondum exortae leges conponere uitae. 10  
Namque ubi conceptus genitali insederit aruo,  
Haut dubium Solem cuicunque insistere signo.  
Qui cum uicini stationem ceperit astri,  
Contiguos nullum transfundit lumen in ortus.  
Ast ubi conuersis post menstrua tempora habenis 15  
Seandit purpureo iam tertia sidera curru,  
Obliqua exilem demittit linea lucem,  
Adspirans tenues per inertia pondera motus.  
Quarta in sede uiget primi indulgentia Solis,  
Suadet et infusus teneros coalescere fetus. 20  
Fulgor tetragono adpectu uitale coruseat,  
Clarum et lene micans, quinti qui cardine signi  
Incutit attonitam uegetato infante parentem.  
Nam sexto uis nulla loco, quia nulla tuendi  
Aequati lateris signatur regula Phoebo. 25  
Ast ubi signiferae media in regione cohortis  
Septimus accepit limes rutilantia flammis  
Recto castra situ: turgentis foedera partus  
Iam plena sub luce uidet, nec fulgura parci  
Luminis intendens toto fouet igne coronae. 30  
Hinc illud, quod legitimos Lucina labores  
Praeuenit et grauidos sentit subrepere nixus  
Ante expectatum festina puerpera uotum.

---

8 quae satos *V corr. Scaliger* 10 exorate *V corr. Scaliger*  
11 aruo *Heinsius Graeuius (coll. Vergil. G. III 136)*,  
albo (b in v al.) *V* 12 aut *V<sup>1</sup>* duuinni *V* 14 contiguos:  
g ex n? *V* 15 conuersis: i.e.c u *V* | abenis *V* 16 purpureo:  
o e.c u *V<sup>s</sup>* 17 obliqua<sup>q</sup> (litt. e inferior pars crasa) *V corr. Lugdun.* | dimittit *V corr. Floridus* 20 infusos *V corr. Scaliger*  
2,3 21 tetrigono *V corr. Vinetus* | aspectus *V corr. Vinctus*

22 qui *Scaliger* 2,3 q<sup>8</sup> *V* que e *Schenkl* 25 phebo *V*  
26 signifer et cohortes *V corr. Scaliger* 28 federa *V* 29  
plena: e al. rescr. *V<sup>1s</sup>* | litt. sub lue in ras. *V* 30 intēdens  
(<sup>z</sup> al. in ras.) *V* | fobet *V<sup>1</sup>* coronae *V* 31 illut *V* | lauores *V<sup>1</sup>* 32 subripere *V corr. Lugdun.*

Quod nisi, septeno cum lumina fudit ab astro,  
 Impulerit tardi claustra oblectantia partus, 35  
 Posterior nequeat, possit prior: an quia sexto  
 Aemulus octavi conspectus inutilis astri  
 Nescit compariles laterum formare figuras?  
 Set nono incumbens signo cunctantia matrum  
 Vota leuat, trigono uires sociante sequenti.  
 At si difficilis rursum trahit Ilithyia,  
 Tetragono absoluet dubiarum uincula morarum. 40

## VIII [372 Eccl. v] DE NOMINIBVS SEPTEM DIERVM.

Nomina, quae septem uertentibus apta diebus  
 Annus habet, totidem errantes fecere planetae.  
 Quos indefessa uoluens uertigine mundus  
 Signorum obliqua iubet in statione uagari.  
 Primum supremumque diem radiatus habet Sol. 5  
 Proxima fraternae succedit Luna coronae.  
 Tertius adsequitur Titania lumina Mauors.  
 Mercurius quarti sibi uindicat astra diei.  
 Illustrant quintam Iouis aurea sidera zonam.  
 Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem. 10  
 Cuncta supergrediens Saturni septima lux est.  
 Octauum instaurat reuolubilis orbita Solem.

34 quum *V*    35 tardi: d *ex t?* *V* | oblectantia *V*    36

nequeat: q *in ras.*, eq *ex σ (i. t)? V*    37 aemulus taui (lus ta  
 al. *in ras.*) *V*    40 uiris *V*    41 ad *V* | rursum t. I.] trahi  
 thilithi sidera rursum *V* corr. *Pepper* nixus t. I. *Scaliger* 2, 3  
 partus *Floridus* (partum *Toll*) *suppl.*, t. I. retrorsum *Heinsius*  
 42 duuiarum *V*

IX INCPT EGLOGAR<sub>E</sub> DE NOMINIB<sub>S</sub> SEPT<sub>E</sub> DIER<sub>E</sub> *V* Eclogarium *Scaliger* 2, 3    2 abet *V*    5 abet *V*    6 lunae *V*<sup>1</sup>    8 sinu *V*<sup>1</sup>  
 12 octabum *V* | resoluuilis *V*    *V*

X [376 Ecl. viii  
Anth. lat. 639 R.]

MONOSTICHA DE MENSIBVS.

Primus Romanas ordiris, Iane, kalendas.

Februa uicino mense Numa instituit.

Martius antiqui primordia protulit anni.

Fetiferum Aprilem uindicat alma Venus.

Maiorum dictus patrum de nomine Maius.

Iunius aetatis proximus est titulo.

Nomine Caesareo Quintilem Iulius auget.

Augustus nomen Caesareum sequitur.

Autumnus, Pomona, tuum September opimat.

Triticeo October faenore ditat agros.

Sidera praecipitas pelago, intempeste Nouember.

Tu genialem hiemem, feste December, agis.

5

10

XI [377 Ecl. viii]

ITEM DISTICHA.

Iane noue, primo qui das tua nomina mensi,

Iane bifrons, spectas tempora bina simul.

Post superum cultus uicino Februa mense

Dat Numa cognatis manibus inferias.

Martius et generis Romani praesul et anni

5

Prima dabus Latiis tempora consulibus.

Aeneadum genetrix uicino nomen Aprili

Das Venus: est Marti namque Aphrodita comes.

Maia dea, an maior Maium te fecerit aetas,

Ambigo: sed mensi est auctor uterque bonus.

Iunius hunc sequitur duplii celebrandus honore,

Seu nomen Iuno sine Iuuenta dedit.

10

V X monistica de mensibus V 3 antiqui// V 4 feti-  
fer<sub>2</sub>: fer<sub>3</sub> in ras. V 7 nomin<sup>e</sup> V 9 tū V<sup>1</sup> tu<sup>um</sup> V<sup>2</sup>  
10 triticeo: rasura (e?) super it V | octuber V 11 intem-  
peste (t eras.) V | nobemuer V 12 iemem V<sup>1</sup>

V XI ITEM DISTICHA V 1 nobe V 2 uifrons V | spectans  
Lugdun. 8 afrodicta V 9 maium] Mai Lugdun. 11 dup-  
pliei V 12 sibe V | iubenta (b e.c m pr. corr.) V<sup>1</sup>

Inde Dionaeo prae fulgens Iulius astro  
Aestatis mediae tempora certa tenet.  
Augustus sequitur cognatum a Caesare nomen, 15  
Ordine sic anni proximus, ut generis.  
Nectuntur post hos numerumque ex ordine signant  
September, Bacchi muuere praela rigans,  
Et qui sementis per tempora faenore laetus  
October cupidi spem fouet agricolae, 20  
Quique salo mergens sollemnia signa Nouember  
Praecipitat, caelo mox redditura suo.  
Concludens numerum genialia festa December  
Finit, ut a bruma mox nouus annus eat.

XII [379 Ecl. xi] DE TRIBVS MENSTRVIS MENSVM.

Bis senas anno reparat Lucina kalendas  
Et totidem medias dat currere Iuppiter idus  
Nonarumque diem faciunt infra octo secundi.  
Haec sunt Romano tantum tria nomina mensi;  
Cetera per numeros sunt cognomenta dierum. 5

XIII [378 Ecl. x] QVOTENI DIES SINT MENSVM SINGVLORVM.

Inplet tricenas per singula menstrua luces  
Iunius Aprilisque et cum Septembre Nouember.  
Vnum ter denis cumulatius adde diebus  
Per septem menses, Iani Martisque kalendis  
Et quas Maius agit, quas Iulius Augustusque 5  
Et quas October positusque in fine December.

18 bacci V 20 octuber V | fobet V 21 nobember V  
24 nobus V | annus<sup>s</sup> (s al. ss.) V

XII MENSVM: v pr. in ras. Vs 3 intra Mommsen V  
4 romana (na in no al.) V 5 numero V<sup>1</sup> (s al. ss.)

XIII D<sup>I</sup>E<sup>S</sup> SINT V 2 nobember V 5 terrenis V<sup>1</sup> | qua V  
V<sup>1</sup> | agustus V 6 octuber

Vnus erit tantum duodetriginta dierum,  
Quem Numa p<sup>rae</sup>posito uoluit succedere Iano.  
Sic ter centenis decies accedere senos  
Quadrantemque et quinque dies sibi computat annus. 10

XIII [380] Ecl. x] QVO MENSE QVOTAE NONAE VEL IDVS SINT.

At nonas modo quarta aperit, modo sexta refert lux.  
Sexta refert Mai Octobris Martisque recursu  
Et qui solstitio sua tempora Iulius infert.  
Cetera pars mensum quartis est praedita nonis;  
Omnes uero idus octaua luce recurrent. 5

XV [381 Ecl. xi] QVOTAE KALENDÆ SINT MENSVM  
SINGVLORVM.

Post idus, quas quisque suas habet ordine mensis,  
Diuersae numero redeunt uariante kalendæ,  
Dum . . . . . rursumque iterumque uocantur,  
Vt tandem optati procedant temporis ortu.  
Ter senis unoque die genialia festa 5  
Porrigit, ut Ianum arcessat noua bruma morantem.  
Hoc numero mensisque Numae redit autumnique  
Principium referens Bacchi September alumus.  
Iulius et Maius positusque in fine December  
Octoberque die reuocatur tardius uno. 10

10 que] quem *V<sup>1</sup>*

XIII 1 at: t al. in ras. *V* 2 maii: pr. i rescr. al. *V*  
octubris *V* 3 sol/stitio (eraso i) *V* 4 mensuum: pr. u  
paene eraso *V* 5 octaba *V*

XV 1 abet *V* | ordinē *V* 2 kalendę: d al. in ras., e ex  
e *V* 3 uersus mancus; post dum lacunam statuit Schenkl  
(uertente anno suppl. Mommsen, post iterumque Lugdun. (ex-  
plete mense suppl. Lugdun., sequenti a mense Gronouius)  
inter iterum et que duarum litt. spatium *V* 4 obtati *V* |  
ortus Gronouius 6 noba *V* | brva (v in ras., m pro euania  
uirgula ss.) *V* 8 bacci/ (leuis rasura pr. m.) *V* 10 octuber *V<sup>1</sup>*

Inde die redeunt minus uno quattuor ultra,  
Quos numero adiciam: Sextilis, Iunius atque  
Aprilis, post quos paenultima meta Nouember.  
Ter quinis unoque die, Iunonie Mauors,  
Vt redeas referasque exordia prima, cieris.      15  
Hoc numero ad plenum uertens reparabitur annus.

xvi [371 Ecl. IIII] RATIO DIERVM ANNI VERTENTIS.

Nonaginta dies et quattuor ac medium Sol  
Conficit, a tropico in tropicum dum permeat astrum,  
Octipedem in Cancerum Phrixeo ab Ariete pergens.  
Hoc spatio aestiui pulsusque et meta diei.      5  
Semidiemque duosque dies deciesque nouenos  
A Cancro in Chelas aequatae tempora noctis  
Atque dii cursu peragit Sol aureus altero,  
Autumni aestatisque simul confinia miscens.  
Vnde autumnales transcurrrens ordine menses  
Ad tropicum pergit signum gelidi Capricorni,      10  
Octo dies decies octonis insuper addens  
Quadrantemque dii, quinto qui protinus anno  
Mense Numae extremo nomen capit embolimaei.  
Inde ad Agenorei festinans cornua Tauri,  
Scandit Lanigeri tropicum Sol aureus astrum,      15  
Nonaginta dies decreto fine cohencens.  
Hic tibi circus erit semper uertentibus annis  
Ter centum ac senis decies et quinque diebus.

---

11 rediunt *V*    12 adque *V*    13 moeta *V* | nober *V<sup>1</sup>*  
unde nobember (*m in ras.*) *V<sup>2</sup>*    16 reparauit *V*

XVI 1 hac *V*    3 cacerum (*punctum ss. al.?*) *V* | frixeo *V* *V*  
4 met̄a *ex* meta *al. V*    6 celas (*el in ras.*, *h ss al.*) *V*  
7 adque *V* | altro *LMueller*    8 simul: i *postea intrus.* *V*  
10 capricornu *V<sup>1</sup>* (*rasura corr.*)    12 diei *V corr. Lugdun.*  
13 embolisme *V<sup>1</sup>* embolismei *V<sup>2</sup>*    14 agenore *V<sup>1</sup>*    17 circus  
(*s al. ss*) *V* circlus *Baehrens*    18 hac *V* | dees <sup>ci</sup> *ex* dies *al. V*

XVII [382 Ecl. XII] IN QVO MENSE QVOD SIGNVM SIT  
Anth. lat. 640 R.] AD CVRSVM SOLIS.

Principium Iani sancit tropicus Capricornus.  
Mense Numae in medio solidi stat sidus Aquari.  
Procedunt duplices in Martia tempora Pisces.  
Respicis Apriles, Aries Phryxee, kalendas. 5  
Maius Agenorei miratur cornua Tauri.  
Iunius aequatos caelo uidet ire Laconas.  
Solstitio ardantis Cancer fert Iulius astrum.  
Augustum mensem Leo feruidus igne perurit.  
Sidere, Virgo, tuo Bacchum September opinat  
Aequat et October sementis tempore Libram. 10  
Scorpions hibernus praeceps iubet ire Nouembrem.  
Terminat Arquitenens medio sua signa Decembri.

XVIII [384  
Ecl. XIII] A SOLISTITIO IN AEQVINOCТИVM RATIO.

Sol profectus a teporto ueris aequinoctio  
Post semidiem postque totos nonaginta et quattuor  
Feruidis flagrans habenis pulsum aestuum conficit.  
Inde autumnus noctis horas librans aequo lumine  
Octo et octoginta goeris et super trihorio. 5

\* \* \*

Inde floridum reflexis uer reuisit oreis  
Additis ad hos priores goeros geminiis orbibus.

V XVII quidam ueterum *Beda de temporum ratione* c. 16  
(qui cum libris FPMb Schenklianiis uersus 1—3 in fine ponit)  
u. 6 in cod. Coloniensi 211 (Darmstad. 2180) s. VIII legitur:  
'huic ergo mensi (lumio) geminorum signa asseribuntur. unde  
poeta: Iunius aequantas etc.' 2 in del. Buecheler 3 duppli-  
cates V 4 prhixae (rhi al. in rus.) V 7 solistitio V  
9 baceum V 10 octuber V 11 ibernum V | nobeber V  
V XVIII 2 quatuor V 3 abenis V | extibni V 4 oras  
V 5 triorio V | lucunam indicarunt Vinetus et Scaliger, duos  
uersus excidisse Schenkl suspicatur. 6 reflexit V corr. Hein-  
sius et Canter 7 goeres V corr. Scaliger 2, 3

XVIII [375  
Ecl. viii]

DE MENSIBVS ET QVATTVR ANNI  
TEMPORIBVS.

Aeternos menses et tempora quattuor anni  
 Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent.  
 Martius, Aprilis, Maius sunt tempora ueris.  
 Iulius, Augustus nec non et Iunius aestas.  
 Septembri, Octobri autumnat totoque Nouembri. 5  
 Brumales Ianus, Februarius atque December.

XX [386 Ecl. xvi] DE LVSTRALIBVS AGONIBVS.

Quattuor antiquos celebrauit Achaia ludos.  
 Caelicolum duo sunt et duo festa hominum.  
 Sacra Ioui Phoebique, Palaemonis Archemorique,  
 Serta quibus pinus, malus, oliua, apium.

XXI [387 Ecl. xviii] DE LOCIS AGONVM.

Prima Ioui magno celebrantur Olympia Pisae.  
 Parnasus Clario sacrauit Pythia Phoebo.  
 Isthmia Portuno bimari dicat alta Corinthos.  
 Archemori Nemeaea colunt funebria Thebae.

Anthol. VIII 357 ΑΛΕΞΠΟΤΟΝ (Plan. ΔΡΧΙΟΥ)

[εἰς τὸν τέσσαρες ἀγῶνας.]

Τέσσαρες εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἵροι,  
 οἱ δύο μὲν θυητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.

Ζηνὸς, Λιτοῖδαο, Παλαιμονος, Ἀρχεμόροιο.  
 ἀθλα δὲ τῶν πότινος, μῆλα, σέλινα, πίτνα.

XVIII carmen deest V | inscr. dedi ex TG, de temporibus Z  
 Mp 1 Et ternos Tp | quatuor TM IIIor p 2 quatuor TM  
 | monistica Z | sdicent (s del.) T 4 et om. minio ss. (crux  
 in marg. add.) T 5 octubri p | nouūn bri p <sup>nou</sup> decembri (dec  
 del.) T 6 decembbris G

XX AGONIBVS (rasura post 1) V 1 acaia V 3 phebi V<sup>1</sup> V

XXI 1 iobi V | celebratur V corr. Lugdun. | olimpia V V  
 2 parnassus V | claro V corr. Lugdun. | pytia phebo V 3 bima-  
 ris V bimari Peiper (an bimarisque dicata?) | dicat alta Vinetus  
 dicata V 4 nemeae V corr. Scaliger | thaebae V

XXII [388 Ecl. xviii] DE AVCTORIBVS AGONVM.

Primus Olympiacae sacrauit festa coronae  
Iuppiter Argui stadia ad longissima circi.  
Proximus Alcides Nemeum sacrauit honorem.  
Haec quoque temporibus quinquennia sacra notandis.  
Isthmia Neptuno data sunt et Pythia Phoebo      5  
Ancipiti cultu diuorum hominumque sepultis.

XXIII [389 QVOD IDEM QVI SACRI AGONES SVNT ET  
Ecl. xx] FVNEBRES LVDI HABEANTVR.

Tantalidae Pelopi maestum dicat Elis honorem.  
Archemori Nemeaea colunt quinquennia Thebae.  
Isthmia defuncto celebrata Palaemone notum.  
Pythia placando Delphi statuere draconi.

XXIV [385 Ecl. xv] DE FERIS ROMANIS.

Nunc et Apollineos Tiberina per ostia ludos  
Et Megalesiacae matris operta loquar  
Vulcanique dies, autumni exordia primi,  
Quinquatrusque deae Pallados expediam  
Et medias idus Mai Augustique recursu,      5  
Quas sibi Mercurius quasque Diana dicat;  
Matronae quae sacra colant pro laude uirorum,  
Mauortis primi cum rediere dies.  
Festa Caprotinis memorabo celebria nonis,  
Cum stola matronis dempta teget famulas.      10

V XXII 3 Nemeum *Pep̄er nemeaeum* V Nemeae *Lugdun.*  
4 quinquenia V 5 isthmia V | pithia phaebo V uu. 4 et  
6 carminis quod sequitur initium esse suspicatur Schenkl

V XXIII FVNERBRE V | AB̄E / vR (NT pacne enanuerunt) V  
1 dicaehelisonorē V corr. Scaliger 2, 3      2 arcemori V | ne-  
meae V corr. Heinsius      3 isthmia V      4 pitia V | delfi V  
V XXIII FERIS V 5 mali V corr. Lugdun. | agusti V  
9 caprotini's V | memoriau V 10 demta V

- Quattuor illa etiam discretis partibus anni  
    Solstitia et luces nocte dieque pares. 15  
Nec Regifugium pulsis ex urbe tyrannis  
    Laetum Romanis fas reticere diem.  
Visne Opis ante sacrum uel Saturnalia dicam  
    Festaque seruorum, cum famulantur eri?  
Et numquam certis redeuntia festa diebus,  
    Compita per uicos cum sua quisque colit?  
Aut duplice cultum, quem Neptunalia dicunt,  
    Et quem de Conso consiliisque uocant? 20  
Festa haec, nauigiis aut quae celebrata quadrigis  
    Iungunt Romanos finitosque duces.  
Adiciam cultus peregrinaque sacra deorum,  
    Natalem Herculeum uel ratis Isiaceae,  
Nec non lasciui Floralia laeta theatri,  
    Quae spectare uolunt, qui uoluisse negant. 25  
Nunc etiam ueteres celebrantur Equirria ludi:  
    Prima haec Romanus nomina circus habet.  
Et Dionisiacos Latio cognomine ludos  
    Roma colit, Liber quae sibi uota dicat.  
Aediles etiam plebi aedilesque curules  
    Sacra Sigillorum nomine dicta colunt.  
Et gladiatores funebria proelia notum  
    Decertasse foro: nunc sibi hareua suos  
Vindicat extremo qui iam sub fine Decembris  
    Falcigerum placant sanguine caeligenam. 35

---

11 quatuor *V* | annis *V* corr. *Lugdun.* 15 opes *V* corr.  
*Scaliger* 2, 3 16 heri *V* 19 duplice *V* 24 erculeum  
*V<sup>1</sup>* | ratis siacae *V* corr. *Lugdun.* 25 teatri *V<sup>1</sup>* 28 abet  
*V<sup>1</sup>* 29 dionisiacos *V* 30 liuer *V<sup>1</sup>* | tibi *Schenkl* cum *Hein-*  
*sio* 31 aedilis *V* | pleui *V<sup>1</sup>* 32 dita *V* 33 prælia (e ex  
e al.) *V* 34 arena *V<sup>1</sup>* 36 sanguinem *V<sup>1</sup>* (m *antiq. m. del.*)

XXV [366 Edyll. xviii] MONOSTICHA DE AERVMNIS  
Anth. lat. 641 R.] HERCVLIS.

Prima Cleonaei tolerata aerumna leonis.  
Proxima Lernaeam ferro et face contudit hydram.  
Mox Erymantheum uis tertia perculit aprum.  
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui. 5  
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto.  
Thraeiciam sexto spoliauit Amazona balteo.  
Septima in Augei stabulis inpensa laboris.  
Octaua expulso numeratur adoria tauro.  
In Diomedais uictoria nona quadrigis.

XXV Anthol. Planud. (XVI) 92 D.

ΑΔΗΛΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΑΘΛΟΙ.

Πρωτα μὲν ἐν Νεμέῃ βοιαρὸν κατέπεφνε λέοντα.  
δεύτερον ἐν Λέρνῃ πολυναύχερον ὀλεσεν ὕδραν.  
τὸ τρίτον αὐτὸν ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε πάπρον.  
χρυσοκέρων ἔλαφον μετὰ ταῦτα ἥγρευσε τέταρτον,  
πέμπτον δ' ὄρνιθας Στυμφάλιδας ἔξεδίωξεν. 5  
ἔκτον Άμαζονίδος κόμισε ξωστῆρα φαεινόν.  
έβδομον Ανγείου πολλὴν κόπρον ἔξεκάθηρεν.  
ὄγδοον ἐκ Κρήτης πυρίπνουον ἔλασε ταῦρον.  
εἶνατον ἐκ Θούκης Διομήδεος ἥγαγεν ὑπουρος.  
Γηρούνου δέκατον βόας ἥγαγεν ἐξ Ἐρυθείης.  
Κέρθερον ἐνδέκατον αὖν ἀνίγαγεν ἐξ Αΐδαο.  
δωδέκατον ἐκόμισσεν ἐξ Ἑλλάδα χούσεα μῆλα.  
[τὸ τρισικαιδέκατον τοίον λυγρὸν ἔσχεν ἀεθλον·  
μουνονυχὶ πεντήκοντα ἔυνελέξατο κούραις.] 10

**G B P, Z** XXV Monistica (Monastica *G*) de aerumnis herculis (erumnis erculis *V*) *VG* Incipit de erumnis Herculis *B* Incipiunt monosticha de erumpnis herculis *P* Incipiunt monistica de XII erumnis Herculis *Tp* (XII om. *p*) Incipiunt monistica de erumnis Herculis XII *M* Ausonii monostichum de XII erumnis Herculis *g* (*ed. princeps*) 1 erumna (e in e corr.) *V* erumpna *P* | laboris *Tp* 2 Proxima: rasura super a *V* | leraneam *V* | contulit *M* | iram *V* ydram *B P M p* 3 erimanteum *V P M* herimanteum *B* erymantheum *G* erimantheum *Tg* 4 aeripedis *G* 5 stymphalidas *V P T M p* | certamine *T* 6 thereiciam *V* threitio *T* treiciam *M p* | baltheo *T M* 7 angeis *V G B P* augei *Z p* (imageis tabulis *p*) | stabula *V<sup>1</sup>* 8 octa<sup>ba</sup> *V* | adorea *g* | numerantur *P* 9 diomedeis: rasura super i alt., ex i longa? *V* | non<sup>a</sup> *V*

Geryone extincto decimam dat Hiberia palmam. 10  
Vndecimo mala Hesperidum destricta triumpho.  
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

XVI [383 Ecl. XIII  
Anth. lat. 642 R.]

QVINTI CICERONIS HI VERSVS EO PERTINENT VT  
QVOD SIGNVM QVO TEMPORE INLVSTRE SIT NOVE-  
RIMVS. QVOD SVPERIVS QVOQVE NOSTRIS VERSI-  
BVS EXPEDITVR.

Flumina uerna crient obscuro lumine Pisces  
Curriculumque Aries aequat noctisque diique. 5  
Cornua quem condunt florum praenuntia Tauri  
Aridaque aestatis Gemini primordia pandunt  
Longaque iam munit praeclarus lumina Cancer  
Languificosque Leo proflat ferus ore calores.  
Post modium quatiens Virgo fugat orta uaporem:  
Autumni reserat portas aequatque diurna  
Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.  
Ecfetos ramos denudat flamma Nepai, 10  
Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris,  
Bruma gelu glacians iubar exspirat Capricorni,  
Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.  
Tanta supra circaque uigent ui flamina mundi.  
At dextra laeuaque ciet rota fulgida Solis 15  
Mobile curriculum et Lunae simulacula feruntur.

10 gerione *GVZ* gerryone *P* | hyberia *PTp* iberia *g*  
11 esperidum *V* | destricta *V* districta *cet.* | trihumfo *V* 12  
subp̄ma *V* supprema *BP* | Finiunt monistica supra scripta *P*

XXVI *hoc carmen post XVII [382] ponendum dicit Scaliger* 2, 3 1 Flamina *Wakefield* 2 diei *V* dii *Lugdun.*  
3 comuunt *V* corr. *Scaliger* 2, 3 5 minuit *V* corr. *Peiper*  
6 languificus *V* corr. *Pithoeus* | proflat *V* 7 modium *V<sup>1</sup>*  
modium *V<sup>2</sup>* 10 ecfetos *Riese* et fetos *V* effoetos *Pithoeus* |  
dinudat *V* 11 pigra// (n eraso?) *V* 12 iubar est spirans *V*  
*corr. Ianus Heluetius* | capricornii (sic ii; non u) *V* 13 quem  
*Heinsius* | licor *V* | almus *Wakefield* 14 uigent umi flamina *V*  
*corr. Riese* 15 Ad dextera *V* corr. *Lugdun.* 16 mouile *V*  
post 16 laeunam esse uidit *Buecheler*

Squama sub aeterno conspectu torta Draconis  
Eminet. hunc infra fulgentes Arcera septem  
Magna quatit stellas: quam seruans serus in alta  
Conditur oceani ripa cum luce Bootes. 20

XXVII [373. 374 Ecl. vi.  
Anth. lat. 643 R.]

HIC VERSVS SINE AVCTORE EST.  
QVO DIE QVID DEMI DE CORPORE OPORTEAT.

Vngues Mercurio, barbam Ioue, Cypride crines.

HOC SIC REFELLENDVM.

Mercurius furtis probat ungues semper acutos  
Articulisque aciem non sinit imminui.  
Barba Ioui, crines Veneri decor: ergo necesse est,  
Vt nolint demi, quo sibi uterque placent.  
Mauors imberbos et caluos Luna adamasti: 5  
Non prohibent comi tum caput atque genas.  
Sol et Saturnus nil obstant unguibus: ergo  
Non placitum diuis tolle monostichium.

---

*uu. 17—20 alieni carminis fragmenta esse antea suspicabatur Schenkl. 17 aeterno] arctoo Scaliger, aetherio uel alterno Heinsius, f. extremo 18 infra Buecheler inter V propter Riese, f. subter 19 stellās V corr. Canter | serbans V 20 conditor o. ripas e. l. bootis V corr. Canter*

*V XXVII quo] quoque Scaliger 2, 3 | iobe V | cipriide V<sup>1</sup>  
1 furti V corr. Salmasius 3 iobi V | erinis V 4 nollent V  
corr. Toll 5 Mauors] auors in ras. al. m. V | imueruos V<sup>1</sup>  
imberbes V<sup>2</sup> 6 prohibent V | comi: 5 m.<sup>2</sup> V<sup>s</sup> | adque V  
7 nil V | unguibus V 8 monostichium V*

---

VIII.  
⟨CVPIDO CRVCIATVR⟩.

324 Edyll. vi] AVSONIVS GREGORIO FILIO SAL.

En umquam uidisti nebulam pictam in pariete?  
Vidisti utique et meministi. Treueris quippe in tri-  
clinio Zoili fucata est pictura haec: Cupidinem cruci  
adfigunt mulieres amatrices, non istae de nostro sae-  
culo, quae sponte peccant, sed illae heroicae, quae 5  
sibi ignoscunt et plectunt deum. quarum partem in  
lugentibus campis Maro noster enumerat. Hanc ego  
imaginem specie et argumento miratus sum. deinde  
mirandi stuporem transtuli ad ineptiam poetandi. mihi  
praeter lemma nihil placet; sed commendo tibi erro- 10  
rem meum: naeuos nostros et cicatrices amamus; nec  
soli nostro uitio peccasse contenti affectamus, ut  
amentur. uerum quid ego huic eclogae studiose pa-  
trocinor? certus sum, quodcumque meum scieris, ama-  
bis; quod magis spero, quam ut laudes. uale et dilige 15  
parentem.

---

7 Vergil. A VI 440—451

---

Finit protrepticus (*G*, *om.* *Tl*). incipit aeglogarum liber Z  
(*G* 1 *sed liber om.* *λ*, *totum om.* *T*) Ausonius gregorio filio sa-  
lutem (sal' *T om.* *λ*) *Z* 1 en unquam *T* an ñquam *G* en  
nunquam an *λ* 2 treuiris *Z* (treuiri *G*) | tridinio *G* 4 affi-  
gunt *Z* 8 deinde *T* denique *λ G* 10 praeter *ψ pp G* pro-  
pter *λ*, prompt' *T* | lemnia *Tl* lemma *G* 11 neruos *G*  
12 uitio] iudicio *λ* | affectamus *Z* 13 aeglogae *λ G* eglogae *T*  
14 quodeunque *λ*, n *ex m pr.* *T* quodeñque *G* | meñ meñ *T*  
15 et *T ac G* 1

[325]

## CVPIDO CRVCIATVR.

Aeris in campis, memorat quos musa Maronis,  
 Myrteus amentes ubi lucus opacat amantes,  
 Orgia ducebant heroides et sua quaeque,  
 Vt quondam occiderant, leti argumenta gerezabant,  
 Errantes silua in magna et sub luce maligna 5  
 Inter harundineasque comas grauidumque papauer  
 Et tacitos sine labe lacus, sine murmure riuos:  
 Quorum per ripas nebuloso lumine marcent  
 Fleti, olim regum et puerorum nomina, flores  
 Mirator Narcissus et Oebalides Hyacinthus 10  
 Et Crocus auricomans et murice pietus Adonis  
 Et tragicus scriptus gemitu Salaminius Aeas;  
 Omnia quae lacrimis et amoribus anxia maestis  
 Exercent memores obita iam morte dolores:  
 Rursus in amissum reuocant heroidas aeuum. 15  
 Fulmineos Semele decepta puerpera partus  
 Deflet et ambustas lacerans per inania cunas  
 Ventilat ignauum simulati fulguris ignem.  
 Irrita dona querens, sexu gausa uirili,  
 Maeret in antiquam Caenis reuocata figuram. 20  
 Vulnera siccata adhuc Procris Cephalique cruentam  
 Diligit et percussa manum. fert fumida testae  
 Lumina Sestiaca praeceps de turre puella.  
 Et de nimboso saltum Leucate minatur

Cupido cruciatus  $\lambda$  Ausonii aegloga in qua cupido cruciatur  $TG$  1 quos  $\psi$  quo  $Z$  platonis  $T\lambda$  2 mirteus  $\lambda$  mirethens  $T$  amantes (e al. ss.)  $T$  optat  $T$  amates  $T^1$  4 laeti  $TG$  6 arundineas  $G$  9 fletiodum  $T$  10 narcisus (sus ex ous pr.)  $T$  narcissum  $\lambda$  iacynthus  $TG$  jacintus  $\lambda$  12 genitus alaminius  $T$  gemitus alamius  $\lambda$  13 lachrymis  $\lambda$  moestis  $T\lambda$  14 post 15 transponit Schenkl 14 rursum  $\lambda$  17 defelet  $T$  lacera  $T\lambda$  latera  $G$  corr. Sealiger 2, 18 18 fulguris  $Z$  20 moerct  $G$  coenis  $\lambda$  eeneis  $G$  22 testae  $G\lambda$  uestem testem (uestem pr. del.)  $T$  23 sestycica  $T$  sextiaca  $\lambda$  24 nimboso: s ex o uel s  $T$  nymboso  $G\lambda$  leuchate  $T$

Harmoniae cultus Eriphyle maesta recusat,  
Infelix nato nec fortunata marito.  
Tota quoque aeriae Minoia fabula Cretae  
Picturarum instar tenui sub imagine uibrat.  
Pasiphae niuei sequitur uestigia tauri. 30  
Licia fert glomerata manu deserta Ariadne.  
Respicit abiectas desperans Phaedra tabellas.  
Haec laqueum gerit, haec uanae simulacra coronae:  
Daedaliae pudet hanc latebras subiisse iuuenciae.  
Praereptas queritur per inania gaudia noctes 35  
Laudamia duas, uiui functique mariti.  
Parte truces alia strictis mucronibus omnes  
Et Thisbe et Canace et Sidonis horret Elissa.  
Coniugis haec, haec patris et haec gerit hospitis ensem.  
Errat et ipsa, olim qualis per Latmia saxa 40  
Endymioneos solita adfectare sopores,  
Cum face et astrigero diademate Luna bicornis.  
Centum aliae ueterum recolentes uulnera amorum  
Dulcibus et maestis refouent tormenta querellis.  
Quas inter medias furuae caliginis umbram 45  
Dispuslit inconsultus Amor stridentibus alis.  
Agnouere omnes puerum memorique recursu  
Communem sensere reum, quamquam umida circum  
Nubila et auratis fulgentia cingula bullis  
Et pharetram et rutilae fuscarent lampados ignem: 50

25 *hic excidisse uersum uidit Ugoletus, qui ex Horatio cp.*  
*I 19, 28 lacunam sic expleuit: mascula Lesbiacis Sappho peri-*  
*tura sagittis. 26 hermione Gλ | cultas λ | heriphilles T eri-*  
*phyllies G eryphiles λ | moesta Z 27 infoelix Tλ 28 ae-*  
*reo T 30 pasyphe λ pasiphæ G 31 deserta: t ex r? T*  
*32 adiectas T | fedra λ 33 coronae] figuræ T 34 iuuen-*  
*tae Gλ (-te λ) 36 laodomia G laudomia T laodamia λ*  
*37 crucis T 38 tysbe Gλ | sydonis Z | elyssa T 40 lath-*  
*mia T lamia G 41 endimioneos Z | solita] oblita T | affe-*  
*ctare Z 42 dyademate λ | luna om. λ 43 ueteres T 44*  
*moestis Z | querelis Z 45 calliginis T 48 comunem T |*  
*rerum G | quanquam λ | humida Z 49 auratas — bullas Z*  
*corr. Scriuerius 50 rutilæ T | fuscarent G fugarent Tλ*

Agnoscunt tamen et uanum uibrare uigorem  
 Occipiunt hostemque unum loca non sua nanctum,  
 Cum pigros ageret densa sub nocte uolatus,  
 Facta nube premunt. trepidantem et cassa parantem  
 Suffugia in coetum mediae traxere cateruae. 55  
 Eligitur maesto myrtus notissima luco,  
 Inuidiosa deum poenis. crucianerat illic  
 Spreta olim memorem Veneris Proserpina Adonin.  
 Huius in excenso suspensum stipite Amorem  
 Deuinctum post terga manus substrictaque plantis 60  
 Vincula maerentem nullo moderamine poenae  
 Adficiunt. reus est sine crimine, iudice nullo  
 Accusatur Amor. se quisque absoluere gestit,  
 Transferat ut proprias aliena in crimina culpas.  
 Cunctae exprobrantes tolerati insignia leti 65  
 Expediunt: haec arma putant, haec ulti dulcis,  
 Vt, quo quaeque perit, studeat punire dolorem.  
 Haec laqueum tenet, haec speciem mucronis inauem  
 Ingerit, illa cauos amnes rupemque fragosam  
 Insanique metum pelagi et sine fluctibus aequor. 70  
 Nonnullae flamas quatiunt trepidaeque minantur  
 Stridentes nullo igne faces. rescindit adulterum  
 Myrrha uterum lacrimis lucentibus inque pauentem  
 Gemmea fletiferi iaculatur sucina trunci.  
 Quaedam ignoscendum specie ludibria tantum 75  
 Sola uolunt, stilus ut tenuis sub acumine puncti

51 ignoscunt *T* 52 nactum *Z* 54 facta] foeta *T* 55 ceturum  
*T* certum *λ* 56 moesto *Z* | myrthus *T* 58 nueneris (*n ante u*  
*del.*, *s ex n ut uid.*) *T* | adoni *G* adoni *T* *λ* 59 stypite *λ<sup>2</sup>*  
 61 moerentem *G* *λ* 62 afficiunt *Z* affigunt *Seriuerius* 63 ac-  
 cusator *T* accusatus *G* *λ* | quisq *T* | solnere *T* | gessit *G*  
 64 tranferat *λ* | ut] & *G* 65 læti *TG* 66 haec put arma putant  
 (put *del.*) *T* 67 ut] et *G* | dolorem *Z* dolore *ψ Barth.*  
 71 trepidæ *T* trepido *G* *λ* 73 myrt . . . . lacrimis (*lacuna*  
*quinque uel sex litt.*) *T* myrra utrum *λ*, corr. *G* | lacrymis *G* |  
 lucentibus *ψ Accursius* lugentibus *Z* | parentem *λ* paior (*del.*)  
 pauorem *T* 74 fleetiferi *T* | iaculantur *T* | succina *TG*  
 75 ignoscentes *T*

- Eliciat tenerum, de quo rosa nata, cruem  
 Aut pubi admoueant petulantia lumina lychni.  
 Ipsa etiam simili genetrix obnoxia culpae  
 Alma Venus tantos penetrat secura tumultus. 80  
 Nec circumuento properans suffragia nato  
 Terrorem ingeminat stimulisque accedit amaris  
 Ancipites furias natique in crimina confert  
 Dede<sup>c</sup>us ipsa suum, quod uincula caeca mariti  
 Depreno Mauorte tulit, quod pube pudenda 85  
 Hellespontiaci ridetur forma Priapi,  
 Quod crudelis Eryx, quod semiuir Hermaphroditus.  
 Nec satis in uerbis: roseo Venus aurea serto  
 Maerentem pulsat puerum et grauiora pauentem.  
 Olli purpureum mulcato corpore rorem 90  
 Sutilis expressit crebro rosa uerbere, quae iam  
 Tincta prius traxit rutilum magis ignea fucum.  
 Inde truces cecidere minae uindictaque maior  
 Crimine uisa suo, Venerem factura nocentem.  
 Ipsae intercedunt heroides et sua quaeque 95  
 Funera crudeli malunt adscribere fato.  
 Tum grates pia mater agit cessisse dolentes  
 Et condonatas puero dimittere culpas.
- Talia nocturnis olim simulacula figuris  
 Exercent trepidam casso terrore quietem. 100  
 Quae postquam multa perpessus nocte Cupido  
 Effugit, pulsa tandem caligine somni  
 Euolat ad superos portaque euadit eburna.

---

77 quo om. *T* (*crux in marg. add.*) 88 pabi (a in v pr.  
 corr.) *T* | <sup>h</sup>licni *T* 79 genetrix] *G* genitrix *T* genitricis *λ*  
 81 circumuento *TG* 82 ingeminant *G* 84 coeca *G* 85 de-  
 prehenso *λ* 87 herix (h del.) *T* crux *λ* | hermophroditus (a  
*litterae o similis*) *T* 88 Hec *T* 89 moerentem *Gλ* | pulsat  
 pulsat *T* 90 muletato *G* 91 subtilis *T* 92 tincta . . . . .  
 traxit (*lac. quinque litt.*) *T* | ruticulum *λ* 93 deest *T* 96 ad-  
 scribere] *Gλ* ascribere *T* 99 olim] *olli Schenkl* 102 pulsi  
*Tλ* | calligine fumi *T* | Finit cupidus cruciatus *Gλ*

## VIII.

[326 — 331  
Edyll. viii]

## D E B I S S V L A.

AVSONIVS PAVLO SVO S. D.

Peruincis tamen et operta musarum mearum, quae initiorum uelabat obscuritas, quamquam non profanus, irrumpis, Paule carissime. quamuis enim te non eius uulgi existimem, quod Horatius arcet ingressu, tamen sua cuique sacra, neque idem Cereri, quod Libero, 5 etiam sub isdem cultoribus. poematia, quae in alumnam meam luseram rudia et incohata ad domesticae solacium cantilena, cum sine metu .... et arcana securitate fruerentur, proferre ad lucem caligantia coegisti. uerecundiae meae scilicet spolium concupisti, aut, quantum 10 tibi in me iuris esset, ab inuito indicari. ne tu Alexandri Macedonis peruicaciam supergressus, qui, fatalis iugi lora cum soluere non posset, abscidit et Pythiae specum, quo die fas non erat patere, penetrauit.

4 Horat. C III 1.<sup>1</sup>

**Z** Incipit Bissula *T* Finit Cupido cruciatus. Incipit Bissula. *G* om. *M* | Ausonius — s. d.] *om.* *M* sal' dicit *T* sal. di. *G* 1 taudem *Accursii uetus codex* | mearum] mea *TG* 2 profanush *TG* 3 erumpis *T* | paule *T* | k'ime *M* 4 iuluulgi *T* | extimem *M* | oratius *M* | arce *T* 5 sacra neque] sacrarum *M* neque] nec *G* 6 iisdem *TG* hiisdem *M* 6 poemata *T* 7 incohacta *T* <sup>1</sup> incoata *M*, et sic pr. m. corr. *T* 8 et del. *Scaliger uerbum excidisse puto* (laterent?) | archana *G* 9 proferriri *M* 10 scilicet] .s. *G* om. *T* | aut] at *T* 11 ab[muto (uel mitto) iudicari *T* ab inico iudicari *G* 12 macedonici *M* : peruicatiam *TG* 13 pythii *T* (*ex pythie pr. T*), pythyæ *G* 14 quod dic *M* | non *om.* *G* (*unde nefas Auantius*) | erit *M*

Vtere igitur ut tuis, pari iure, sed fiducia dispari: 15  
quippe tua possunt populum non timere; meis etiam  
intra me erubesco. uale.

I [326]

PRAEFATIO.

Vt uoluisti, Paule, cunctos Bissulae uersus habes,  
Lusimus quos in Suebae gratiam uirgunculae,  
Otium magis fouentes, quam studentes gloriae.  
Tu molestus flagitator lege molesta carmina. 4  
Tibi, quod intristi, exedendum est: sic uetus uerbum iubet,  
Compedes, quas ipse fecit, ipsus ut gestet faber.

II [327]

AD LECTOREM HVIVS LIBELLI.

Carminis incompti tenuem lecture libellum,  
Pone supercilium.  
Seria contractis expende poemata rugis:  
Nos Thymelen sequimur. 10  
Bissula in hoc scedio cantabitur, haut Erasmus:  
Admoneo, ante bibas.  
Ieiunis nil scribo; meum post pocula si quis  
Legerit, hic sapiet.  
Sed magis hic sapiet, si dormiet et putet ista 15  
Somnia missa sibi. 10

---

I 5 Terent. Phorm. II 2, 4 (318)

---

16 etiam *om.* *M* 17 uale *om.* *G*

I Prefacium de uersibus bissulae quos ad Paulum miserat  
*TG* (*PRAEFATIVM G*) Prefacium (*cet. om.*) *M* 2 suebe *M* sue-  
uae *TG* 4 molestia *M*

II *inscr. om.* *M* 1 inculti *MG* | tenuere *M* 3 poe-  
mate *M* | tymelem *T* thymelem *G* thymelam *M* 5 scedio  
*MG* sedio *T* | aut erasmus *Z corr. Peiper*, utque Cratinus  
*RDezeimeris* 6 ammoneo *MG* 7 iejunus *T* | scribo meum .  
post *G*

III [328] VBI NATA SIT BISSVLA ET QVOMODO IN  
MANVS DOMINI VENERIT.

Bissula, trans gelidum stirpe et lare prosata Rhenum,	
Conscia nascentis Bissula Danuuii,	
Capta manu, sed missa manu dominatur in eius	
Deliciis, cuius bellica praeda fuit.	20
Matre carens, nutricis egens nesciuit . . ere	5
. . . . . imperium.	
Fortunae ac patriae quae nulla obprobria sensit,	
Illico inexperto libera serutio,	
Sic Latiis mutata bonis, Germana maneret	25
Vt facies, oculos caerulea, flava comas.	10
Ambiguam modo lingua facit, modo forma puellam:	
Haec Rheno genitam praedicat, haec Latio.	

DE EADEM BISSVLA.

Delicium, blanditiae, ludus, amor, uoluptas,  
Barbara, sed quae Latias uincis alumna pupas,  
Bissula, nomen tenerae rusticulum puellae,  
Horridulum non solitis, sed domino uenustum.

III inser. om. *M* 1 trangelidum *T* transgelidum *G* |  
prosattharenum *T* 2 danubii *G* 3 manus sed *M* 5. 6  
nutricis: tr ex corr. pr. *T* | nescitere ifium *T* nescit ere imper-  
rium *M* nesciuit herae imperium *G* (*u. 6 uacuus Z*) | herai  
*Vgoletus*, herile *Scaliger* 2, 19 6 imperium, domina uult  
domina esse manu *Lugdun.* | domina libera facta manu *Scaliger* 2, 19 7 obrobria tu sensit (tu pr. del.) *T* opprobria *G*  
12 <sup>h</sup> reno *T*

III De eadem bissula laudans eam *TG* (*sed in T rubricator in margine: in contextu 4 et 5 non separantur*), *om. M* 1  
blande *T* *amor atque uoluptas T* 2 *sed om. T inter u. 2*  
*et 3 noua inscriptio* De eadem *minio et u. 3 Bissula initiali*  
*minio scripta T* 3 *tenerae Auantius terre (marg. nrę pr.) T*  
*terre M terrae G* 4 *solutis ex solutis pr. M*

V [330] AD PICTOREM DE BISSVLAE IMAGINE.

Bissula nec ceris nec fuco imitabilis ullo  
Naturale decus fictae non commodat arti.  
Sandyx et cerusa, alias simulate puellas: 35  
Temperiem hanc uultus nescit manus. ergo age, pictor,  
Puniceas confunde rosas et lilia misce, 5  
Quique erit ex illis color aeris, ipse sit oris.

VI [331] AD PICTOREM DE BISSVLA PINGENDA.

Pingere si nostram, pictor, meditaris alumnam,  
Aemula Cecropias ars imitetur apes. 40

\* \* \*  
\* \* \*  
\* \* \*

---

V 1 ne ceris *M* | mutabilis (*in marg. + add.*) *T* 2 co-  
modat *T* 3 sandux *T* sandix *G* sandus *M* | cerusa *T* | sti-  
mulate *T* 6 quodque *T*

VI *totum carmen om. M* | *post h. c. multa interierunt*

---

X.  
M O S E L L A.

Transieram celerem nebuloso flumine Nauam,  
 Addita miratus ueteri noua moenia Vincō,  
 Aequauit Latias ubi quondam Gallia Cannas  
 Infletaeque iacent inopes super arua cateruae.  
 Vnde iter ingrediens nemorosa per auia solum      5  
 Et nulla humani spectans uestigia cultus  
 Praetereo arentem sitientibus undique terris  
 Dunnissum riguasque perenni fonte Tabernas  
 Aruaque Sauromatum nuper metata colonis:  
 Et tandem primis Belgarum conspicor oris      10  
 Noiomagum, diui castra inclita Constantini.  
 Purior hic campis aer Phoebusque sereno  
 Lumine purpureum reserat iam sudus Olympum.

**BL**    INCIPIVNT EXCERPTA (EXCE<sup>R</sup>PTA B) DE OPVSCVLIS DECIMI . MAGNI .  
 AVSONII . MOSELLA . GB    Incipit fragmentum Ausonii poetae *L*  
*inser. om. RV*    1 nebuloso: so ex se *V<sup>s</sup>* | lumine *Scaliger* |  
 nauem *V*    2 mēnia *R<sup>s</sup>* | uico *ω* (nico *L* unde muro *Vgol.*)  
*Vinco Minola*, *Vingo Mommsen*    4 inflecte *V Gesta Treuerorum*  
*cod. B 6 (Pertz SS VIII 143)* | siacent *G* | sinopes *G<sup>1</sup> V* in-  
 opis *L<sup>1</sup>* | caterues *V*    5 aperuia *V*    7 pretero *G* | utique  
*V*    8 dumnissam *R* dumnisum *V* dumnixum *L* (dumnixum-  
 que *L<sup>s</sup>*) riguas se penni *V*    9 comitata *L*    10 gelbarum *B* |  
 horis *RV*    11 noiomagum (t uel i er.) *G* nogomagum *V*  
 niuomagum (nuiomagum?) *L* | diui castra inclita] climeast . . .  
 inclyta *L* | *mg. dextr. ~ B*    12 campus *B* | aer campis *R*  
 campis eam pisaer (?) *L* | phēbus *B*    13 iamsidus *G* resera-  
 bat sydus *R* | olimpum *G* olimpum *R* olimphum *V*

Nec iam, consertis per mutua uincula ramis,  
Quaeritur exclusum uiridi caligine caelum: 15  
Sed liquidum iubar et rutilam uisentibus aethram  
Libera perspicui non inuidet aura diei.  
In speciem quin me patriae cultumque nitentis  
Burdigalae blando pepulerunt omnia uisu,  
Culmina uillarum pendentibus edita ripis 20  
Et uirides Baccho colles et amoena fluenta  
Subter labentis tacito rumore Mosellae.

Salve, amnis laudate agris, laudate colonis,  
Dignata imperio debent cui moenia Belgae:  
Amnis odorifero iuga uitea consite Baccho, 25  
Consite gramineas, amnis uiridissime, ripas:  
Naniger, ut pelagus, deuexas pronus in undas,  
Vt fluuius, uitreoque lacus imitate profundo  
Et riuos trepido potis aequiperare meatu,  
Et liquido gelidos fontes praecellere potu: 30  
Omnia solus habes, quae fons, quae riuus et amnis  
Et lacus et biuio refluus manamine pontus.  
Tu placidis praelapsus aquis nec murmura uenti  
Vlla, nec occulti pateris luctamina saxi.  
Non spirante uado rapidos properare meatus 35

14 per] in marg. in B<sup>s</sup> 15 etclusum V | coelum R  
16 aetrham (et ex corr.) V 17 iuidet G inuidat V | aula R  
18 In maiore init. litt. G | quin Peiper cum ω tum Boecking |  
nitentis GB<sup>2</sup>L nitentes RB<sup>1</sup>V(L<sup>s</sup>) 19 Burdegalae B rudi-  
gale L<sup>s</sup> 20 ripis G VL uillis R saxis B | edita B 21 ba-  
cho RB | amena B amena RL 22 labentes L | tacto L  
tacitorum ore V 23 Salue maiore init. litt. GB 24 moe-  
nia B mēnia R<sup>s</sup> 25 odori fero V odoriferi R | ingiautea  
(pr. corr. statim) G gugauit ea V | consiste V | bacho RB  
26 gramineas V 27 diuexas R deuexus BL 28 ut] et  
R | fluui<sup>s</sup> (v al.) L | imitante B 29 riuas L | potis Grono-  
uius, potes ω (pontes G<sup>1</sup>) | aequiparare R 30 gelitos V  
31 et amnis] janthis L | mg. dextr. ~ B 32 biuiore fluuis  
(uel fluuius) V | manamine Gronouius, munimine ω molimine  
Heinsius 33 placitis V | praelapsus GB V precelapsus R  
praelaxus L<sup>s</sup> prolapsus V gol. | murmure L 34 occulta V  
patris L | saç̄ı R 35 spirante G speranti V sperante RBL

Cogeris, extantes medio non aequore terras  
Interceptus habes: iusti ne demat honorem  
Nominis, exclusum si diuidat insula flumen.  
Tu duplices sortite uias, et cum amne secundo  
Defluis, ut celeres feriant uada concita remi, 40  
Et cum per ripas nusquam cessante remulco  
Intendunt collo malorum uincula nautae.  
Ipse tuos quotiens miraris in amne recursus,  
Legitimosque putas prope segnius ire meatus?  
Tu neque limigenis ripam praetexeris uluis, 45  
Nec piger inmundo perfundis litora caeno:  
Sicca in primores pergunt uestigia lymphas.  
I nunc, et Phrygiis sola leuia consere crustis  
Tendens marmoreum laqueata per atria campum.  
Ast ego despctis, quae census opesque dederunt, 50  
Naturae mirabor opus, non dira nepotum  
Laetaque iacturis ubi luxuriatur egestas.  
Hic solidae sternunt umentia litora harenae,

---

superante *Hummelberg* | properare *G* preparare *V* reparare *RB*  
remeare *L* | meatōs <sup>v</sup>*V* u. 36 deest *V* | exstantes *RBL*  
38 insula: su in ras. *R* 39 sortire *L* 40 defluis: i ex u  
*R<sup>s</sup>* | cereres *L* | remis *L* 41 per om. *V* | nusqm <sup>a</sup>(a al. ss.?) *R*  
nuscam *V* | remulēo <sup>c</sup>*R* 42 colla *G* collo: alt. o in ras. al. *L<sup>s</sup>*  
mulorum *Scheffer de mil. nau.* (cf. *Hor. S I 5, 18*) 43 recur-  
sum *L* 44 putas: a ex o *V<sup>s</sup>* | segnius: e ex i *V<sup>s</sup>* segnis *L* |  
ire om. *V* 45 Tu mai. in. litt. *G* | limigeris *R* legenis *L* la-  
gaeis *Vgol.* | ul <sup>v</sup>is al. ex uluas corr. *R* ulnis *L* 46 inmundo] *VR*  
| perfundit *V* | littora *GRL<sup>s</sup>* litora *BV* o ex e pr. *V* | coeno  
*GL* ceno *BR* cero <sup>n</sup>pr. corr. *V* 47 marg. sin. ~ *B* | Sicca  
imprimores pergunt *G* Siccamprimores pergunt *V* Sicca in  
primo respergunt (respergit *L*) *RBL* | uertigia *V* | lymphas  
*BL* lyphas *V* (lyphas *V<sup>s</sup>*) 48 mg. sin. ~ *B* | phrigiis *VB*  
frigis *GR* frigus *L* 49 masmorum *L* | laqueata *R<sup>s</sup>* | atia *V*  
50 ege *L<sup>s</sup>* | dispectis *G* despectus *V* 51 marabor *L<sup>1</sup>* mi-  
ramur *R* | cura o dira *Piper*, certa *Lachmann* secura — ibi lu-  
xurietur *Cannegieter* 52 luxoriatur *V* luxuria *G* luxuriantur  
*B* | egestas: a ex i pr. *V* 53 sternant *V* | umentia *V* um̄ta <sup>1</sup>*G*

Nec retinent memores uestigia pressa figuræ.  
 Spectaris uitreo per leuia terga profundo, 55  
 Secreti nihil amnis habens: utque almus aperto  
 Panditur introitu liquidis obtutibus aer  
 Nec placidi prohibent oculos per inania uenti,  
 Sic demersa procul durante per intima uisu  
 Cernimus arcanique patet penetrale profundi, 60  
 Cum uada lene meant liquidarum et lapsus aquarum  
 Prodit caerulea dispersas luce figuræ:  
 Quod sulcata leui crispatur harena meatu,  
 Inclinata tremunt uiridi quod grama fundo;  
 Vsque sub ingenuis agitatae fontibus herbae 65  
 Vibrantes patiuntur aquas lucetque latetque  
 Calculus et uiridem distinguit glarea museum.  
 Tota Caledoniis talis patet ora Britannis,  
 Cum uirides algas et rubra corallia nudat  
 Aestus et albentes concharum germina bacas, 70  
 Delicias hominum, locupletibus atque sub undis  
 Adsimulant nostros imitata monilia cultus.  
 Haud aliter placidae subter uada laeta Mosellæ

humentia *RBL* | litora *B* littora *GRVL* | harenae *V* 54 re-  
 nuent *L* | fuguras *G* 55 uiteo *B* uitre *V* 56 sedreti *V* |  
 nichil *R* | habes *R* | almis *V<sup>s</sup>* 57 introitu *Peiper* intuitu  $\omega$  |  
 intuitu liquidis] intituli quidis *V* | optutibus *GB* obtutibus *VR*  
 obtentibus *censor Heidelbergensis a. 1822 p. 400* 58 oculos:  
 o ex i *G<sup>s</sup>* 59 dimersa *R* 60 arcani *V* archani *GRBL* |  
 profundi *G* fluenti *VRBL* 61 cum/uada (& eraso; *Schenkelio*  
 u ex n corr. uidebatur) *B* | maneant *G* | lipidarum *V* | et] est  
*L* 62 caerulea/ (s eraso) *B* cerule adis persas *V* | figura *L<sup>s</sup>*  
 63 crispatur: a ex u al. *G* | harenæ *V* | meatus *B* | mg. dextr.  
 ~ *B* 64 uiri quod *V* 65 usque  $\omega$  utque *Lugdun.* | ingenis *L* |  
 frontibus *R* 66 lucoq; latosq; *L* | latetque *G* 67 uiridem]  
 uandem *V* | distinguunt *L<sup>s</sup>* | glare *V* | miscum *G* 68 Tota  $\omega$   
*mai. litt. init. GB* nota *Barthius* | caledonus *L<sup>s</sup>* | patet ora *Peiper*  
 pictura  $\omega$  picta ora *Boecking* | /britauinis *G<sup>s</sup>* britantus *L*  
 69 rubsa *V<sup>s</sup>* 70 concarum *GL* 71 Deliciasque *VR*  
 atque] que *VB om. L* usque *Vgol.* | mg. dextr. ~ *B* 72 adsim-  
 ulant *VR<sup>s</sup>* assimulant *G<sup>1</sup>R?* assimilant *G<sup>2</sup>BL* | inmitata *V* |  
 monialia *V* morulia *L<sup>s</sup>* 73 placido *L<sup>s</sup>*

- Detegit admixtos non concolor herba lapillos.  
Intentos tamen usque oculos errore fatigant 75  
Interludentes, examina lubrica, pisces.  
Sed neque tot species obliquatosque natatus  
Quaeque per aduersum succedunt agmina flumen,  
Nominaque et cunctos numerosae stirpis alumnos  
Edere fas aut ille sinit, cui cura secundae 80  
Sortis et aequorei cessit tutela tridentis.  
Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris  
Squamigeri gregis ede choros liquidoque sub alueo  
Dissere caeruleo fluitantes amne cateruas.  
Squameus herbosas capito inter lucet harenas, 85  
Viscere praetenero fartim congestus aristis  
Nec duraturus post bina trihoria mensis,  
Purpureisque scalar stellatus tergora guttis  
Et nullo spinae nociturus acumine rhedo  
Effugiensque oculos celeri leuis umbra natatu. 90  
Tuque per obliqui fauces uexate Saraui,  
Qua bis terna fremunt scopulosis ostia pilis,  
Cum defluxisti famae maioris in amnem,  
Liberior laxos exerces, barbe, natatus:

74 ammixtos *GB* | non est color *L* 75 erro refaciant *V*

76 inter ludentes *RBL* | exagmina *L* examina <sup>1</sup>psea *R<sup>s</sup>* |  
ludibrica piscis *G* 77 sin. *mg.* ~ *B* Sed mai. init. litt. *G* |  
natatus *V* meatus *R* 78 succedunt *L* 79 que et *B* quae  
et *R* que (om. et) *VL* quae (om. et) *G* (a in ras. pr.) 80  
aederes (om. fas) *V* | aut] hand *R* hant *Boecking* | cui iura *G* |  
secundae] sedere *L* 81 sortes *G<sup>1</sup>* | cessit *L* 82 naissinoris  
*V* horis *RB* 83 siquamigeri *L* 84 caeluleo *V* ceruleos *L<sup>s</sup>* |  
fluitantibus *VBL* | carteruas *V* cateruis *B* 85 squameus  
mai. init. litt. *B* | capito: o ex e *G<sup>s</sup>* a ex 1? *V* | <sup>b</sup>arenas  
*V* 86 uiscera *L* | pretenero *G* | congestus: u ex i *G<sup>s</sup>* egestus  
*L* | haristis *R* 87 nec] neo *V* | trihoria] trioria *V* thioria  
*L* cibaria *R* 88 purpureus *RB<sup>s</sup>* purpureas *L<sup>s</sup>* 89 raedo  
*V* thedo *L* 90 *mg.* sin. ~ *B* | celeri] hominum *R* | natatu:  
ta ex tu *G<sup>s</sup>* 91 fauces ss. *R<sup>s</sup>* | nexate: te ex tae *G* uecate  
*B<sup>s</sup>L* | sauari *B* 92 qua his *G<sup>1</sup>* qualis *B* | tenna *V* | hostia  
*RB<sup>1</sup>* 93 maioris *RBL* maiores *V* melioris *G* 94 saxos *L* |  
f. exercens | barbe: e ex ae *G<sup>s</sup>*

Tu melior peiore aeuo, tibi contigit omni 95  
 Spirantum ex numero non inlaudata senectus.  
 Nec te puniceo rutilantem uiscere, salmo,  
 Transierim, latae cuius uaga uerbera caudae  
 Gurgite de medio summas referuntur in undas,  
 Occultus placido cum proditur aequore pulsus. 100  
 Tu loricato squamosus pectore, frontem  
 Lubricus et dubiae facturus fercula cenae,  
 Tempora longarum fers incorrupte morarum,  
 Praesignis maculis capitis, cui prodiga nutat  
 Aluus opimatoque fluens abdomine uenter. 105  
 Quaeque per Illyricum, per stagna binominis Histri  
 Spumarum indiciis caperis, mustela, natantum,  
 In nostrum subiecta fretum, ne laeta Mosellae  
 Flumina tam celebri defrudentur alumno.  
 Quis te naturae pinxit color! atra superne 110  
 Puncta notant tergum, qua lutea circuit iris;  
 Lubrica caeruleus perducit tergora fucus;  
 Corporis ad medium fartim pinguescis, at illinc  
 Vsque sub extremam squalet cutis arida caudam.  
 Nec te, delicias mensarum, perca, silebo, 115  
 Amnigenos inter pisces dignande marinis,

95 omni] uni R 96 spirantē<sup>u</sup> G | inlaudata] G VL

97 nec mai. init. B | almo V salmo B 98 transerim<sup>i</sup> G  
 caude G 99 surgite L 100 occultais G<sup>1</sup> occultas R<sup>1</sup> |  
 aequo (equo V) repulsus G V 101 loricato (c eraso) G lo-  
 cato L | fronte R<sup>s</sup> 102 dubie: e ex o L<sup>s</sup> | fercula: e ex o  
 al. L<sup>s</sup> | cenae B cene G cene V coenae L mensae R 103  
 longiarum V | incorrupta B | mororum B<sup>1</sup> 106 Quaeque mai.  
 init. B | illiricum G R<sup>s</sup> illipicum L | binominis] nominis in-  
 ras. B | histri R<sup>s</sup> 107 incidiis V | mustella L | natatu R  
 natantum B 108 laeta censor Heidelbergensis, lata ω 109  
 defrudentur V defraudarentur GBRL 110 finxit R | colo-  
 rata V 111 cuneta V | nota<sup>nt</sup> V | quae Toll | yris RB  
 112 sucus B focus L 113 fastim V | medium pinguescis  
 . . . . at illum (spatium quattuor uel quinque litt. relictum,  
 fartim om.) B pingescis V pinguescit R | illint V 115 Nec  
 mai. init. litt. GB | perta B parca L | sibebo V 116 amui-  
 geros R

Solus puniceis facilis contendere nullis:  
Nam neque gustus iners solidoque in corpore partes  
Segmentis coeunt, sed dissociantur aristis.  
Hic etiam Latio risus praenomine, cultor 120  
Stagnorum, querulis uis infestissima ranis,  
Lucius, obseuras ulua caenoque lacunas  
Obsidet. hic nullos mensarum lectus ad usus  
Feruet fumosis olido nidore popinis.  
Quis non et uirides, uulgi solacia, tineas 125  
Norit et alburnos, praedam puerilibus hamis,  
Stridentesque focus, obsonia plebis, alausas?  
Teque inter species geminas neutrumque et utrumque,  
Qui nec dum salmo, nec iam salar ambiguusque  
Amborum medio, sario, intercepte sub aeuo? 130  
Tu quoque flumineas inter memorande cohortes,  
Gobio, non geminis maior sine police palmis,  
Praepinguis, teres, ouipara congestior aluo  
Propexique iubas imitatus, gobio, barbi.  
Nunc, pecus aequoreum, celebrabere, magne silure: 135  
Quem uelut Actaeo perductum tergora oliuo  
Amnicolam delphina reor: sic per freta magnum  
Laberis et longi uix corporis agmina soluis

117 piniceis *V* | est tendere *L* | in ullis *L<sup>s</sup>* multis *V*  
118 Nam neque *B* namque *G VL* namquae *R* | solidae *R*  
119 segmentis *G V* 120 Hic *mai. litt. init.* *B* hinc *L* | piae  
(pre *V*) nomine *VR* 121 ramis *L<sup>1</sup>* 122 obseuras: s al. *G* |  
coeno *L* 123 hinc *L* | nullus *V* | letus *R* latus *L* 124 eruet  
*L* | olido: i ex u *G<sup>s</sup>* | nitore *L* | propinus *V* 125 Quis *mai.*  
*init. litt. GB* | uolgi *V* | solacia] *V, R<sup>s</sup> ante corr.* 126 pue-  
ribus amis *V* 127 obsonia  $\omega$  (obsenia *L*) | pleno *L* 128  
geminis species *L* | et om. *L<sup>s</sup>* | utrumque *BL* 129 qui] que  
*V* | nec iam] necam *V* 130 sarie *ut. uid.* *V<sup>1</sup>* fario *Iunt.* |  
intercepto *V* 131 Tu *mai. init. litt.* *B* | flumineis *G* | memo-  
rante *L* 132 g/bio *G<sup>s</sup>* g/bio *V* | geminis maior *G* | police *L*  
134 sin. mg. ~ *B* | prospexi *RV* prospexit *L* | imitatus go-  
bio iubas barbi *L<sup>1</sup>* | imitaris *Lachmann* | barba *B* 135 sin.  
mg. ~ *B* | Nunc *mai. litt. init.* *G* hunc *L<sup>s</sup>* | celebrare *BL<sup>s</sup>* |  
silure *V* 136 uelud *V* | acteo  $\omega$  | perdurtum *G<sup>1</sup>* | oliua *L*  
137 delfina *BR<sup>s</sup>* 138 longi] magui *V* | uis *V* | corpora *L* |  
soli *L*

Aut breuibus depreusa uadis aut fluminis uluis.  
At cum tranquillos moliris in amne meatus, 140  
Te uirides ripae, te caerula turba natantum,  
Te liquidae mirantur aquae: diffunditur alueo  
Aestus et extremi procurrunt margine fluctus.  
Talis Atlantiaco quondam ballena profundo,  
Cum uento motue suo telluris ad oras 145  
Pellitur: exclusum exundat mare magnaue surgunt  
Aequora uicinique timent decrescere montes.  
Hic tamen, hic nostrae mitis ballena Mosellae  
Exitio procul est magnoque honor additus amni.  
Iam liquidas spectasse uias et lubrica pisces 150  
Agmina multiplicesque satis numerasse cateruas.  
Inducant aliam spectacula uitea pomparam  
Sollicitentque uagos Baccheia munera uisus,  
Qua sublimis apex longo super ardua tractu  
Et rupes et aprica iugi flexusque sinusque 155  
Vitibus adsurgunt naturalique theatro.  
Gauranum sic alma iugum uindemia uestit  
Et Rhodopen proprioque nitent Pangaea Lyaeo;

139 defensa ω depreusa Lachmann (*coll. Claudian. in Eutrop.*  
*II 430*) | uluis] ulli *L* 140 at] aut *V?L* | molliris *L* | in amne]  
magnaue *V* 141 ripae: r in ras. *G<sup>s</sup>* 142 dif aquae *G<sup>s</sup>*  
144 Talis mai. litt. init. *G* | atlantiaco *G V* adantiaco *L* ath-  
lanciaco *R* | condam *V* | ballena *G VL* balena *RB* | profunda <sup>o</sup> *V*  
145 motu uestyo *V* | horas *R* 146 pelitur *V* | exundat Peiper  
fundit ω | surgunt] fundit *V* 147 uicinique *V* 148 mittis *V*  
mitissima *L<sup>2</sup>* | ballena ω (balla *L* | mossollae *V* 149 magnus *R* |  
honore *L<sup>s</sup>* | additur *VB* | ullan amni *R* 150 Iam mai. init. litt.  
*G R<sup>s</sup>* | piscis *G* 151 que] quae *V om. B* | multiplices satis enu-  
merasse *B* | numerassacatur\_uas *G* 152 Inducant mai. init. *B* |  
uitea uitaę *G* | ponparam *V* 153 bacheia *R* bachea *L* bachaia *B*  
bacee (ia *om.*) *V* 154 agmina <sup>rdua</sup> *R* 155 mg. dextr. ~ *B* |  
aprīca: p ex b *G<sup>s</sup>* apica *V* | flexusq': q' ex u *G<sup>s</sup>* flexuque si-  
nuque *L* (sinque *L<sup>s</sup>*) 156 adsurgunt] *G V* 157 ḡeçtit (n  
c.c u *R<sup>s</sup>*) *R* | almo *V* 158 hrodopen *V* rodopen *R* rho-

Sic uiret Ismarius super aequora Thracia collis;  
Sic mea flauentem pingunt nineta Garumnam. 160  
Summis quippe iugis tendentis in ultima cliui  
Conseritur uiridi fluualis margo Lyaeo.  
Laeta operum plebes festinantesque coloni  
Vertice nunc summo properant, nunc deiuge dorso,  
Certantes stolidis clamoribus. inde uiator 165  
Riparum subiecta terens, hinc nauita labens,  
Probra canunt seris cultoribus: adstrepit ollis  
Et rupes et silua tremens et concavus amnis.  
Nec solos homines delectat scaena locorum:  
Hic ego et agrestes Satyros et glauca tuentes 170  
Naidas extremis credam concurrere ripis,  
Capripedes agitat cum laeta proteruia Panas  
Insultantque uadis trepidasque sub amne sorores  
Terrent, indocili pulsantes uerbere fluctum.  
Saepe etiam mediis furata e collibus uuas 175  
Inter Oreiadas Panope fluualis amicas  
Fugit lasciuos paganica numina Faunos.

---

dopem *L* | pangea *GR* pagea *V* panchea *BL* | ly<sup>e</sup> (*e al.*) *L*  
lieo *RB* 159 Sicuretis marius *V* | ismari *L* | tracia *B* tra-  
cia *GR* tritia *V* 160 fluentem *G* | garumnam *R* garūnam *L*  
garunnam *VB* garonnam *G* 161 cliui: cliu *in ras.* *B<sup>s</sup>*  
162 uiridi/ (*s eraso B<sup>s</sup>* niride *V* | lieo *RB* margalia eo *V*  
163 plaebes *L<sup>s</sup>* | que *om. L<sup>1</sup>* 164 uerticem *L* | dei iuge (*unde*  
*al. dedijuge*) *in marg. post dorso pr.* deinge *R<sup>s</sup>* | dōso *L* | nun  
*V* u. 165 deest *V* | inde: in *ex un* *B<sup>s</sup>* 166 riparum *ex*  
ripam *V<sup>s</sup>* | tenens *G* | hic *V* | nanita *ex nauta G<sup>s</sup>* | lambens *L*  
167 canunt seris] serunt (*om. canunt*) *L* | adstrepit] *GV*  
168 rubens *L* 169 Nec mai. init. litt. *GB* | hominum ω (h  
*ex b G<sup>s</sup>*) homines *Auantius* | scaena] *V* scena cett. 170 ego]  
et ego *R<sup>s</sup>* | at] ad *V* | agrestes: es *ex os* *V* | satiros *V* | glaca  
*L* 171 nudas *B* naidis *L<sup>s</sup>* | concurrere: alt. r *in ras.* *G<sup>s</sup>*  
capede sagittat *V* (*capripede V<sup>s</sup>*) | propteruia *V* proteruia *G* |  
panos *R* 173 uadis ss. *pr. G* uadas *V* | que sub] que *om. L<sup>s</sup>*  
174 torrent *L* | inlocili *L<sup>s</sup>* | fluctus *R* 175 Sepe mai. init.  
litt. *G sepe V* | furata e] furate *R* furate *VL* 176 oreadas ω  
*corr. ed. Paris.* | panape *R* 177 sugit *L* | paganica: g *ex i R<sup>s</sup>,*  
e *ex t B<sup>s</sup>* | funos *L*

Dicitur et, medio cum sol stetit igneus orbe,  
Ad commune fretum Satyros uitreasque sorores  
Consortes celebrare choros, cum praebuit horas 180  
Secretas hominum coetu flagrantior aestus.  
Tunc insultantes sua per freta ludere Nymphas  
Et Satyros mersare uadis rudibusque natandi  
Per medias exire manus, dum lubrica falsi  
Membra petunt liquidosque fouent pro corpore fluctus.  
Sed non haec spectata ulli nec cognita uisu 186  
Fas mihi sit pro parte loqui: secreta tegatur  
Et commissa suis lateat reuerentia riuis.  
Illa fruenda palam species, cum glaucus opaco  
Respondet colli fluuius, frondere uidentur 190  
Fluminei latices et palmite consitus amnis.  
Quis color ille uadis, seras cum propulit umbras  
Hesperus et uiridi perfundit monte Mosellam!  
Tota natant crispis iuga motibus et tremit absens  
Pampinus et uitreis vindemia turget in undis. 195  
Adnumerat uirides derisus nauita uites,  
Nauita caudiceo fluitans super aequora lembo  
Per medium, qua sese amni confundit imago  
Collis et umbrarum confinia conserit amnis.

---

178 Dicitur mai. init. litt. *G* | cū mē sol *R* | igneus *V R B L*  
aureus *G* 179 ad *Gronouius*, ut ω | satiros *V* | uitreus *R*  
uu. 181 usque ad finem desunt *V* 181 cetu *R* cetas *B* 182 et  
cum insultantes *L* 183 rudibus] rapidus (l'o pr. ss.) *B* | na-  
tanti *L* 184 dum] cum *B* 185 specuunt *L* | liquido<sup>s</sup> (s al.) *L*  
186 Sed mai. init. litt. *G R<sup>s</sup>* | uisu] ab usu *Cannegieter*  
187 fās *R<sup>s</sup>* | parte: a ex o *G<sup>s</sup>* | secreta: r in ras. *G* | tegan-  
tar *R L* 188 riuis: pr. i in ras. *G<sup>s</sup>* 189 fuenda *L* | con-  
claveus *L* | opaco: a ex u pr. *G* 191 constitit *L* 192 Quis  
mai. litt. init. *G* | propulit *G R<sup>s</sup> L* protulit *B R<sup>1</sup>* (t in p pr. corr.)  
| umbras (undas corr.) *R<sup>s</sup>* 193 profundit *L* perfudit *Toll.* |  
moselam *G* | mg. dextr. ~ *B* 194 motibus *L R<sup>2</sup> B<sup>2</sup>* monti-  
bus *G*, n expuncto *R*, n eraso *B* 195 terget *L* 196 ad-  
munerat (m in n rasura corr.) *G* annumerat *R B* anumerat *L* |  
uirides] uites *G* | deriuis *B* 197 cadiceo *L* | fluitās (ā ex a  
al.) *L<sup>s</sup>* 198 amni] animi *G* | confundit *G V gol.* confudit *R B L*

- Haec quoque quam dulces celebrant spectacula pompas,  
Remipedes medio certant cum flumine lembi 201  
Et uarios ineunt flexus uiridesque per oras  
Stringunt attonsis pubentia germina pratis!  
Puppibus et proris alacres gestire magistros  
Impubemque manum super amnica terga uagantem 205  
Dum spectat . . . . . transire diem, sua seria ludo  
Posthabet; excludit ueteres noua gratia curas.  
Quales Cumano despectat in aequore ludos  
Liber, sulphurei cum per iuga consita Gauri  
Perque uaporiferi graditur uineta Veseui, 210  
Cum Venus Actiacis Augusti laeta triumphis  
Ludere lasciuos fera proelia iussit Amores;  
Qualia Niliaceae classes Latiaeque triremes  
Subter Apollineae gesserunt Leucados arces,  
Aut Pompeiani Mylasena pericula belli 215  
Euboicae referuit per Auerna sonantia cumbae;  
Innocuos ratium pulsus pugnasque iocantes  
Naumachiae Siculo quales spectante Peloro  
Caeruleus uiridi reparat sub imagine pontus:  
Non aliam speciem petulantibus addit ephiebis 220

200 Haec mai. init. litt. *GB* 201—203 = *Ermenricus*  
75—77 201 certant cum] cui certant *Ermenr.* 202 oras:  
o ex h *G<sup>s</sup>* horas *RB<sup>2</sup>* (h postea add.), *L* 203 gramina *Boecking*  
| p/ratis (a eraso) *G* 204 pupibus *L<sup>s</sup>* | alacris *B* alicris *L* |  
gestare *B* | alacris g. magister *Cunnegieter* 206 spectant *R*  
*coaluisse duos uersiculos in unum uidit Boecking suppletque*  
*haec:* uiridis qua surgit ripa, colonus, Non sentit | seria *R*  
207 excludit: x ex e *B<sup>s</sup>* excludet *L* 208 Quales *Pepier*, tales ω  
Tales mai. init. litt. *G* 209 sulphurei: p ex s *G<sup>s</sup>* | cum ω dum  
*Sehenkl* | per om. *G* 210 perquae *G<sup>s</sup>* 211 actiacis: cis ex  
tis al. *L<sup>s</sup>* 212 lasciuos *G<sup>s</sup>* | proelia *G* prelia *B* plia *RL<sup>s</sup>*  
213 niliace *G* miliacae *L* 214 artes *L* 215 A ut pompei\_ani  
*G* | mylesana (a al.) *G* milasena *RB* (ila in ras. *B*), *L*  
216 sonantia *G* | cumbae *G* cimbae *R* cymbē *BL* Cumiae Hein-  
sius 217 pulsos *L* | locantes *G* 218 syculo *B* | spectata ω  
spectante *Lugdun.* 219 pontes *G* (ntes in ras. *G<sup>s</sup>*) 220 Non  
mai. litt. init. *G* | ephoebis *G* ephebis *L*

- Pubertasque amnis et picti rostra phaseli.  
 Hos Hyperonio cum sol perfuderit aestu,  
 Reddit nautales uitreo sub gurgite formas  
 Et redigit pandas inuersi corporis umbras.  
 Vtque agiles motus dextra laeuaque frequentant 225  
 Et commutatis alternant pondera remis,  
 Vnda refert alios simulacra umentia nautas.  
 Ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes,  
 Fallaces fluuio mirata redire figuras.  
 Sic, ubi compositos ostentatura capillos 230  
 (Candente late speculi explorantis honorem  
 Cum primum carae nutrix admouit alumnae)  
 Laeta ignorato fruitur uirguncula ludo  
 Germanaeque putat formam spectare puellae:  
 Oscula fulgenti dat non referenda metallo 235  
 Aut fixas praetemptat acus aut frontis ad oram  
 Vibratos captat digitis extendere crines:  
 Talis ad umbrarum ludibria nautica pubes  
 Ambiguis fruitur ueri falsique figuris.  
 Iam uero accessus faciles qua ripa ministrat, 240  
 Scrutatur toto populatrix turba profundo  
 Heu male defensos penetrali flumine pisces.

221 puppi ertas *L* | amnisque *Barthius*, amnis  $\omega$  | picta  
*R<sup>1</sup>* | faselli *L* 222 *mg. sin. ~ B* | yperiono *R* (*yperionio R<sup>3</sup>*)  
 | aestv: v in ras. al. *B* 223—229 *Ermenricus* 78—84 223  
 nauta/les *G<sup>s</sup>* 224 rediit *BL* | ubas *L* 225 Atque *R* |  
 leua  $\omega$  | frequentant in ras. *B<sup>s</sup>* frequentant (e al.) *R<sup>s</sup>* frequentent  
*Ermenr.* 226 *sinistr. mg. ~ B* | alternent *Ermenr.* 227  
 refert *G* | simulachra: s ex b *B<sup>s</sup>* | umentia *G* umentia *RB*  
*Ermenr.* umentius *L* | nautas: n ex corr. *G<sup>s</sup>* 228 suos *B<sup>s</sup>* |  
 similamine *B* simul agmine *L* 230 Sic mai. init. litt. *G* |  
 sicuti *Speek* | *mg. sin. cō pr. B* 231 explorantis: is ex es *G<sup>s</sup>*  
 expectantis *L* 232 ammonit in ras. *B* 233 uirgungula *R*  
 234 putant *L* | spectate *L* (r ex t al. *L<sup>s</sup>*) 236 fixas: s al.  
 add. *G* | praetendat *L* | acus] auis *B* | oram *L* horam *GRB*  
 237 libratos *R* uibratis *Lugdun.* | cap<sup>t</sup>at *G* /captat *B<sup>s</sup>* coeptat  
*Auantius* 1507 239 ueri *R* 240 Iam mai. init. *G* nam *L*  
 faciles *G* facilis *RB* 241 populatur *B* 242 heu: e ex i  
*G<sup>s</sup>* | defensus *G* | piscis *G*

Hic medio procul amne trahens umentia lina  
Nodosis decepta plagis examina uerrit;  
Ast hic, tranquillo qua labitur agmine flumen, 245  
Dicit corticeis fluitantia retia signis;  
Ille autem scopulis deiectas pronus in undas  
Inclinat lentae conuexa cacumina uirgae,  
Inductos escis iaciens letalibus hamos.  
Quos ignara doli postquam uaga turba natantum 250  
Rictibus inuasit patulaeque per intima fauces  
Sera occultati senserunt uulnera ferri,  
Dum trepidant, subit indicium crisoque tremori  
Vibrantis saetae nutans consentit harundo,  
Nec mora et excussam stridenti uerbere praedam 255  
Dexter in obliquum raptat puer; excipit ictum  
Spiritus, ut raptis quondam per inane flagellis  
Aura crepat motoque adsibilat aere uentus.  
Exultant udae super arida saxa rapinae  
Luciferique pauent letalia tela diei. 260  
Cuique sub amne suo mansit uigor, aere nostro  
Segnis anhelatis uitam consumit in auris.  
Iam piger inualido uibratur corpore plausus,  
Torpida supremos patitur iam cauda tremores

---

243 am<sup>n</sup>e G | <sup>h</sup>umentia G humentia RBL 244 exagmina  
L | uer<sup>r</sup>tit G uerret L 245 hi L 246 retia] fena L  
247 autem] aut L<sup>s</sup> | deiectas G subiectas RBL 248 inclinat G | conuexa *Vinetus* conexa GRB cōnexa L 249 inductos G inducitos RB inclytos L | aescis GR<sup>s</sup>B | letalibus RB loetalibus G letabilis L | <sup>h</sup>amos G hamis L 250 ignota L  
251 favcis G 252 saera R | occultanti L 253 indicium] inclytam L | tremō L<sup>s</sup> 254 uibrantes G<sup>1</sup> | setae R setae GBL | consensit RL | arundo L 255 praedas L 256 dextra L | raptat om. R<sup>1</sup> 257 raptis *Piper*, fractis ω tractis Schenkl 258 motu G | adsibilat] 1 ex b R<sup>s</sup> 259 exultant mai. init. litt. G | uidae G<sup>1</sup> undae L 260 letalia RB loetalia G 261 cuique *Auantius* 1507 quique GRL quēque B  
262 anhelantis B | consū<sup>m</sup>it (ps eraso, al. corr.) R 163 in-  
nalidouibratur: ou in ras. G<sup>s</sup> | plausus: pr. s ex c B<sup>s</sup> 264  
subremos B

- Nec coeunt rictus, haustas sed hiatibus auras 265  
Reddit mortiferos expirans branchia flatus.  
Sic, ubi fabriles exercet spiritus ignes,  
Accipit alterno cohabetque foramine uentos  
Lanea fagineis adludens parma cauernis.  
Vidi egomet quosdam leti sub fine trementes 270  
Collegisse animas, mox in sublime citatos  
Cernua subiectum praeceps dare corpora in amnem,  
Desperatarum potientes rursus aquarum.  
Quos impos damni puer inconsultus ab alto  
Impedit et stolido captat prensare natatu. 275  
Sic Anthedonius Boeotia per freta Glaucus,  
Gramina gustatu postquam exitialia Circes  
Expertus carptas moribundis piscibus herbas  
Sumpsit, Carpathium subiit nouus accola pontum.  
Ille hamis et rete potens, scrutator operti 280  
Nereos, aequoream solitus conuerrere Tethyn,  
Inter captiuas fluitauit praedo cateruas.  
Talia despectant longo per caerula tractu  
Pendentes saxis instanti culmine uillae,  
Quas medius dirimit sinuosis flexibus errans 285  
Amnis et alternas comunt praetoria ripas.

---

266 brancia *GR* brantia *BL* 267 ubi] tibi *B* 268  
alterno/ (s eraso) *B* 269 Sic ubi Lanea *R* | parma: m ex an  
al. *L<sup>s</sup>* parua *B* | alludens ω 270 Vidi mai. init. litt. *G* | laeti *RBL* *L<sup>s</sup>*  
loeti *G* 272 dare: d ex cl *L<sup>s</sup>* | amnem] omne *BL* | in mg.  
sup. f. 76<sup>r</sup> *haec leguntur* nonne uides quam prana s.....mii  
*B<sup>s</sup>* 274 impios *G<sup>1</sup>* 275 impedit *L* | solidio *B* stalido *L* |  
psare *R<sup>s</sup>* pensare *L<sup>s</sup>* 276 Sic mai. litt. init. *G* | boetia ω  
277 exitiaſlia *L* | Circes *Vgoletus*, dirces ω 278 moribundus  
*L* 279 carpatium *R* | acola *L* incola ex *Ouidio Accursius*  
280 mg. dextr. ~ *B* 281 nereus *B* | conuertere *RBL* |  
tethin *GR<sup>s</sup>* thetim *B* theū *L* 282 praeda *B* | captiuos *L*  
283 Talia mai. init. litt. *G* | cērula: cē in ras. *B<sup>s</sup>* 284 in-  
stantes<sup>1</sup> *R* extanti *Cannegieter*; | tullae *L* 285 Quos *RBL*  
exi<sup>n</sup>  
fluctibus (al. corr.) *R* 286 ammis *G* | alternans *L* | comunt]  
contra *L* | alter ..... petroria (lacuna 8 uel 10 litt.  
9\*

Quis modo Sestiacum pelagus, Nepheleidos Helles  
Aequor, Abydeni freta quis miretur ephebi?  
Quis Chalcedonio constratum ab litore pontum,  
Regis opus magni, mediis euripus ubi undis 290  
Europaeque Asiaeque uetat concurrere terras?  
Non hic dira freti rabies, non saeuia furentum  
Proelia caurorum; licet hic commercia linguae  
Iungere et alterno sermonem texere pulsu.  
Blanda salutiferas permiscent litora uoces, 295  
Et uoces et paene manus: resonantia utrinque  
Verba refert mediis concurrens fluctibus echo.

Quis potis innumeros cultusque habitusque retexens  
Pandere tectonicas per singula praedia formas?  
Non hoc spernat opus Gortynius aliger, aedis 300  
Conditor Euboicae, casus quem fingere in auro  
Conantem Icarios patrii pepulere dolores:  
Non Philo Cecropius, non qui laudatus ab hoste  
Clara Syracosii traxit certamina belli.  
Forsan et insignes hominumque operumque labores 305

---

300—315 ex Varronis hebdomadum l. X (Ritschelius Opusc. III 512 sq.) cf. Plin. n. h. VII 125.

---

et mg. dextr. ~) B 287 Quis mai. init. litt. G | nephel-  
gides L 288 abhydeni L | miratur L | ephoebi G 289  
calchedonio G calcedonio RBL | littore RL 290 magni  
Scaliger 1, 4, magnum ω | eurippus R 292 Non mai. init.  
litt. G | seuia in ras. B 293 praelia RB | chaurorum G  
caucrorum L 294 pulsu] plausu R lusu Heinsiuss 295  
litora R<sup>s</sup>L<sup>s</sup> 296 poene B | utrinque GRB utrūque L m  
al. ss. G 297 concurrit RBL | echo L 298 Quis mai.  
litt. init. G | potest L | cultus (om. que) R 299 theōtonicas  
R | fomas L 300 Non mai. init. litt. B | spernāt R<sup>s</sup> | gor-  
tinius GBL gertinius R | alier L | e dis R 301 frīngere R  
302 iācarios G yearios R 303 laudatur RL | hoēte R  
304 syracosii Par. syracusii GBL (ii ex u al. L<sup>s</sup>) siracusii R  
305 labores] es absciss. R

Hic habuit decimo celebrata uolumine Marcei  
 Hebdomas, hic clari uiguere Menecratis artes  
 Atque Ephesi spectata manus uel in arce Mineruae  
 Ictinus, magico cui noctua perlita fuco  
 Adlicit omne genus uolucres perimitque tuendo. 310  
 Conditor hic forsitan fuerit Ptolomaidos aulae  
 Dinochares, quadrata cui in fastigia cono  
 Surgit et ipsa suas consumit pyramis umbras,  
 Iussus ob incesti qui quondam foedus amoris  
 Arsinoen Pharii suspendit in aere templi. 315  
 Spirat enim tecti testudine uirus achates  
 Adflatamque trahit ferrato crine pueram.  
 Hos ergo aut horum similes est credere dignum  
 Belgarum in terris scaenas posuisse domorum,  
 Molitos celsas fluuii decoramina uillas. 320  
 Haec est natura sublimis in aggere saxi,

311 „Audi praeterea quod mireris. Treberis est ciuitas Galliae nobilis, ubi Senecio quidam, cuius hospitio usus sum per 12 dies, in suburbio ciuitatis ferream imaginem Mercurii uolantis magni ponderis ostendit in aere pendentem. erat autem magnes, ut hospes idem mihi ostendit, supra in fornice itemque in pauimento, quorum naturalis uis e regione sua *⟨sibi ferrum asciuit siveque⟩* ferrum ingens quasi dubitans in aere remansit . . .“ Galba Viator Luciano sophistae (Annal. Treuerensium continuator, Pertz SS VIII 146, 12—17).

306 hic] hinc *Pulmann* | uolumine *G* uolumina *RBL* |  
 Marci *Pulmann* margei *GB* mar (*litt. gei abscissae*) *R* mergei  
*L*, sic *Margei CIL I 1014* (at Marcei 1013) 307 hebdo-  
 madas *B* ebdomadas *L* | hinc *Pulmann* | menecratos *ω corr.*  
*Scaliger* 308 uel] tibi *L* | in arce] marce *L* 309 hictinus  
*RBL* Bictinus *G* | *‘cui magico noctia R* | faco *L<sup>s</sup>* 310 allicit  
*ω* 311 Conditor *mai. litt. init. G* | hinc *G* | ptolomaido *G*  
 312 quadrata] quadra *G* quadro *R* quadre *B* cedro *L* | cui *om.*  
*L* | cui quadrata *Boecking*, cui quadrato *Goropius* | chono *pr. o*  
*ex u R<sup>s</sup> conor L* 313 ipse *L* | suos *R* 314 ab *L* | fēdus  
*R<sup>s</sup>* 315 phariis *R* 316 uirus *Peiper* chorus *GBL* totus *R*  
 corus *Lugdun.* 317 afflatam *ω* | *trahabit G* | serato *B* ferato *L*  
 318 Hos *mai. init. litt. G* 319 scenas *ω* 320 decoramine  
*BL* 321 stat *Markland* | natura *ω* natui *Lugdun.*

Haec procurrentis fundata crepidine ripae,  
Haec refugit captumque sinu sibi vindicat amnem.  
Illa tenens collem, qui plurimus imminet amni,  
Vsurpat faciles per culta, per aspera uisus      325  
Vtque suis fruitur diues speculatio terris.  
Quin etiam riguis humili pede condita pratis  
Compensat celsi bona naturalia montis  
Sublimique minans irrumpit in aethera tecto,  
Ostentans altam, Pharos ut Memphitica, turrim. 330  
Huic proprium clausos consaepso gurgite pisces  
Apricas scopulorum inter captare nouales.  
Haec summis innixa iugis labentia subter  
Flumina despectu iam caligante tuetur.  
Atria quid memorem uiridantibus adsita pratis? 335  
Innumerisque super nitentia tecta columnis?  
Quid quae fluminea substructa crepidine fumant  
Balnea, feruenti cum Mulciber haustus operto  
Voluit anhelatas tectoria per caua flamas,  
Inclusum glomerans aestu spirante uaporem? 340  
Vidi ego defessos multo sudore lauacri  
Fastidisso lacus et frigora piscinarum,  
Vt uiuis fruerentur aquis, mox amne refotos  
Plaudenti gelidum flumen pepulisse natatu.  
Quod si Cumanis huc adforet hospes ab oris, 345  
Crederet Euboicas simulacra exilia Baias

---

322 procurrentes *L*    323 uendicat *R*    324 ullatenus *L* :  
amni: amn in ras. *B<sup>s</sup>*    326 atque *R* | felix *G* diues *RBL*  
327 Quin mai. init. litt. *G* | irriguis *B* | p<sup>r</sup>atis *G*    329 ir-  
rupit *BL* | aethere *RBL*    330 aliam *B* alta *L* | faros *GBL* |  
turri (s eraso) *R<sup>s</sup>*    331 proprium est *G<sup>2</sup>BL*, est om. *G<sup>1</sup>R* |  
consepto *GRL* concepto *B*    332 captate *L* | canales *Hein-*  
*sius*    333 iugis innixa (pr. corr.) *L*    335 Atria mai. init.  
litt. *GB* | adsita *G<sup>2</sup>L* assita *G<sup>1</sup>RB*    336 colonis *L*    337  
subducta *L*    338 aperto *L*    339 flamas *R*    340 expirante  
ω corr. *Heinsius*    341 lauachri *B*    342 frigora] flumina *B*  
343 refotes *L*    344 plaudenti *L*    345 Quod mai. init. litt.  
*G* | eū anis (quo deleto cumanis ss.) *G* | afforet ω | horis *R*  
346 simulacra *B*

His donasse locis: tantus cultusque nitorque  
Adlicit et nullum parit oblectatio luxum.

Sed mihi qui tandem finis tua glauca fluenta  
Dicere dignandumque mari memorare Mosellam, 350  
Innumeris quod te diuersa per ostia late  
Incurrunt amnes? quamquam differre meatus  
Possent, sed celerant in te consumere nomen.  
Namque et Promeae Nemesaeque adiuta meatu  
Sura tuas properat non degener ire sub undas, 355  
Sura interceptis tibi gratificata fluentis,  
Nobilis permixta tuo sub nomine, quam si  
Ignoranda patri confunderet ostia Ponto.  
Te rapidus Celbis, te marmore clarus Erubris  
Festinant famulis quam primum adlambere lymphis:  
Nobilibus Celbis celebratus piscibus, ille 361  
Praecipiti torquens cerealia saxa rotatu  
Stridentesque trahens per leuia marmora serras  
Audit perpetuos ripa ex utraque tumultus.  
Praetereo exilem Lesuram tenuemque Drahonum 365  
Nec fastiditos Salmonae usurpo flores:  
Nauiger undisona dudum me mole Sarauus

---

359 riulum nomine Ruouerius, miliario ab urbe secundo  
alterum riulum, qui Ruouora uocatur, marmore habundans in-  
fluentem. Annal. Treuerenses (Pertz SS VIII 132, 24).

---

347 tantus  $\omega$  tantum *Mommsen* 348 allicit  $\omega$  349 Sed mai.  
init. litt. *GB* 350 *mg. sin*  $\sim$  *B* | que om. *L* | memorasse *L* |  
mosella: (cum interrogandi nota) *R* *Mosella Sebis.*, *Boecking*  
351 hostia  $\omega$  (ostia *G<sup>2</sup>B<sup>2</sup>*) 352 quamquam *GRL* 353  
in te] uite *L* 354 nanque  $\omega$  (*L?*) | *Promeae*] pro/nee *G<sup>s</sup>*  
proneae *R* *B* pronea est *L* namque et aquis *Promae Bergk*  
(*Jd VvAFi Rheinl. LVII* 15), corr. *Schenkl* | adducta *L*  
357 nobilibus *BL* | quam si] quasi *L* 358 confunderet al.  
corr. *L* | hostia *R* 359 *Celbis Scaliger* 1, 2, *gelbis G belgis*  
*RBL* | erubrus *BL* 360 adlabere *G* allabere *R* alabere *L*  
allambere *B* 361 *Celbis Scaliger* 1, 2, *celsis  $\omega$*  | celebratur  
*R* 362 precipiti *G* precipit (i pr. in e al.) *L* 365 dra-  
honum *G* drabonum *R* trachorum *B* draconum *L* 366 sal-  
mone *GBL* 367 *Nauiger mai. litt. init. G* | mollis arauus *RBL*

Tota ueste uocat: longum qui distulit annem,  
Fessa sub Augustis ut uolueret ostia muris.  
Nec minor hoc, tacitum qui per sola pinguia labens  
Stringit frugiferas felix Alisontia ripas. 371  
Mille alii, prout quemque suus magis impetus urget,  
Esse tui cupiunt. tantus properantibus undis  
Ambitus aut mores. quod si tibi, dia Mosella,  
Smyrna suum uatem uel Mantua clara dedisset, 375  
Cederet Iliacis Simois memoratus in oris  
Nec praeferre suos auderet Thybris honores.  
Da ueniam, da, Roma potens! pulsa, oro, facessat  
Inuidia et Latiae Nemesis non cognita linguae:  
•  
Imperii sedem Romiae tenuere parentes. 380  
Salve, magne parens frugumque uirumque, Mosella!  
Te clari proceres, te bello exercita pubes,  
Aemula te Latiae decorat facundia linguae.  
Quin etiam mores et laetum fronte serena  
Ingenium natura tuis concessit alumnis. 385  
Nec sola antiquos ostentat Roma Catones,  
Aut unus tantum iusti spectator et aequi

---

379 Plin. n. h. XI 251 Nemeseos, quae dea Latinum nomen  
ne in Capitolio quidem inuenit. XXVIII 22 Nemesim, cuius  
Romae simulacrum in Capitolio est, quamvis Latinum nomen  
non sit.

---

368 uocat] loca *cum spatio uacuo* 1 uel 2 litt. *B* locat *L*  
369 festa *R* | *augustā L* | *hostia RL* 370 nec] non *L* |  
tacitam *L* 371 frug<sup>if</sup>eras (*al. corr.*) *G* | *foelix L* | *alisentia R*  
372 quemque *L* quenque *RB* cūq; *G* | *suus an suis incertum*  
*R<sup>s</sup>* 373 tantus: us *ex n B* | *mg. dext. ~ B* 374 moles  
*Vgoletus* 375 smirna *RL* 376 cederet *GB* | *yliacis R* |  
symois *RB* | *horis R* 377 tybris *GB* tibris *RL* 378 da  
Roma *G* mihi Roma *RBL* | *petens (potens rec. corr.) L<sup>s</sup>* | *ora*  
*RB* hora *L<sup>s</sup>* | *facessa B* (*facessā B<sup>s</sup>*) | *post u.* 379 *quaeclam ex-*  
*cidisse uidit Accursius* 380 *tenuere*] que tuere *Par.* tueare  
parentis *Boecking, an Romane tuere parentum?* 381 *Salve*  
*mai. litt. init. GB* | *frigum L* | *mosellam L* 383 *faecundia L*  
384 *serena GR* *senera BL* 387 *speculator B*

Pollet Aristides ueteresque inlustrat Athenas.  
Verum ego quid laxis nimium spatiatus habenis  
Victus amore tui praeconia dero? conde, 390  
Musa, chelyn, pulsis extremo carmine netis.  
Tempus erit, cum me studiis ignobilis oti  
Mulcentem curas seniique aprica fouentem  
Materiae commendet honos; cum facta uiritim  
Belgarum patriosque canam decora inclita mores: 395  
Mollia subtili nebunt mihi carmina filo  
Pierides tenuique aptas subtemine telas  
Percurrent: dabitur nostris quoque purpura fusis.  
Quis mihi tum non dictus erit? memorabo quietos  
Agricolas legumque catos fandique potentes, 400  
Praesidium sublime reis; quos curia summos  
Municipum uidit proceres propriumque senatum,  
Quos praetextati celebris facundia ludi  
Contulit ad ueteris praeconia Quintilianii,  
Quique suas rexere urbes purumque tribunal 405  
Sanguine et innocuas inlustrauere secures;  
Aut Italum populos aquilonigenasque Britannos  
Praefectorum titulo tenuere secundo;

---

388 illustrat  $\omega$  om. *L* 389 Verum *mai. litt. init.* *G* uae-  
rum *R* | quid] qd̄ *G* quod *L* 390 tuo *L*, *in contextu spatium*  
*vacuum, in mg. pr. tuo ex tui ut uid.* *B* 391 mus *L* | chelin  
*R* chelim *BL<sup>s</sup>* | netis ss. *R<sup>2</sup>B* necis *L* neos *G* neruis *R<sup>1</sup>*  
392 otii *B* ora *L* 393 senii: nii *in ras.* *G<sup>s</sup>* senu *L<sup>s</sup>* 394  
commendos (d *ex o. al. corr.*) *L* | uirum (que *al. add.*) *L*  
395 cana *R* | iuclita more<sup>s</sup> (s *al.*) *L<sup>s</sup>* 396—298 cf. *Ermen-ricus* 51—54 396 michi *R* 397 pyerides *R* pyerydes *Er-*  
*menr.* | aptas] captas *L* | subtegmine *L* 398 fustis *L* 399  
Quis *mai. init. litt.* *G* | tum] tē *R* tñ *L<sup>s</sup>* | memerabo *G* memo-  
rabo: bo *in ras.* *R<sup>s</sup>* 401 presidium *RB* praesidum *L* | regis  
*L* | summis *R* 402 municipū/ *G<sup>s</sup>* 403 protexati *G* pae-  
textati *R<sup>s</sup>* 404 neterēs *R* 405 retexere *G* | tribunal: un  
*in ras.* *G* 406 innocuos *L* | illustrauere  $\omega$  407 deest *L* |  
aquilogenas *G* | cf. *Ermenricus* 56 408 perfecturarum *L*

Quique caput rerum Romam, populumque patresque,  
 Tantum non primo rexit sub nomine, quamuis 410  
 Par fuerit primis: festinet soluere tandem  
 Errorem Fortuna suum libataque supplens  
 Praemia iam ueri fastigia reddat honoris  
 Nobilibus repetenda nepotibus. at modo coeptum  
 Detexatur opus, dilata et laude uirorum 415  
 Dicamus laeto per rura uirentia tractu  
 Felicem fluuium Rhenique sacremus in undas.

Caeruleos nunc, Rhene, sinus hyaloque uirentem  
 Pande peplum spatiumque noui metare fluenti  
 Fraternis cumulandus aquis. nec praemia in undis 420  
 Sola, sed Augustae ueniens quod moenibus urbis  
 Spectauit iunctos natique patrisque triumphos,  
 Hostibus exactis Nicrum super et Lupodunum  
 Et fontem Latiis ignotum annalibus Histri.  
 Haec profligati uenit modo laurea belli: 425  
 Hinc alias aliasque feret. uos pergitte iuncti  
 Et mare purpureum gemino propellite tractu.  
 Neu uereare minor, pulcherrime Rhene, uideri:  
 Inuidiae nihil hospes habet. potiere perenni  
 Nomine: tu fratrem famae securus adopta. 430

409 romam *om.* *B* *mg.* *dextr.* ↘ *B* | populum *Lugdun.*  
*populi* ω 411 par fuerit] *praefuerit Gronouius* | festinet  
*Boecking*, festinat ω *mg.* *dextr.* ↘ *B* 412 libita *GR* 413

uéri *R* | reddat (e *eras.*) *R* reddet *Lugdun.* | honores *R<sup>1</sup>B<sup>1</sup>L<sup>s</sup>*

414 admodum *RBL* | ceptum *R* 415 detestatur *RBL* | et  
*est L* 417 fluuium: m *ex nt G<sup>s</sup>* | undas *G* undis *RBL*  
*rheni R<sup>s</sup>* uu. 418—420 post 445 *conlocati L* 418a et 420a  
*Ermenricus* 61a et 63a | Caeruleos mai. init. litt. *G* | nunc

v  
 hinc *Ermenr.* | hialo *R* halo *L* 419 pando *G* | cumulandis  
*L* 421 anguste *L* | uenies *B* 422 iunctos *L<sup>s</sup>* | nari *L<sup>s</sup>* |  
 triumpho/ s easu ut uil. *abrasum B* 423 Nicrum *Rhenanus*,  
*nigrum* ω | superest *L* | luponudum ω *corr. Rhenanus*, ad Lu-  
 podunum *Mommisen*. 424 latus *L* | hystri *R* 426 Hinc  
*mai. init. litt. G* mox *RBL* | referet (re *deleto*) *R* 427  
 gemino: o *ex a B* | propellitora tractu *G* | tactu *R* 428 neu]  
*heu L* 429 nichil *R* nil *Lugdun.* 430 cf. *Ermenricus* 58

Diues aquis, diues Nymphis, largitor utriusque  
 Alueus extendet geminis diuortia ripis  
 Communesque uias diuersa per ostia pandet.  
 Accedent uires, quas Francia quasque Chamaues  
 Germanique tremant: tunc uerus habebere limes. 435  
 Accedet tanto geminum tibi nomen ab amni,  
 Cumque unus de fonte fluas, dicere bicornis.

Haec ego, Viuisca ducens ab origine gentem,  
 Belgarum hospitiis non per noua foedera notus,  
 Ausonius, nomen Latium, patriaque domoque 440  
 Gallorum extremos inter celsamque Pyrenen,  
 Temperat ingenuos qua laeta Aquitanica mores,  
 Audax exigua fide concino. fas mihi sacrum  
 Perstrinxisse amnem tenui libamine Musae.  
 Nec laudem affecto, ueniam peto. sunt tibi multi, 445  
 Alme amnis, sacros qui sollicitare fluores  
 Aouidum totamque solent haurire Aganippen.  
 Ast ego, quanta mei dederit se uena liquoris,  
 Burdigalam cum me in patriam nidumque senectae  
 Augustus, pater et nati, mea maxima cura, 450  
 Fascibus Ausoniis decoratum et honore curuli  
 Mittent emeritae post munera disciplinae,  
 Latius Arctoi praeconia persequar amnis.  
 Addam urbes, tacito quas subterlaberis alueo,  
 Moeniaque antiquis te prospectantia muris; 455

431 nymphis: i in ras. G<sup>s</sup> 433 hostia ω (h exp. G<sup>2</sup>)  
 pandet Peiper fundet ω findet Heinsius 433—437 = Emen-  
 ricus 62—67 436 amne R ἄνη L<sup>s</sup> 438 uiuifica ω corr.  
 Scaliger 1, 5 439 hospitus (al. corr.) L<sup>s</sup> | non] nunc L | federa  
 R<sup>s</sup> | notos L 440 latius ω corr. Auantius 1507 441 pyrenem  
 G 442 aquitanica G aquitania RB equitania L 445 af-  
 fecto ω | ueniam/ R<sup>s</sup> | tibi] τ in ras. R<sup>s</sup> | secuntur 418—420 L  
 447 aganippem G aganippe B 448 Ast mai. litt. init. G |  
 tanta L 449 burgundigalam (gun eras.) G<sup>s</sup> | nudum L<sup>s</sup>  
 450 a<sup>v</sup>gustus G | natus Auantius 1507 452 munera G tem-  
 pora RBL 454 et 455 in marg. pr. L<sup>s</sup> | tanto qui subter-  
 laberi<sup>s</sup> L 455 mēnia R moēnia (al. corr.) L | antiquis (o del.) L<sup>s</sup>

Addam praesidiis dubiarum condita rerum,  
Sed modo securis non castra, sed horrea Belgis;  
Addam felices ripa ex utraque colonos  
Teque inter medios hominumque bouisque labores  
Stringentem ripas et pinguia culta secantem. 460  
Non tibi se Liger anteferet, non Axona preeceps,  
Matrona non, Gallis Belgisque intersita finis,  
Santonico refluus non ipse Carantonus aestu.  
Concedes gelido Durani de monte uolutus  
Ammis et auriferum postponet Gallia Tarnen 465  
Insanumque ruens per saxa rotantia late  
In mare purpureum, dominae tamen ante Mosellae  
Numine adorato, Tarbellicus ibit Aturrus.  
Corniger externas celebrande Mosella per oras,  
Nec solis celebrande loeis, ubi fonte supremo 470  
Exeris auratum taurinae frontis honorem,  
Quaque trahis placidos sinuosa per arua meatus,  
Vel qua Germanis sub portibus ostia soluis:  
Si quis honos tenui uolet adspirare eamenae,  
Perdere si quis in his dignabitur otia musis, 475  
Ibis in ora hominum laetoque fouebere cantu.  
Te fontes uiuique lacus, te eaerula noscent  
Flumina, te ueteres pagorum gloria luci:  
Te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis  
Alpinique coalent fluuii duplaremque per urbem 480

457 non] nunc *L* | horea *L* 461 Non mai. litt. init. *G*  
| liget *L* | anxona *R* auxona *B* 462 Gallos Belgasque i.  
finis *lexicon poeticum a Pulmanno laudatum s. u.* *Matrona*.  
fines  $\omega$  463 santonicus *G* xantonico *L* | refluus *Lugdun*.  
profluus  $\omega$  464 duraui *L* 465 postponat *L* | *Tarnen*] tandem *L* 468 nomine  $\omega$  corr. *Lugdun*. | tarbellius  $\omega$  (tarbellus *L*) corr. *Accursius* | ibi *L* | aturnus *R* aturrus: c ex t *L*<sup>s</sup> 469 Corniger mai. init. litt. *G* | celebranda *GL* | moselle *R* |  
horas *R* | mosella per oras in ras. *B*<sup>s</sup> 470 celebrandę (e corr.)  
*G*<sup>s</sup> celebranda *L* | superno *G* 471 taurinthes *R* 472 quaque  $\omega$  corr. *Boecking* | placido *L* 473 hostia *R*<sup>1</sup> | soluis: s  
pr. cursiv in ras.) *L*<sup>s</sup> 474 ualet *R* | aspirare  $\omega$  475 si quis/ dignabitur (in his om., marg. sin.  $\sim$ ) *B* 479 drima *B* 480 apini *R*<sup>s</sup>

Qui meat et Dextrae Rhodanus dat nomina ripae:  
Te stagnis ego caeruleis magnumque sonoris  
Amnibus, aequoreae te commendabo Garumnae.

EPISTVLA SYMMACHI AD AVSONIVM.

Symmachi  
epist. I 14 (8)]

SYMMACHVS AVSONIO.

Petis a me litteras longiores. est hoc in nos  
ueri amoris indicium. sed ego, qui sim paupertini  
ingenii mei conscius, Laconiae malo studere breuitati,  
quam multiugis paginis infantiae meae maciem publi-  
care. nec mirum, si eloquii nostri uena tenuata est, 5  
quam dudum neque ullius poematis tui neque pe-  
destrium uoluminum lectione iuuisti. unde igitur ser-  
monis mei largam poscis usuram, qui nihil litterati  
faenoris credidisti? uolitat tuus Mosella per manus  
sinusque multorum diuinis a te uersibus consecratus: 10  
sed tantum nostra ora praelabitur. cur me istius li-  
belli, quaeso, exortem esse uoluisti? aut ἀμονσότερος  
tibi uidebar, qui iudicare non possem, aut certe ma-  
lignus, qui laudare nescirem. itaque uel ingenio meo

---

481 dextre *G* 483 deest *L* | garumne *CCeltis ut uid. in cod. Vindob. adnotatione*, garunnae *RB* garonnae *G*

Expliē decimi magni ausonii mosella. Incipit epistola sym-  
machi ad εὐεσθιον (ss. ausonium) *G* EXPL' MOSELLA' INCIPIT EPL' A  
SYMMACHI AD AVSONIVM *B* EXPLICIT MOYSELLA AVSONII *L* subscr.  
om. *R* inscr. om. σ (ω = libri Ausoniani *GBL*, σ = Symmachi  
libri *P. i. Palatinus et F. i. Florilegium; accedit aliquotiens Γ  
i. Giphanius codex et Φ i. Fuldensis*) || .s. ausonio *F* simma-  
cus ausonio salutem *L* om. *GBP* 1 in nos ueri σ in nostri  
ω (nři in ras. *B<sup>s</sup>*) 2 qui sim *G* qui sin *P* quasi Γ*F* qui  
sum *BL* 3 laconie *L* | mallo *G* 4 multiugis *B* l' multis  
nugis ss *G* | paginae *G* | infacie *L* 5 nec *absumptum B* |  
mirum] mihi *L* | nostri] mei *B* 6 nec *L* | nullius] ul syllaba ab-  
ede  
sumpta *B* 7 potestriū (al. corr.) *L* 7—9 unde — credi-  
disti om. *BL* 8 qui] cui *G* 11 prelabitur *G* 12 amu-  
soteros ω amusos σ 13 diiudicare σ | possim *G* 14 itaque]  
utique *Suse*

15 plurimum uel moribus derogasti. et tamen contra interdictum tuum uix ad illius operis arcana perueni. uelim tacere, quid sentiam; uelim iusto de te silentio uindicari; sed admiratio scriptorum sensum frangit iniuriae. noui ego istum fluum, cum aeternorum  
20 principum iam pridem signa comitarer, parem multis, imparem maximis. hunc tu mihi inproviso clarorum uersuum dignitate Aegyptio Nilo maiorem, frigidorem Scythico Tanai clarioremque hoc nostro populari Tiberi reddidisti. nequaquam tibi crederem de Mosellae ortu  
25 ac meatu magna narranti, ni scirem, quod nec in poe- mate mentiaris. unde illa amnicorum piscium examina repperisti quam nominibus uaria, tam coloribus, ut magnitudine distanti, sic sapore, quae tu pigmentis istius carminis supra naturae dona fucasti? atquin  
30 in tuis mensis saepe uersatus cum pleraque alia, quae tunc in pretio erant, esui obiecta mirarer, numquam hoc genus piscium deprehendi. quando tibi hi pisces in libro nati sunt, qui in ferculis non fuerunt? iocari me putas atque agere nugas? ita deus me proba-

15 et] egi *P* ego *Wouweren* 16 indictum *B* | archana  
*BL* 17 quid] quod *B<sup>s</sup>L* 18 iudicari *B* | ammiratio *B* |  
franget *L* 20 principum *L* | iam signa pridem *G* | comi-  
tarer] litt. comita in ras. *B<sup>s</sup>* 21 hunc] nunc *L* | tu mihi]  
mihi (tu om.) *L?* | inproviso *G* 22 nilo ωΓF melone *PΦ*  
cf. *Ausonii ep. IIII* [393] 75 23 scythico] scytico *PB* scitico *L*  
scythio *G* | thanai *L* | nostro] uro *B* | populari *G* populi *BL*  
(popl'i *B*) | tiberi ω (tyberi *B*) fucino σ del. *Iuretus* 24 red-  
disti *G* | mosollae *G* musellae libri *Scioppiani* (cf. *Fortunati*  
*III* 12. 13 X 9) 25 ni scirem ω ni (uel nisi) certo scirem σ  
26 amnicorum] amicorum *G P* (sed ss. amnicorum *G*) amnes  
*L* | examina] agmina *B* 27 repperisti *G* reperisti *BL* |  
quam] qua *L* quae σ | uaria tam] uariata: t in ras. *G<sup>s</sup>* ua-  
riata *BLσ* 28 distanti *G* distantia *BLσ* | sapere *L* 29  
istius] huius *B* | fugasti *Vgol.* | atquin ω atqui σ 31 praetio  
*G* precio *BL* practorio σ | essui subiecta *G* | nunquam *G?B*  
32 dependi *G* | hii *B* 33 non] nec *L* | locari *L* 34 putas  
*G* putes *BL* | deus . . . praestet ω (dominus *L* prestet *G*) dii  
. . . praestent σ | me ante deus *G* me post prob. *LF* (in *F*  
amabilis pro prob.)

35 bilem praestet, ut ego hoc tuum carmen libris Maro-  
nis adiungo. sed iam desinam mei oblitus doloris in-  
haerere laudibus tuis, ne hoc quoque ad gloriam tuam  
trahas, quod te miramur offensi. spargas licet uolu-  
mina tua et me semper excipias: fruemur tamen tuo  
40 opere, sed aliorum benignitate. uale.

---

37 inherere *G* | tuis laudibus inhaerere *B*      38 trahas *L* |  
miramur te *L* | offensis parcas *σ* (offensi *P<sup>2</sup>*)      40 uale *om.* *B*

XI.

[285—298]

ORDO VRBIVM NOBILIVM.

I. ROMA.

Prima urbes inter, diuum domus, aurea ROMA.

II. III. CONSTANTINOPOLIS ET CARTHAGO.

CONSTANTINOPOLI adsurgit CARTHAGO priori,  
Non toto cessura gradu, quia tertia dici  
Fastidit, non ausa locum sperare secundum,

*PT* INCIPIT ORDO VRBIVM NOBILIVM *V* decii magni Ausonii catalogus urbium nobilium *P* decius magnus Ausonius in catalogo urbium Nobilium *T* nimirum hic liber f. 60<sup>r</sup>—62<sup>r</sup> non nisi has catalogi partes ex uetustiore libro quam cetera descripsit:

86—91	de Athenis
12—14	de Carthagine et Constantinopoli
46—63	de Capua
92—97	de Cathina et Syracusis
35—45	de Mediolano
28—34	de Treueri
73—80	de Arletensi urbe ( <i>deest 73<sup>b</sup> 74<sup>a</sup></i> )
107—127	de Narbona ( <i>sed desunt uu. 110—116<sup>a</sup> 117<sup>b</sup> 118 120</i> )
129—144	de Burdegali urbe ( <i>particulae quaedam in prosam</i>
166—167	<i>orationem solutae</i> )

*nomina urbium singulis partibus al. m. praefixit in V (in marg.), prima in PT.*

de roma constantinop' et cartag' *P* i ROMA | ii cōSTĀTI  
m̄ NOPOLIS ET CARTAGO *V* de carthagine et constantinopoli *T*  
1 inte *V* | diu: u in ras. *V* 2 constanti/nopoli (li eraso)  
*V* | adsurgit *V* assurgit *P* 3 quia] qui *V*

Qui fuit ambarum. uetus hanc opulentia praefert, 5  
Hanc fortuna recens; fuit haec, subit ista nouisque 5  
Excellens meritis ueterem praestringit honorem  
Et Constantino concedere cogit Elissam.  
Accusat Carthago deos iam plena pudoris,  
Nunc quoque si cedat, Romam uix passa priorem. 10  
Conponat uestros fortuna antiqua tumores. 10  
Ite pares, tandem memores, quod numine diuum  
Angustas mutastis opes et nomina: tu cum  
Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.

### III. V. ANTIOCHIA ET ALEXANDRIA.

Tertia Phoebeae lauri domus ANTIOCHIA, 15  
Velle ALEXANDRI si quarta colonia ponit.  
Ambarum locus unus: et has furor ambitionis  
In certamen agit uitiorum. turbida uulgo  
Vtraque et amentis populi male sana tumultu. 5  
Haec Nilo munita quod est penitusque repostis 20  
Insinuata locis, fecunda et tuta superbit,  
Illa, quod infidis opponitur aemula Persis.  
Et uos ite pares Macetumque adtollite nomen.  
Magnus Alexander te condidit, illa Seleucum 10  
Nuncupat, ingenuum cuius fuit ancora signum, 25

5 fuat *Barth* | apulei<sup>n</sup> *P* | prefert *V* 6 subiit *P* | ista:  
i in y corr. *V* | nobq<sup>ī</sup> (ss. nouis) *V* 7 perstrinxit *P* 8 elys-  
sam *P* 9 acusat *P* | deos] dēs *P* 11 conponat] *VP* | fur-  
tuna *V*<sup>1</sup> 12 quod *PT* quo *V* | numine: n pr. in ras. litt.  
mutastis  
i uel 1 *V* 13 angustas *T* | angustas.//// opes (matas (ma in  
mu al. corr.) pr. ss., ipsa in linea tis eras. et post uocem mutas  
al. supra add.) *V* onustatis *P* | quam *V* 14 būzantina pr. c. *V*  
bizantina *PT* | ligos *V* licos *P* lices *T* | at tu *T*<sup>s</sup> | bursa *P* birsa *T*

III ANTHIOTIA V ET ALEXANDRIA *V* de Antiochia et Alexan-  
dria *P* 15 phebee *P* | antiochio *P* 16 bellet *V* uellet et  
*P* | alexandre *P* | si] se *V* 19 aet *V* 21 tuta] tu *P*<sup>s</sup>  
22 pressis *V* 23 macetum *P* | adtollite *V* attollite *P* 25  
ingenitum *P* | anchora *P*

Qualis inusta solet, generis nota certa; per omnem  
Nam subolis seriem nativa cucurrit imago.

VI. TREVERIS.

Armi potens dudum celebrari Gallia gestit  
TREVERICAEque urbis solium, quae proxima Rheno  
Pacis ut in mediae gremio secura quiescit, 30  
Imperii uires quod alit, quod uestit et armat.  
Lata per extentum procurrunt moenia collem; 5  
Largus tranquillo praelabitur amne Mosella,  
Longinqua omnigenae uectans commercia terrae.

VII. MEDIOLANVM.

Et MEDIOLANI mira omnia, copia rerum, 35  
Innumerae cultaeque domus, facunda uirorum  
Ingenia et mores laeti; tum duplice muro  
Amplificata loci species populi que uoluptas  
Circus et inclusi moles cuneata theatri; 5  
Templa Palatinaeque arces opulensque moneta 40  
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri;  
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis

26 cera *V* 27 sobolis *P* | cucurrit ymago *P<sup>s</sup>*

VI TREVERIS *V* de treueri *PT* 28 armipotē *P* | gestis

*PT* 29 treuerice *VT* | reno *P* 30 ut indiae *al. corr. V*  
ut in ediae *P* | secura: cur *in ras. al. P<sup>s</sup>* 31 imperii *P<sup>s</sup>*  
32 procurrant *marg. al. m. P<sup>s</sup>* procurrit *V* procur<sup>me</sup> *P* percur-  
runt *T* 33 prelauitur *V* perlabitur *PT* 34 *deest, sed pr.*  
*m. ima in columna scripsit post u. 46, nota d li. post u. 33*  
*positu V* | longinq̄ *P* | omnogene *V* omnigenus *PT* | nectas *T* |  
commercia] *V* commertia *T*

VII Et MEDIOLANVM *V* de mediolano *PT* 35 mediolanū  
*P* 37 ingenia antiqui mores *T* | tum] emm *P*, duplice *V*  
38 amplicata *P* | boluptas *V* 39 antiqui: alt. i al. add. *V*  
40 arcens *P in marg. al dom<sup>v</sup>s antiqua m. add. V* 41 *deest P*  
| erculei *V* | labauacri *V* 42 peristila *T* peristula *P* per-  
styila *V*

Moeniaque in ualli formam circumdata limbo:  
Omnia quae magnis operum uelut aemula formis      10  
Excellunt: nec iuncta premit uicinia Romae.      45

VIII. CAPVA.

Nec CAPVAM pol agri cultuque penuque potentem,  
Deliciis, opibus famaque priore silebo,  
Fortuna uariante uices, quae freta secundis  
Nesciuit seruare modum. nunc subdita Romae      5 50  
Aemula, nunc fidei memor; ante infida, senatum  
Sperneret, an coleret dubitans, sperare curules  
Campanis ausa auspiciis unoque suorum  
Consule, ut imperium diuisi adtolleret orbis.  
Quin etiam rerum dominam Latique parentem      10 55  
Adpetiit bello, ducibus non freta togatis.  
Hannibal is iurata armis deceptaque in hostis  
Seruitium demens specie transiuit erili.  
Mox ut in occasum uitiis communibus acti  
Conruerunt Poeni luxu, Campania fasto,  
(Heu numquam stabilem sortita superbia sedem!)      15 60  
Illa potens opibusque ualens, Roma altera quondam,

---

43 ménia *T* | circundata *P* (circundataque *P<sup>e</sup>*) | limbo *P*  
limuo *V* lymbo *T* al' labro *marg. antiq. m.* *V* Lambro *Hopfensack*, labro *Scaliger* 1, 23      45 excellunt *P* | iunta *V* | prae-  
mit *VT<sup>t</sup>*

VIII CAPVA *V* de capua *PT*      46 pol agri *Peiper* (an peregre?)  
pelago  $\omega$  | poenu *T*      47 famaque fama *T<sup>t</sup>* | silobo *P* solebo  
*T<sup>t</sup>* (*pr. corr.*)      48 uariante] uaria *V*      49 nescit *V*      50 nunc  
*V* *P* non *T* tunc *Scaliger* | ante *Heinsius*, at *V* aut *PT* anne  
*Scaliger* | infida: a in ras. al. pro & ut uid. *V* | senatu *T*  
51 an] han *V* | collleret *P* | duuitans *V* dubitat *T* | currules *T*  
52 suorum consule (Consule *repetito* u. 53) *T<sup>t</sup>*      53 diuisit  
*V* | adtolleret *V* attolleret *T* atolleret *P*      55 ad/petiit *V* |  
non] nunc *T*      56 annibal is *T*      57 transire *V* | herili  $\omega$   
58 in hoc cassum *V* | uitiis: is in ras. *V*      59 corruerunt *P*  
conruerent *V* quo ruerent *T* | festo  $\omega$  al' fasto *marg. V* fastu  
*Lipsius*      60 v in *marg. V* | supbia *V*      61 illa] ira *T* |  
balens *V* | odam *P*

Comere quae paribus potuit fastigia conis.  
Octauum reiecta locum uix paene tuetur.

VIII. AQVILEIA.

Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti,  
Nona inter claras AQVILEIA cieberis urbes, 65  
Itala ad Illyricos obiecta colonia montes,  
Moenibus et portu celeberrima: sed magis illud  
Eminet, extremo quod te sub tempore legit, 5  
Solueret exacto eui sera piaeula lustro  
Maximus, armigeri quondam sub nomine lixa. 70  
Felix, quae tanti spectatrix laeta triumphi  
Punisti Ausonio Rutupinum Marte latronem.

X. ARELAS.

Pande, duplex ARELATE, tuos blanda hospita portus,  
Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius et quam  
Acelit Alpinis opulenta Vienna colonis, 75  
Praecipitis Rhodani sie intercisa fluentis,  
Vt medium facias nauali ponte plateam, 5  
Per quem Romani commercia suscipis orbis  
Nee cohibes, populosque alios et moenia ditas,  
Gallia quis fruitur greminoque Aquitania lato. 80

62 quae] <sup>s</sup> q V q<sub>3</sub> P 63 octabum V

VIII AQVILEIA V de aquilegia P 64 erat] orat P<sup>s</sup> | ste  
V | tamen] tū P | recē<sup>tū</sup> (ē in ras., ti ss. antiqu.) V 65 cla-  
aqvile  
ras ia V | cieberis V 66 itala] ista P<sup>s</sup> | illyricos: y ex i? V  
illuricos P 67 illut V diest P 68 E //minet V 69 sol-  
uerit P solberet V | sera V iusta P | lustro V bello P 70  
lixa suse lixae ω 71 trihumphi V

X ARELAS V de arletensi urbe T de uienna P 73 pande  
V prode PT 73. 74 uerba arelate — roma om. PT 73  
blanda: alt. a in ras. V portus (p ex e uel t) V 74 narrbo  
V (b ex o? V<sup>1</sup>) 75 opulenta colonia uienna colonis T<sup>1</sup>  
76 rodani PT intercissa P 78 romani] rerum P | comertia T  
79 coibes V | alis T 80 fluit<sup>f</sup> T | acquitanica P | laeto Vinetus?

XI. HISPALIS. XII. CORDVBA. XIII. TARRACO.  
XIII. BRACARA.

Cara mihi post has memorabere, nomen Hiberum,  
**HISPALIS**, aequoreus quam praeterlabitur amnis,  
Submittit cui tota suos Hispania fasces.  
CORDVBA non, non arce potens tibi TARRACO certat  
Quaeque sinu pelagi iactat se BRACARA diues. 5 85

XV. ATHENAE.

Nunc et terrigenis patribus memoremus ATHENAS,  
Pallados et Consi quondam certaminis arem,  
Paciferae primum cui contigit arbor oliuae,  
Attica facundae cuius mera gloria linguae,  
Vnde per Ioniae populos et nomen Achaeum 5 90  
Versa Graia manus centum se effudit in urbes.

XVI. CATINA. XVII. SYRACVSAE.

Quis CATINAM sileat? quis quadruplices SYRACVSAS?  
Hanc ambustorum fratrum pietate celebrem,  
Illam complexam miracula fontis et amnis,  
Qua maris Ionii subter uada salsa meantes 95

---

XI HISPALIS XII CORDOBA XIII TARRACO XIII BRACARA *V* de  
tarrachonia *P* 81 cara *V* eura *P* clara *Toll* | mici *V* | hos  
*VP<sup>s</sup>* | numen *V* | hibernum *P* 82 hispalis *V* emerita *P* |  
paterlauit *V* 83 summittit *V* | tota: o ex u *V* | spania *V<sup>1</sup>*  
84 non, non *Auantius*, non *semel* *P* hinc non *V* | tarracho *P*  
85 brachara dues *P*

XV ATHENA *V* de athenis *PT* 86 troiugenis *T* 87 pa-  
lados *P* | consi *V* cossi *P* ceſi *T* | artem *P* 90 per] par *P* |  
atheum *P* 91 graia *T* già *P* grana *V* | effudit *V* fudit *T*  
fuint (*i. fuerint*) *P*

XVI CATINA XVII SIRACVSAE *V* de cathina et syracusis *PT*  
(*sed* cathinia *P*, ῥeca *add.* *P*) 92 cathinam *T* cathinia *P* |  
quis] aut *T* | qdrupōes *P<sup>s</sup>* | siracusis *V<sup>1</sup>*? siracusas *P* 93 pie-  
tatem *V* 94 complexam] *V* | miraculā *P<sup>s</sup>* | pontis et omnis *T*  
95 quam *V* | hionii *V*

Consociant dulces placita sibi sede liquores,  
Incorrumptarum miscentes oscula aquarum.

5

XVIII. TOLOSA.

Non umquam altricem nostri reticebo TOLOSAM,  
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens  
Perque latus pulchro praelabitur amne Garumna, 100  
Innumeris cultam populis, confinia propter  
Ninguida Pyrenes et pinea Cebennarum, 5  
Inter Aquitanas gentes et nomen Hiberum.  
Quae modo quadruplices ex se cum effuderit urbes,  
Non ulla exhaustae sentit dispendia plebis, 105  
Quos genuit cunctos gremio complexa colono.

XVIII. NARBO.

Nec tu, MARTIE NARBO, silebere, nomine cuius  
Fusa per immensum quondam Prouincia regnum  
Optinuit multos dominandi iure colonos.  
Insinuant qua se Grais Allobroges oris 110  
Excluduntque Italos Alpina cacumina fines: 5

96 cum sotiant *T* | placida *T* | sibi] sunt *P* 97 incor-  
ruptarum: a *ex o V*

xviii TOLOSA *V* de tholosa *P* 98 *ūquā: utrobique* <sup>2</sup> *et qu*  
*in ras. al. V* | ultricem: *u in a corr. V* | tholosam *P* 99  
coctibus *V* | quam] qnos *P* 100 pulcro *VP* | praelauitur *V*  
perlabitur *P* | anne *P* | ga/rūna: r uel e crasa *V* garīna *P*  
101 ppl's *P* | propter *V*<sup>2</sup> preter *V*<sup>1</sup> 102 pirenes *V*<sup>1</sup>? *P* |  
caebennarum *V* gebennarum *P* 103 exsequum (s al.) *V*  
urbis *V* 105 non nulla *P* | exhaustae *VP* 106 complexa] *V*  
| colono *Peiper* colonos *ω*

xviii NARBO *V* de narbone *PT* 107 marcie *P* | numine  
*V* | nomine cuius *translata in initium u. sequentis T* 108 immensum]  
*VT* | quondam] *᠀* (*i. contra*) *P* | prouintia *VP*  
109 optinuit *P* obtinuit *VT* 110 insinuant *V* | qua] <sup>s</sup> *V* |  
se grais] sese graiis *Vgoletus*, se graiis *Auantius*, sese ca-  
uis *P* esse cauis *V* | allobro gessoris *P* | allobrogis oris *V*  
111 italios *P* | italosalpia (osalpi<sup>n</sup> *in ras.*) *V* | fenes *V*

Qua Pyrenaicis niuibus dirimuntur Hiberi:  
Qua rapitur praeceps Rhodanus genitore Lemanno  
Interiusque premunt Aquitanica rura Cebennae,  
Vsque in Teutosagos paganaque nomina Belcas, 115  
Totum Narbo fuit: tu Gallia prima togati 10  
Nominis adtollis Latio proconsule fasces.  
Quid memorem portusque tuos montesque lacusque?  
Quid populos uario discrimine uestis et oris?  
Quodque tibi Pario quondam de marmore templum 120  
Tantae molis erat, quantam non sperneret olim 15  
Tarquinius Catulusque iterum, postremus et ille,  
Aurea qui statuit Capitoli culmina, Caesar?  
Te maris Eoi merces et Hiberica ditant  
Aequora, te classes Libyci Siculique profundi: 125  
Et quidquid uario per flumina, per freta cursu 20  
Aduehitur, toto tibi nauigat orbe cataplus.

112 pirenaicis *V<sup>1</sup>* pirenacis *P* | niuibus *P* 113 *deest P* |  
rodanus *V* 114 acquitanica *P<sup>s</sup>* | cebennae *V* gebenne *P*  
115 pagana *V* pana *P* | belcas *V* belcos *P* 116—127 Tu in  
gallia togati nominis prima | (*uacus uersus*) | Quis memoret  
portus tuos montes et lacus | Quis populos uarios (uario corr.  
pr.) discrimine uestis et oris | Cuius tanta moles erat quantam  
non sperneret olim | Tarquinius et getulus et iterum miles  
cesar | Qui capitolia aurea statuit. | Te maris orientalis et iberi merces ditant | Te classes libici et siculi pro-  
fundi | Et quicquid uario cursu per flumina et per freta ad-  
uehitur.~ toto tibi orbe nauigat. *sic T* 117 attollis  $\omega$   
118. 119 quis memoret . . . quis  $\omega$  corr. *Brandes* | uarios *T<sup>1</sup>*  
uirio uel iurio *P* 120 pario *V* uario *P* |  $\ddot{o}$ dam *P* 121 tanta  
*PT* | moles *T* 122 tarquinus *T* | getulus *PT* <sup>tu</sup>ge.lus *V* corr.  
*Lugdun.* | iterum] iter *P* 123 capitoli *V* corr. *Auantius*  
capitolia *PT* 124 eoi] coi *P* | iberi *T* hiberiori *P* 125 li-  
bici *PT* | siculi] sucidi *P* sinili *T<sup>s</sup>* 126 quicquid *PT*  
127 aduehitur *V* | cataplvs *V* catap<sup>3</sup> *P*

## XX. BVRDIGALA.

Impia iam dudum condemno silentia, quod te,  
 O patria, insignem Baccho fluuiisque uirisque,  
 Moribus ingeniisque hominum procerumque senatu, 130  
 Non inter primas memorem, quasi conscius urbis  
 Exiguae immeritas dubitem contingere laudes. 5  
 Non pudor hinc nobis; nec enim mihi barbara Rheni  
 Ora nec aretoo domus est glacialis in Haemo:  
 BVRDIGALA est natale solum; clementia caeli 135

xx BVRDIGALA *V* de burdegali urbe *T* de burdegala ex qua  
 fuit auctor iste ausonius *P* u. 128 *deest T* | condemno/ (s  
 craso) *V* 129—145 *hos uersus et ultimos 167 sq. sic habet T:*  
 f. 61<sup>a</sup>

## DE BVRDEGALI VRBE.

O p̄ia te insignem dico uiris moribus ingeniis hominum  
 Et procerum senatu uino et aquis 130

†

f. 62<sup>r</sup> Burdegalia est mihi natale solum. 135  
 Vbi mitis est cæli clementia.  
 Et irriguae terrae indulgentia larga.  
 Ver enim longum: et bruma ibi breuis est.

Subter quoque (q̄) iuga frondea feruent fluenta.  
 Imitata marinos meatus.

Quadra ēt ibi murorum species. 140  
 Sic altis turribus ardua.

Vt summitates intrent nubes aereas 141  
 Latas habet plateas: et respondentes. 143  
 Indirecta compita portas

Per medium autem urbis fontani  
 Fluminis alueum 145

Idem Ausonius

† (*spatium unius uersus uacuum*)

Diligo Burdegalam: Romam colo: Ciuis in illa 167  
 .s. Burdegala Consul in ambabus.

(cruce inter 130 et 135 et supra 167 posita indicari uidetur  
 plura fuisse in archetypo quac tamen non potuerint legi).

129 patriam *V* | baccho *V* bacho *P* | fluis *V*<sup>1</sup> fluyſ *V*<sup>2</sup>

130 ingenis *V* | senatum *V* 131 inter al. corr. *V* | consins *V* |  
 orbis *V* 132—134 Exiguae munīco domus est glacialis im  
 mo (immeritas — aretoo om.) *P* 132 [immeritas] *V* 133  
 miei *V* 134 in hemo *V* im mo *P* 135 burdegale *P* bur  
 degalia *T*

- Mitis ubi et riguae larga indulgentia terrae,  
Ver longum brumaeque nouo cum sole tepentes 10  
Aestifluique amnes, quorum iuga uitea subter  
Feruent aequoreos imitata fluenta meatus.  
Quadra murorum species, sic turribus altis 140  
Ardua, ut aerias intrent fastigia nubes.  
Distinctas interne uias mirere, domorum  
Dispositum et latas nomen seruare plateas, 15  
Tum respondentes directa in compita portas;  
Per mediumque urbis fontani fluminis alueum, 145  
Quem pater Oceanus refluo cum impleuerit aestu,  
Adlabi totum spectabis classibus aequor.  
Quid memorem Pario contectum marmore fontem 20  
Euripi feruere freto? quanta unda profundi!  
Quantus in amne tumor! quanto ruit agmine praeceps 150  
Marginis extenti bis sena per ostia cursu,  
Innumeros populi non umquam exhaustus ad usus!  
Hunc cuperes, rex Mede, tuis contingere castris, 25  
Flamina consumpto cum defecere meatu,  
Huius fontis aquas peregrinas ferre per urbes, 155  
Vnum per cunctas solitus potare Choaspen.  
Salue, fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,  
Vitree, glauce, profunde, sonore, inlimis, opace. 30

137. 138 uer longum brumaque breuis iuga frondea subꝝ  
(nouo — quorum om.) *P* quocum consentit *T* qui et bruma et  
breuis *habet eademque uerba omisit.* 138 esti fluit qs *V corr.*  
*Vinetus* atque *Heinsius* | al. m. + uersui *praefixa* *V* | uitea *V*  
frondea *PT* 139 imitata *P* 141 aereas *PT* u. 142  
deest *PT* | distincte *V corr.* *Sealiger* | mirere// (pr. r al. pro s;  
alt. e ex er uel et corr.) *V* 143 dispositu *P* | placeas *P*  
144 compite *V* 145 aliceum *P* 146 quum *V* 147 ad-  
labi *P* adlaui *V* 148 contectam *P* 149 euriꝝ (al. y ss.) *V* |  
feruore *P* | unda *P* umbra *V* 150 deest *V* | pees *P* 151  
margis *P* | extenti *V* contenti *P* | hostia *P* | cursus *P* 152  
deest *P* | exauustus *V* 153 rex re medeti' *P* 154 comsumpto  
*V* | quum *V* quem (q,) *P* 155 Huius] Uius *V* 156 per  
cunctas *P* per cuncta *V* prae cunctis *Heinsius* | portare *V* *P*  
*corr.* *Heinsius* | coaspem *P* 157 salbe *V* 158 nitree (r al.

- Salve, urbis genius, medico potabilis haustu,  
Diuona Celtarum lingua, fons addite diuis. 160  
Non Aponus potu, uitrea non luce Nemausus  
Purior, aequoreo non plenior amne Timauus.  
Hie labor extremus celebres collegerit urbes. 35  
Vtque caput numeri ROMA inclita, sic capite isto  
BVRDIGALA ancipiti confirmet uertice sedem. 165  
Haec patria est: patrias sed Roma superuenit omnes.  
Diligo Burdigalam, Romam colo; ciuis in hac sum,  
Consul in ambabus; cunae hic, ibi sella curulis. 40

---

ss.) *V* | soñe *P* | illimis *P* 159 salbe *V* | urbi *V<sup>1</sup>* | genuus *P*  
| austu *P* 160 diuona *V* | addice *P* | dinus *P* diues: e in *v*  
*corr. pr.* *V* 161 potui *V* | nemeausus *V* 162 timabus *V*  
tymauus *P* 163 lauor *V* | collerit *V* 164 isto] sto *V*  
isto *P* 165 Uurdigala *V* 166 patria *V* | omnis *V*  
167 burdegalam *T* | in hac sum *V* in illa *PT* 168 hiic *V*  
Explicit decii magni . Ansonii illustris-|simi . Viri Cathalogus  
urbium nobilium *P*

---

## XII.

[337 — 349  
Edyll. XII]

## TECHNO P A E G N I O N .

[337]

## I. PRAEFATIO.

## AVSONIVS PACATO PROCONSVL.

Scio mihi apud alios pro laboris modulo laudem non posse procedere. quam tamen si tu indulseris, ut ait Afranius in Thaide

Maiorem laudem quam laborem inuenero.

quae lecturus es monosyllaba sunt, quasi quaedam 5 puncta sermonum: in quibus nullus facundiae locus est, sensuum nulla conceptio, propositio, redditio, conclusio aliaque sophistica, quae in uno uersu esse non possunt: set cohaerent ita, ut circuli catenarum separati. et simul ludierum opusculum texui, ordiri manuscula solitus: set „in tenui labor, at non tenuis gloria“, 10

I 4 Afrani u. 334 Thaidis fr. 2 p. 208 Ribb.

11 Vergil. G IIII 6 in tenui labor; at tenuis non gloria,  
si quem-

I PREFATIO TECHOPEGNII *V* om. *v* 1 | in marg. al. *V* *Vv*  
*J. Scio v (numerous al. m. add. in v) | mici V | apud] V* 2 precedere *V* 3 thaidē *Vv corr. Scaliger 1, 18* 4 lauorem *V* | inuenio *Vv corr. Scaliger 1, 18* 5 monosyllaba *V* 6 facundiae *V* 8 sophistica *v* | uno: u in ras. al. *V* 9 set] *V<sup>1</sup>* | coherentia (ita *om.*) *v* | catenarum (*sic*) separati . et *V* catenarum . si parnū et *v* 10 manuscula *v* 11 set *V<sup>1</sup>* laborat tenuis n̄ gloria . Si probantur tu facies *v* et tenuis non *Vergilius*

si probantur. tu facies, ut sint aliquid. nam sine te monosyllaba erunt uel si quid minus. in quibus ego, quod ad usum pertinet, lusi: quod ad molestiam, laborau. libello Technopaegnii nomen dedi, ne aut 15 ludum laboranti, aut artem crederes defuisse ludenti.

[338]

II. *⟨AVSONIVS PAVLINO SVO.⟩*

Misi ad te Technopaegnion, inertis otii mei inutile opusculum. uersiculi sunt monosyllabis coepti et monosyllabis terminati. nec hic modo stetit scruepa difficultas, sed accessit ad miseriam conectendi, ut idem monosyllabon, quod esset finis extremi uersus, prin- 5 cipium fieret insequentis. dic ergo: o mora, o poena! rem uanam quippe curaui: exigua est, et fastiditur: inconexa est et implicatur: cum sit aliquid, uel nihil deprehenditur. laborani tamen, ut haberet aut historicon quippiam, aut dialecticon. nam poeticam uel 10 sophisticam leuitatem necessitas obseruationis exclusit. ad summam, non est quod mireris: sed paucis litteris additis, est cuins miserearis neque aemulari uelis. et si hue quoque descenderis, maiorem molestiam capias ingenii et facundiae detimento, quam oblectationem 15 imitationis affectu.

---

13 monosyllaba *V*      14 adūsum *V*      15 techopegnii (g  
al ss.) *V* t&hopegnii *v*      16 artem *V*      FINIT PEGAC · INCIP ·  
TETHOPEGNII TEXT · *v*      Explicit de niniue :: ueſ. cii. incipit TE  
CHOPEGNII TES TVS *p*

Z      II De monosyllabis opus *TG* om. *M* | Ansonius Paulino  
add. *Lugdun.*, om. *Z*      1 technopaegeon *T* cechnopaogion *M*  
2 inheritis *G*      3 steti modo *T*      4 concitandi *Z corr. Peiper*  
conciunandi *Schenkl*      6 o mora et o poena *Z* (poema *T*) et  
del. *Peiper*      8 inconnexa *Z* | est om. *G M* | nihil uel *Z corr.*  
*Sealiger*      10 dialecticon *T* dyaleticon *M*      12 qnid *G*

[339] III. VERSVS MONOSYLLABIS ET COEPTI ET FINITI ITA  
VT A FINE VERSVS AD PRINCIPIVM RECVRRANT.

RES	hominum fragiles alit et regit et perimit	FORS
FORS	dubia aeternumquelabans:quam blanda fouet	SPES
SPES	nullo finita aevo: cui terminus est	MORS
MORS	auida, inferna mergit caligine quam	NOX
NOX	obitura uicem, remeauerit aurea cum	LVX 5
LVX	dono concessa deum, cui praenius est	SOL
SOL,	cui nec furto in Veneris latet armipotens	MARS
MARS	nullo de patre satus, quem Thraessa colit	GENS
GENS	infrena uirum, quibus in scelus omne ruit	FAS
FAS	hominem mactare sacris: ferus iste loci	MOS 10
MOS	ferus audacis populi, quem nulla tenet	LEX
LEX	naturali quam condidit imperio	IVS
IVS	genitum pietate hominum, ius certa dei	MENS
MENS,	quae caelesti sensu rigat emeritum	COR
COR	uegetum mundi instar habens, animae uigoret	VIS: 15
VIS	tamen hic nulla est: tantum est iocus et nihili	RES.

III 8 Ovid. Fast. V 258

III 11 ante Versus *V* | monosyllabis *VM* monosyllabi *C* | *Vvp*  
et coepti] et *om.* *VvTG* cepti *CTM* | et finiti *om.* *T* | *ut* ut  
et *M* | recurrent *V* recurrent *vCT* recurrent *MG*: totam hanc  
*inscr.* *om.* *p* 1 11. Res *v* | faciles *T* | alit: t *ex s pr.* *T* ali-  
ter (et *om.*) *C* | egit *v* regit et *om.* *p* | sors *TG* monosyllaba  
*minio scr.* *V* 2 sors *TG* | dubita *C* | que *om.* *V<sup>1</sup>v* | quia *p<sup>s</sup>* |  
b/landa (b *al. m. interpositum*, lan *in ras.*, da *ex do*) *V* | fobet  
(b *in u al.*) *V* 3 finita] sine fine *Z* (sine *om.* *M*) | termini  
*p* | mors (*m. 2*) mors *V* 4 inferni *vT* | mergi ne qua nox *Z*  
5 obitura uicem] sortita uices *CZ* | aura *p* | quum *V* 6 dona  
*v* | preuius *vp* 7 *cū* *p* | nec] ne *T* | iacet *C* 8 parte *G* |  
tressa *VM* cressa *G* tiressa *p* | alit *p* 9 inferna *p* infesta *C*  
10 hominem: e *ex u pr. v* | ste *V<sup>1</sup>* | mox *V<sup>1</sup>* 11 mox *V<sup>1</sup>*  
12 imperio] *V* 13 quis certa *Baehrens* 14 irrigat *C* | meritum  
*G* | cor Cor (*pr. cor del.*) *T* 15 uegetam *p* | animae *om.* *T* |  
uigor et *Vv* (ret *al. in ras.* *V*) et *om.* *p* uigor ac *CZ* | bis *V<sup>1</sup>*  
16 Bis *V<sup>1</sup>* *VVis* *T* | tantum *Vvp* uerum *CZ* | tantum est] est  
tantum *p* | iocus] iocos *V* iecor (*praecedit spatium uacuum 2-3*  
*litt.*) *v* iuco (*cum spatio c. 3 litt. uacuo*) *p* locus *G* | et] et litterae  
a similes, supra add. leuis rasura *V* a *v* | nilhil *C* nichil *M*

[340 A] III. PRAEFATIO MONOSYLLABARVM TANTVM  
IN FINE POSITARVM.

Vt in ueteri proverbio est 'sequitur uara uibiam', similiu[n]m nugarum subtexo nequitiam. et hi uersiculi monosyllabis terminantur, exordio tamen libero, quamquam fine legitimo. set laborau[er]i, ut quantum eius possent apud aures indulgentissimas, absurdia concinrent, insulsa resiperent, hiulca congruerent; denique haberent et amara dulcedinem et inepta uenerem et aspera lenitatem. quae quidem omnia quoniam insuavis materia deuenustat, lectio benigna conciliet. tu quoque mihi tua crede securior, quippe meliora, ut, 10 quod per adagionem coepimus, proverbio finiamus et 'mutnum muli scalpant'.

v. Z     III Item praefatio monosyllabarum tantum in fine positarum *Vv* (PF *v* | monosyllabarum *V* | tantum: tan al. ss. rursus que eras. *V* | ... POSITARVM: lacuna 2—3 litt. praecedente *v*) Versus monosyllabis terminati Exordium *T* (cf. etiam ad 340 B) Praefatio quantum ad haee monosyllaborum genera *G* inscr. om. *M* praefationem om. *pC*    1 III. Vt *Vv* | ueteri *V* ueteri *v* | proverbio] nerbo *Z* | est om. *V<sup>1</sup>* | sequitur uara bibiam *V* uara bibiam sequitur *v* sequitur uarai ubi iam *Z* (narai *M* <sup>i</sup> iam *T*)    2 nagarum *V<sup>1</sup>* | subtexio *V* subtexto *v M* | et in nersieuli<sup>s</sup> (s al. ss.) *V*    3 monosyllabis *V* | exordio (al. ss. o) *V*    4 legiptimo *G* | set] *V<sup>1</sup>* | lauorau[er]i *V<sup>1</sup>* | eius om. *Z*    5 possent *Vv* posset uideri *Z* | apud] *V* ap̄ *v*    6 respirent *TM* | hiulea — haberent om. *Vv*    7 haberet *T* et haberent amara *M* | amara] *Vv MG* amaram *T* | inepta *Vv* in amenam *Z* (in amenum *G*) | ueterem *G*    8 asperam *Z* | lenitatem *Vv* leuitatem *Z* (lenitatem *T*)    9 matheria *v* | eōeiliēt: cili al. in ras. *V*    10 miei *V* | quippe om. *v* | ut] sed ut *Z*    11 per om. *T* | agionē *v* | et om. *Z*    12 mutuo *v* | seabant *Z*

[340 B]

## V.

Aemula dis, naturae imitatrix, omniparens	ars,
Pacato ut studeat ludus meus, esto operi	dux.
Arta, inamoena licet nec congrua carminibus	lex,
Iudice sub tanto fandi tamen accipiet	ius. 20
5 Quippe et ridiculis data gloria, ni prohibet	fors.

[341] VI. DE MEMBRIS.

Indicat in pueris septennia prima nouus	dens,
Pubentes annos robustior anticipat	nox.
Inuicta et uentis et solibus est hominum	frons.
Ecdurum nerui cum uiscere consociant	os. 25
5 Palpitat inrequies, uegetum, teres, acre, calens	cor,
Vnde uigent sensus, dominatrix quos uegetat	mens,
Atque in uerba refert modulata lege loquax	os.
Quam ualidum est, hominis quota portio, caeruleum fel!	

VI, 1 Gell. n. a. III 10, 12 dentes . . . ait (Varro) . . . caderē annis septimis.

2 Plin. n. h. XI 270 nox roboratur a XIII annis.

V Item prefatio éāfūm (*exp. al.*) monosyllabarum uersus **Vvp**, (III al. add.) **V** Item prefatio uersibus IIII *vp* (Intē *p* | IIII *eras. et ante Aemula posit. v*) Prefacio quantum ad haec monasyfforum genera **T** Prefacio **M** Versns monosyllabis terminati exordio libero **G inser. om. C** 17 Aemula//dis (n et *lineola super s eras.*) *v* | diis **TG** | natura **G** | imitatis *p* 18 *ludus*] labor hic **CZ** | est **pC** | *dux*] d **G** 19 a/rtā (u *eras.?*) **V** arte **vp** arcta **TG** | inamoena **vpG** 20 fando **Vvp** 21 ridiculis *p* | *fors*] **LEX C**

VI *v praef. v, post membris add. Vp* | menbris *p* **M** | ho-*Vvp*, minum add. **TG** 22 dēns **V** 23 anticipat (i *eraso*) **V** u. 24 *bis scriptus* (frons *non repetito*) **V<sup>i</sup>** | infecta **C** | soliūs **V<sup>i</sup>** 25 ecdurum *Peiper* et durum *Vvp* edurum **CZ** | consociant] cō *ex cū al.* **V** consociat *p* | *cvs* (c *ex o ras.*) *v* ōs **C ōs p** 26 *inrequies*] et requies **Z** | *terre* sacre *v* | āc recalens **C** 27 *uiget T* | quis *v* | uegatāt **V<sup>i</sup>** 28 adque **V** | refert **V** loquā **V** | ōs **C** 29 *hominisunt* quota porta *p* | *portio*: *rtio al. in ras.* *v* | *ceruleum libri*

Quam tenue et molem quantam fert corpoream crus! 30  
 10 Pondere sub quanto nostrum moderatur iter pes!

[342]

## VII. DE INCONEXIS.

Saepe in coniugiis fit noxia, si nimia est,	dos.
Sexus uterque potens, set praeualet imperio	mas.
Qui recte faciet, non qui dominatur, erit	rex.
Vexat amicitias et foedera dissociat	lis. 35
5 Incipe, quidquid agas: pro toto est prima operis	pars.
Insinuat caelo disque inserit emeritos	laus.
Et disciplinis conferta est et uitiis	urbs.
Vrbibus in tutis munitior urbibus est	arx.
Auro magnus honos, auri pretium tamen est	aes. 40
10 Longa dies operosa uiro, sed temperies	nox,
Qua caret Aethiopum plaga, peruigil, inrequies	gens,
Semper ubi aeterna uertigine clara manet	lux.

VII, 1 Iuuenalis VI 460 Intolerabilius nihil est quam femina diues. Martialis VIII 12.

3 Horat. E. I 1, 59 s. rex eris . . si recte facies

5 Horat. E. I 2, 40 s. dimidium facti qui coepit habet: . . incipe

8 Varro de l. l. 151 arx ab arcendo, quod is locus munitissimus urbis.

30 quanta p | crus: s in ras. litt. x al. V 31 ponde p | iter p. pes (p lin. del.) T

v, CZ VII conexis p | inconnexis Z vi marg. add. Vv 32 coniugibus CZ | dos] uox Vv 33 set] V | preualet VCT | imperio] V | mos G 34 qui/recte V 35 foedera] sotia v | dissociet V<sup>1</sup> 36 quicquid vC qcqst (sed s del.) T | est opprima T 37 diis TG u. 39 om. C | est al. add. V | arx] rex Vv, ars M 40 tñ ss. T 41 uiris v | temperias C 42 etiopum pla/ga V | plaga plaga T | irrequies T 43 alterna Baehrens manet Vv nitet CZ | clara nitet uertigine T

343]

## VIII. DE DIS.

Sunt et caelicolum monosyllaba:	prima deum	Fas,
Quae Themis est Grais; post hanc Rea, quae Latiis	Ops;	45
Tum Louis et Consi germanus, Tartareus	Dis	
Et soror et coniunx fratris, regina deum,	Vis	
5 Et qui quadriugo curru pater inuehitur	Sol	
Quique truces belli motus ciet armipotens	Mars,	
Quem numquam pietas, numquam bona sollicitat	Pax. 50	
Nec cultor nemorum reticebere, Maenalide	Pan,	
Nec genius domuum, Larunda progenitus	Lar,	
10 Fluminibusque Italica praepollens, sulphureus	Nar,	
Quaeque pias diuum periuria, nocticolor	Styx	
VI Nero Saeuus  $\Sigma$  1 heres **B\Sigma** (in  $\Sigma$  heres post add.)  
2 iulias  $\Sigma$  3 quod  $V\Sigma^1$  4 tranquilo **P** | set **V** et **B\Sigma M<sup>2</sup>**  
me **P**

267]

VII. GALBA.

Spe frustrate senex, priuatus sceptrum mereri

Visus es, imperio proditus inferior.

Fama tibi melior iuueni; set iustior ordo est

Conplacuisse dehinc, displicuisse prius.

30

268]

VIII. OTHO.

Aemula polluto gesturus sceptrum Neroni

Obruitur celeri raptus Otho exitio.

Fine tamen laudandus erit, qui morte decora

35

Hoc solum fecit nobile, quod periret.

269]

VIII. VITELLIVS.

Vita ferox, mors foeda tibi, nec digne, Vitelli,

Qui fieres Caesar: sic sibi fata placent.

Vmbra tamen breuis imperii; quia praemia regni

Saepe indignus adit, non nisi dignus habet.

40

270]

X. VESPASIANVS.

Quaerendi adtentus, moderato commodus usu,

Auget nec reprimit Vespasianus opes.

---

VII, 1 Tacit. Hist. I 49 ex.: (Galba) maior priuato uisus,  
dum priuatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi  
imperasset

VII 1 Spem *BΣM<sup>2</sup>* S/pe *V* | teneri *B* 2 es] et *V* | pro-  
ditur *Σ* 3 set] *V* | iustior *V* 4 complacuisse] *V*

VIII 2 obru/i//tur (i in ras. 3 litt.) *V* 3 laudandus qui  
..... morte (erit om., post qui lacuna 6 uel 7 litt.) *B*

VIII Vitellus *P<sup>s</sup>* 1 Vita ferox uel atrox *Peiper* Vitesors  
(e in e al.) *V* Vitae sors *B* Vita sors *PΣM<sup>2</sup>* uitae ut fors  
*Gronouius* uita excors *Schenkl* | feda *VΠΣ* feda *V<sup>2</sup>B* 2  
fueris *BM<sup>2</sup>* qui Caesar fueris *B* 4 agit *B* ait *ΣM<sup>2</sup>*

X 1 querendo *B<sup>s</sup>* | adtentus] *P* at/tentus *V* intentus *Σ* |  
modorato *V<sup>1</sup>* | cominus *M<sup>2</sup>* | inter u. 1 et 2 unus uersus erasus  
ab N littera incipiens *V* 2 nespasanus *V<sup>1</sup>*

Olim qui dubiam priuato in tempore famam,  
Rarum aliis, princeps transtulit in melius.

[271]

XI. TITVS.

Felix imperio, felix breuitate regendi,  
Expers ciuilis sanguinis, orbis amor.  
Vnum dixisti moriens te crimen habere;  
Set nulli de te, nec tibi credidimus.

[272]

XII. DOMITIANVS.

Hactenus edideras dominos, gens Flauia, iustos.  
Cur duo quae dederant, tertius eripuit?  
Vix tanti est habuisse illos, quia dona bonorum  
Sunt brevia; aeternum, quae nocuere, dolent.

45

50

DE CAESARIBVS POST TRANQVILLVM  
TETRASTICHA.

[273]

XIII. NERVA.

Proximus extincto moderatur sceptr'a tyranno  
Nerua senex, princeps nomine, mente parens.

---

XI, 2 Sueton. Tit. 1: Titus ... amor ac deliciae generis  
humani. — 3 ibid. 10 neque enim extare ullum suum factum  
paenitendum excepto dumtaxat uno.

3 in *om.* *M<sup>2</sup>* | flammam *B M<sup>2</sup>* 4 Rarum *Gronouius*, Par *libri*

XI 1 imperium *P* | gerendi *B* 3 abere *V<sup>1</sup>* 4 set] *V* |  
nec tibi *Mommesen*, nos tibi *libri*, nou tibi *Auantius* | credimus  
*S<sup>1</sup> M<sup>2</sup>*

XII Domicianus *P* 1 Hacten//us (us *semel eraso?*) *V* |  
geminos *B M<sup>2</sup>* 3 abuisse *V<sup>1</sup>*

*BP, Z* XIII—XVIII *accedunt in his libri Z*

XIII De caesaribus post tranquillum nerua *T M M<sup>2</sup>* (neruam  
*T*), Tetrasticha de caesaribus p. t. nerua *G* Nerua tetrarcha  
*V B P Σ* (sed Nerua *absumptum*, *deinde tetrarc// B*, tetrarcha *Σ*)  
*quod ex tetrasticha natum uidit Vinetus.* 1 moderat' *B M<sup>2</sup>* |  
tiranno *V T M M<sup>2</sup>* 2 paren's *V* parans *Σ<sup>1</sup>*

Nulla uiro suboles; imitatur adoptio prolem,  
Quam legisse iuuat, quam genuisse uelit.

55

[274]

XIII. TRAIANVS.

Adgreditur regimen uiridi Traianus in aeuo,  
Belli laude prior, cetera patris habens.

Hic quoque prole carens sociat sibi sorte legendi,  
Quem fateare bonum, diffiteare parem.

60

275]

XV. HADRIANVS.

Aelius hinc subiit mediis praesignis in actis:  
Principia et finem fama notat grauior.

Orbus et hic: cui iunctus erit documenta datus,  
Adseiti quantum praemineant genitis.

[276]

XVI. ANTONINVS PIVS.

Antoninus abhinc regimen capit: ille uocatu  
Consultisque Pius, nomen habens meriti.

Filius huic fato nullus; set lege suorum  
A patria sumpsit, qui regeret patriam.

65

*3 uiro om. M<sup>2</sup> | suboles] V soboles cet. 4 quam] quem LMueller, qua Schenkl | iuuat] iubat V iuuet Z | quam] quem Schenkl | Ienuisse (i longa) V<sup>1</sup>*

XIII Traianus imperator *TG* 1 Adgreditur] *VΣM* agreditur *M<sup>2</sup>* | uiride *V<sup>i</sup>* *om.* *Σ* | traganus *V* 2 Ggreditur Belli *T* Velli *V<sup>1</sup>* | laude prior: ep ex or? *V* | cetera *BG* oīa *T* | patris] pacis *G* 3 sorte] parte *BM<sup>2</sup>* 4 diffateare *P<sup>s</sup>* | patrem *BM<sup>2</sup>* (*al. corr.*)

XV Hadrianus *M* Adrianus *VBPΣ* Adrianus imperator *G* De Adriano imperatore *T* 1 Elius *G* | medius *B* | acetis *Σ<sup>1</sup>* 3 orbis *BT* | hinc *BM<sup>2</sup>* | cui iunctus erit *VBPΣM* (innetus: i in ras. *Σ* uinetus *B?M<sup>2</sup>*) sociansque uirum *Z* | daturum *Z* 4 Adseiti *VΣ* Asceti *B* Asceiti *P* idseiti *M<sup>2</sup>* adsumpti *M* assumpti *TG*

XVI imperator add. *TG* 2 meriti/ (s pr. eraso) *V* 3 set] *V* 4 sumpsit *V<sup>1</sup>* | regeret *al. corr.* *V* | patriam *om.* *T* (*puncto om. post regeret*)

[277]

XVII. M. ANTONINVS.

Post Marco tutela datur; qui scita Platonis  
Flexit ad imperium, patre Pio melior.  
Successore suo moriens, set principe prauo,  
Hoc solo patriae, quod genuit, nocuit.

70

[278]

XVIII. COMMODVS.

Commodus insequitur, pugnis maculosus harenæ,  
Thraecidico princeps bella mouens gladio.  
Eliso tandem persoluens gutture poenas,  
Criminibus fassus matris adulterium.

75

[279]

XVIII. HELVIVS PERTINAX.

Helui, iudicio et consulto lecte senati,  
Princeps decretis prodite, non studiis.  
Quod doluit male fida cohors, errore probato,  
Curia quod castris cesserat imperio.

80

[278]

XX. DIDIVS IVLIANVS.

Di bene, quod sceptri Didius non gaudet opinis  
Et cito periuro praemia adempta seni.  
Tuque, Seuere pater, titulum ne horresce nouantis.  
Non rapit imperium uis tua, sed recipit.

---

69 Iul. Capitolini M. Ant. Philosophus 27, 7 sententia Platonis semper in ore illius fuit florere ciuitates, si aut philosophi imperarent aut imperantes philosopharentur.

XVII M V .M. TG Marcus *cett.* | Antonius TG imperator add. TG | Marcho T | qui scita] quaesita Z 2 Flexit] Foe-  
lix T Serus M 3 set] V | prauo] seuo B 4 patriæ (patri eraso) B<sup>s</sup>

XVIII imperator add. TG 1 comodus T | arenæ α B TM  
2 Threcidico: h ex r corr. T Threcidiquo V<sup>1</sup> Trecidico PM | uella mobens V<sup>1</sup> 3 persolbens V | guture Σ | penas P  
4 falsus P falsis B

VBP XVIII Heliinius V 1 Heliui V | senati] V<sup>1</sup> P 3 fida:  
da ex de Σ | quohors V<sup>1</sup> | prouato V<sup>1</sup>

XX 1 Dii B dic P sceptris V corr. Peiper sceleris BΣ celeris  
P spoliis Lugdun. | non] qd B opimis: s al. add. Σ 3 orresce V

XXI. SEVERVS PERTINAX.

[281]

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Histro, 85  
Vt parricidae regna adimat Didio.  
Punica origo illi, set qui uirtute probaret  
Non obstare locum, cum ualet ingenium.

[282] XXII. BASSIANVS ANTONIVS SIVE CARACALLA.

Dissimilis uirtute patri et multo magis illi,  
Cuius adoptio nomine te perhibes; 90  
Fratris morte nocens, punitus fine cruento,  
Inrisu populi tu, Caracalla, magis.

「283」

### XXIII. OPILIVS MACRINVS.

Principis hinc custos sumptum pro Caesare ferrum  
Vertit in auctorem caede Macrinus iners.  
Mox cum prole ruit. grauibus pulsare querellis 95  
Cesset perfidiam: quae patitur, meruit.

[284]

XXIII. ANTONINVS HELIOGABALVS.

Tune etiam Augustae sedis penetralia foedas,  
Antoninorum nomina falsa gerens?

XXI 1 hystro *B* istro *P* 2 set] *V* 4 obstar<sup>e</sup> *V*  
obstrare  $\Sigma$  balet *V<sup>1</sup>* ualet ex uelet *B*

XXII bassian *B<sup>s</sup>* | antonius *VBP* | siue caracalla *om.* *B*  
2 peribes *V* 3 fratri *V* | nocens] carens *B* 4 Inrisu]  
*VΣ* | *tū* (*I'tu al. ss.*) *Σ*

XXIII 1 hinc *Lugdun.* hic *libri* | cunctus *V<sup>i</sup>* 2 in hers *P*  
|| in hers (*erasis 2-3 litt. pr. m.*) *V* 3 mox *ex mos al. V* |  
querellis] *V* 4 perfidia// (*m eraso*) *V* | qui *B*

XXIIII Antonius V | heliogabulus V heliogaballus B  
 1 tunc B | auguste V | sedes V | penetralia P | fēdas PB  
 post u. 2 duo uersus uacui; sequitur Conclusio (147 Souch.)  
 V. „V. C. hoc distichum addit:

Quo numquam neque turpe magis neque fedius ullum  
Monstrum Romano sedit in imperio“ *Dousa*  
TETRASTICA EXPL'. INCIPIT DE ERVNIS HERCVLIS *B* Finiunt tetrastica.  
Incipiunt monosticha de erumpnis Herculis. *P* Finiunt detra-  
sti *S?*

XV.

⟨L I B R I   D E   F A S T I S⟩  
CONCLVSIO.

[147]

I. AVSONIVS HESPERIO FILIO SAL.

Ignota aeternae ne sint tibi tempora Romae,  
Regibus et patrum ducta sub imperiis,  
Digessi fastos et nomina praepetis aei,  
Sparsa iacent Latiam si qua per historiam.  
Sit tuus hic fructus; uigilatas accipe noctes:  
Obsequitur studio nostra lucerna tuo.  
Tu quoque uenturos per longum consere Ianos,  
Vt mea digessit pagina praeteritos.  
Exemplum iam patris habes, ut protinus et te  
Adgreetet Ausoniis purpura consulibus. 10

[148]

II. SVPPVTATIO AB VRBE CONDITA IN  
CONSVLATVM NOSTRVM.

Annis undecies centum coniunge quaternos,  
Vndecies unumque super trieterida necte.  
Haec erit aeternae series ab origine Romae.

VZ I Conclusio — sal.] sic *V om. T ulius titulus est in MG,*  
*quem transtuli ante c. IIII | esperio V 2 sup V<sup>1</sup> 3 praepetis VG*  
*perpetis TM cet. 4 si qua] i et q abrasae T*  
*4 storiam V<sup>1</sup> 5 fructus uigilatas] litt. s uigilat abrasae T*  
*8 digessit V congregavit Z 9 exemplo confide meo: sic pro-*  
*tinus Z 10 adgreetet V applicet Z*

V II habet *V om. Z 2 undenos unumque Relandus, unam-*  
*que Scaliger 1, 21, undenos unamque Baehrens 3 in marg.*  
*antiqua m. CXLVII V*

[150] III. IN FINE EIVSDEM LIBRI ADDITI.

Hactenus adscripsi fastos. si sors uolet, ultra

Adiciam: si non, qui legis, adicies.

Scire cupis, qui sim? titulum, qui quartus ab imo est,

Quaere: leges nomen consulis Ausonii.

III. CONSVLARI LIBRO SVBICIENDI QVEM EGO EX  
CVNCTIS CONSVLIBVS VNVM COEGI.

GREGORIO EX PRAEF.

[149]

Vrbis ab aeternae deductam rege Quirino

Annorum seriem cum, Procule, accipies,

Mille annos centumque et bis fluxisse nouenos .

Consulis Ausonii nomen ad usque leges.

Fors erit, ut, lustrum cum se cumulauerit istis, 5

Confectam Proculus signet olympiadam.

III carmen om. V | inscr. MG om. T 1 ascripti G Z  
2 addiciam (di ex tu?) T | addicies T 3 est om. G

III carmen om. V | consulari — ex praef.] hunc titulum Z  
primo carmini praefixum habet M (om. VT) huc transtuli (et  
cunctis M in libro quem de fastis composuerat ad Gregorium  
G): hoc loco de eodem M de eodem fastorum libro G om. T

2 procule T | accipias M 6 olympiadem TG olym-  
piadam M

## XVI.

[335. 336.  
Edyll. xi.] GRIPHS TERNARII NVMERI.

AVSONIVS SYMMACHO.

Latebat inter nugas meas libellus ignobilis: utinamque latuisset neque indicio suo tamquam sorex periret. hunc ego cum uelut gallinaceus Euclionis situ chartei pulueris eruisse, excussum relegi atque ut audius faenerator inprobum nummum malui occupare quam condere. dein cogitans mecum, non illud Catullianum:

---

3 Terent. Eun. V 6, 23 (1024) egomet meo indicio miser  
quasi sorex hodie perii.

4 Plauti Aulul. III 4, 6 (457) sqq.

7 Catull. 1, 1

---

**VP,Z** Ausonius summaco min. (Prosa atr. add.) *V* Epistola Ausonii ad Symmacum *P* Incip̄. Crippus de ternario numero. Ausonius Simaco sal. *TG* (sed Symmacho Salutem *G*) 1 la&ebat *V<sup>1</sup>* latebit *P* | ignobilis // (uti eraso in ultimo uersu?) *V* | uti al. uersui praef., nā reser. *V* 2 tāquam *V* | sorex al. add. in ult. u., uersus qui sequitur initio eadem uox ut uid. erasa *V*, sorix *P<sup>1</sup>* 3 quum *V<sup>1</sup>* | uelut ccallinēceus uedionis situ (post uelut ineerta litt. c? t? del., l' et a pr. ss. e del., in marg. pr. add.: gallina ceu sœuae dionis situ) *T* | euclionis] euedionis *G* 1 4 stu *V* | chartei *V* carthei *Tl* charte *P* | pulueris: s in ras. *V* | cruisse *P* | adque *V* 5 fenerator *VP* foenerator *TlG* | inprobum] *V* | nūm̄ in exitu uersus, sequentis u. in. rasura, unde m̄ translatum uidetur *V* numum *T* 6 litt. dein cogit in ras. al. *V* | deīn *T* | illut *V<sup>1</sup>* 7 catulianum *VP* cf. Catulli liber ed. Bachrens p. LVIII

Cui dono lepidum nouum libellum,  
set ἀμονσότερον et uerius:

Cui dono inlepidum, rudem libellum, 10  
non diu quaesiui; tu enim occurristi, quem ego, si  
mihi potestas sit ex omnibus diligendi, unum semper  
elegерим. misi itaque ad te haec friuola gerris Siculis  
uaniora, ut, cum agis nihil, haec legas et, ne nihil  
agas, defendas. igitur iste nugator libellus iam diu 15  
secreta quidem, sed uulgi lectione laceratus perueniet  
tandem in manus tuas. quem tu aut ut Aesculapius  
redintegrabis ad uitam, aut ut Plato iuuante Vulcano  
liberabis infamia, si peruenire non debet ad famam.  
fuit autem ineptiolae huius ista materia. in expedi- 20  
tione, quod tempus, ut scis, licentiae militaris est,  
super mensam meam facta est inuitatio, non illa de  
Rubrii conuiuio, ut Graeco more biberetur; set illa  
de Flacci ecloga, in qua propter medium noctem et

13 gerris Siculis] cf. Pauli diac. exc. 94, 4 M.

19 Appulei. de mag. c. 10

23 Cicero Verr. Act. II 1, 26 (66): Rubrius istius comites  
inuitat . . mature ueniunt, discubbitur . . fit sermo inter eos  
et inuitatio, ut Graeco more biberetur.

24 Horat. c. III 19, 9 sqq.: da lunae propere nouae, da

8 done *V<sup>1</sup>* | lepi|//dum (pi al.) *V* | liuellum *V<sup>1</sup>* lelibellum *T*

9 set] *V<sup>1</sup>* | αμογοτερον *P* αμοισοτερον λ amorcotheron *T*  
amarcotheron *G* ανδονιώτερον *Sebis.* | et uerins — libellum nou  
om. *VP* 10 illepidum *TG* 12 deligi *VP* diligendi λ

13 clegorim *P* | misi: m al. rescr. *V* | itaque] گ <sup>o</sup> *T* | ad te om.  
*P* | hec *VP* om. *Z* | fribola *ex* frigola *V<sup>1</sup>* (b in u corr. al) |  
gerrhis *P* gerchis λ | siculis — ne nihil om. *VP* 14 haec]  
hº *T* | ne nil λ 15 ፲ igitur *P* | ste *V<sup>1</sup>* 16 fulgi *P* | la-  
coratus *P* 17 aut et *P* | aesculapius *V* scolapius *V<sup>2</sup>* esco-  
lipius *P* 18 iubante *V<sup>1</sup>* 19 debeat *P* 20 ፲ Fuit *P* |  
autem] tam *P* 21 huius: hui in ras. al. *V* | sta *V<sup>1</sup>* | mate-  
ria/ *V* 22 meam fuit facta ē mentio *T* | illa: a ex i pr. *T*

23 Rubrii] ludibrii Ž | greco *V* ut greco more om. *T* | hibere-  
tur *P* liberetur λ biberem *T* | set] *V<sup>1</sup>* 24 faci *V<sup>1</sup>* | egloga  
*VP* *T* aegloga λ *G*

nouam lunam et Murenae auguratum ternos ter cyathos attonitus petit uates. hunc locum de ternario numero illico nostra illa poetica scabies coepit exculpere: cuius morbi quoniam facile contagium est, utinam ad te quoque prurigo commigret et fuko tuae emanationis adiecto inpingas sphongiam, quae imperfectum opus equi male spumantis absoluat. ac ne me nescias gloriosum, coeptos inter prandendum uersiculos ante cenae tempus absolui, hoc est, dum bibo et paulo ante quam biberem. sit ergo examen pro materia et tempore. set tu quoque hoc ipsum paulo hilior et dilutior lege; namque iniurium est de poeta male sobrio lectorem abstemium iudicare. neque me fallit fore aliquem, qui hunc iocum nostrum acutis naribus et caperrata fronte condemnet negetque me omnia, quae ad ternarium et nouenarium numeros pertinent, 40

noctis mediae, da, puer, auguris Murenae: tribus aut nouem miscentur cyathis pocula commodis. qui Musas amat impares, ternos ter cyathos attonitus petet uates.

30 Val. Max. VIII 11 Ext. 7. Plin. n. h. XXXV 104 hoc exemplo eius similis et Nealcen successus spumae equi similiiter spongea inacta secutus dicitur.

25 cyatos *P* tiatos (os *in ras.*) *V* cythos *λ* 26 peti<sup>t</sup>/uatis (t al. ss.) *V* petii *TG* peti *λ* | uatis *VP* | **C** Hunc *P* 27 illico libri (illico *V<sup>2</sup>* i pr. ul. *V*) | poeticas cabies *V<sup>1</sup>* | cepit *P* cœpit *T* | exculpe *P<sup>3</sup>* excalpere *Lugdun.* (non *V*) 29 ad te] ate *P* | fugo *P* 30 inpingas] *V* | sphongiam *V<sup>1</sup>* spongiam *V<sup>2</sup>* *TG* sphongeam *P* spongeam *λ* | imperfectum] *VP* 31 absolbat *V<sup>1</sup>* absoluas *T* | **C** Ac *P* | nescias gloriosum] gloriosum neges *Z* 32 ceptos *PT* | pendendum *P* | uersūsculos *T* ante: te *in ras.* *V* 33 cene *P* cene (c al. *praefix. uersui*) *V* cene *T* coenae *G* | absolu*z* *P* 34 sit] *sʒ* *T* | ma/teria: t eras. *V* 35 set] *V<sup>1</sup>* | tu *om.* *V<sup>1</sup>* ut *P* | paulo: lo rasura affect. et rescr. *V* | et] a ss. *λ* 36 dilucior *λ* dulcior *G* | namque] nam *T* 37 absthemium *G* | **C** Neque *P* 38 qui forte hunc *T* | locum (l, non i longo) *V* 39 caperrata] *VPT* | neget: litterae g inferior pars al. rescr. *V* 40 nonuernarium *V<sup>1</sup>* | numeros/ (um eraso?) *V*

attigisse. quem ego uerum dicere fatebor, iuste, negabo. quippe si bonus est, quae omisi, non oblita mihi, sed praeterita existimet. dehinc qualisunque est, cogitet secum, quam multa de his non repperisset, si ipse quaesisset. sciat etiam me neque omnibus erutis usum 45 et quibusdam oblatis abusum. quam multa enim de ternario sciens neclego! tempora et personas, genera et gradus, nouem naturalia metra cum trimetris, totam grammaticam et musicam librosque medicinae, ter maximum Hermen et amatorem primum philosophiae 50 Varronisque numeros et quidquid profanum uulgus ignorat. postremo, quod facile est, cum ipse multa inuenierit, comparet se atque me, occupatum cum otioso, pransum cum abstemio, iocum et ludum meum, diligentiam et calumniam suam. alius enim alio plura 55 inuenire potest: nemo omnia. quod si alicui et obscurus uidebor, apud eum me sic tuebere: primum eiusmodi epyllia, nisi uel obscura sint, nihil futura; deinde numerorum naturam non esse scirpum, ut sine nodo sint. postremo si etiam tibi obscurus fueris, cui 60 nihil neque non lectum est neque non intellectum,

---

41 attigisse: e in ras. *V* | ne/gabo *V*      42 si cum ras.  
*al. rescr.* *V* *om.* *P* | obmisi *λ* | set *V<sup>1</sup>*      43 praeterrita *G*  
 qualisunque *Tλ*      44 repperisset] *V*      45 etiam *ñ* me *T* et  
 que me *λ* | neque] que *V* nec *G* | erutis *TG* eratis *λ* eruditis  
*V P*      46 quam] quare *P*      47 neclego *V* neglego *P* neglexi *Z*  
 (neglexit *λ*) | et personas genera *om.* *P*      49 gramaticam *P* |  
 libro *V* | medicinae trimaximum *V* medici nr̄i maximum *P*  
 medicinos ter maximum *GZ*      50 hermē *PG* | umatoꝝ (*i. umatorum*) *P* | filiosphiae *V*      51 quicquid *PZ* | prophanum  
*PTG*      52 non ignorat *T?* *Par.* | ¶ Postremo *P* | postremo  
 — comparet *om.* *V* | cum] tu *P*      53 se atque] Sciatque: Seia  
 in ras. *al.* *V*      54 absthemio *PG* ab/stemio (*s eraso?*) *V* |  
 ludum: meam *T*      55 suum *T* | enim] cui *P*      56 alicui et]  
 et *om.* *T*      57 apud] *V<sup>1</sup>* | me *om.* *V*      58 epyllia *PG* epyllia *λ* epilia *T* pillia *V* | nicil *V* nichil *P*      59 sirpum *T* scyrpum *G*      60 sit *T<sup>2</sup>* | si etiam tibi] sed etiam si tibi *P* | etiam]  
 iam *λ*      61 nicil *V* nichil *P* | non lectum] lectum *P* neglec-  
 tum *Z* non lectū | <sup>est</sup> (neque non intellectum *om.*, sed in marg.

tum uero ego beatus, quod affectauit, adsequar, me  
ut requiras, me ut desideres, de me cogites. uale.

[336]

GRIPHS TERNARII NVMERI.

Ter bibe uel totiens ternos: sic mystica lex est,  
Vel tria potanti uel ter tria multiplicanti,  
Inparibus nouies ternis contexere coebum.  
Iuris idem tribus est, quod ter tribus, omnia in istis:  
Forma hominis coepti plenique exactio partus      5  
Quique nouem nouies fati tenet ultima finis.  
Tris Ope progeniti fratres, tris ordine partae,  
Vesta, Ceres et Iuno, secus muliebre, sorores.  
Inde trisulca Iouis sunt fulmina, Cerberus inde,  
Inde tridens triplexque Helenae cum fratribus ouum. 10  
Ter noua Nestoreos impleuit purpura fusos  
Et totiens trino cornix uinacior aevo.  
Quam nouies terni glomerantem saecula tractus  
Vineunt aeripedes ter terno Nestore cerui:  
Tris quorum aetates superat Phoebeius oscen,      15

6 Plato ap. Censorin. de die nat. 14 sq.

*marg. pr. nō intellectum) V 62 uero om. T | affectauit libri |  
adsequar] V 63 me ut desideres] ut om. Z Finit epistola  
Incipit Gripus ternarii numeri P GRIPVS TERNARII NVMERI (min.)  
V Cripus ternarii numeri quod libet ter TG (erippus G bi-  
bat G) Finit Cripus λ*

*WP,Z 1 ternos] mōs P | mistica VPT mixticia λ 3 Inparibus]  
P inparibus (ꝝ eras.?) V | terni/s V | contere P | coebum VG  
eobum P eoelum Tλ 4 stis V<sup>1</sup> 5 coepti V cepti P cepti Z  
(coepti G) 6 quaeque T 7 ¶ Tris P | tres P | partae  
Parrhasius parcae libri 8 seeus Z sexu λ deens VP | mu-  
liebres orores: ebres al. instaurata in ras. V 9 iouis (u in b  
pr., b in v al. corr.) V ioui PZ | fulminaerberus: iuacer al.  
rescr. ex parte in ras. V 10 inde] int' P | helenę V helene P  
helenes Z | óini (al. del. et add. marg. herum) V 11 ¶ Ter P  
12 uiuationi PG 13 saecula] Z 14 aerpedes P | trino P |  
ternōestore V 15 phoebeiusesci (b ex n, sesen al. sic rescr.) V  
plebeius osein P*

Quem nouies senior Gangeticus anteit ales,  
Ales cinnameo radiatus tempora nido.  
Tergemina est Hecate, tria uirginis ora Diana;  
Tris Charites: tria Fata, triplex uox, trina elementa.  
Tris in Trinacia Siredones; omnia terna: 20  
Tris uolucres, tris semideae, tris semipuellae:  
Ter tribus ad palmam iussae certare camenis,  
Ore, manu, flatu: buxo, fide, uoce canentes.  
Tris sophiae partes. tria Punica bella, trimenstres  
Annorum caelique uices noctisque per umbram 25  
Tergemini uigiles. ter clara instantis Eoi  
Signa canit serus deprenso Marte satelles.  
Et qui conceptus triplicatae uespere noctis  
Iussa quater ternis adfixit opima tropaeis.  
Et lyrici uates numero sunt Mnemosynarum, 30  
Tris solas quondam tenuit quas dextera Phoebi:

18 Vergil. A. III 511 tergeminamque Hecaten, tria uirginis ora Diana.

19 Appul. de mundo 38 sed tria fata sunt, cf. Plin. 34, 11

22 cf. Pausan. VIII 34, 2 Steph. Byz. u. Ἀπτερα.

27 cf. Luciani Ὄνειρος ἡ Ἀλεξανδρών 3

16 graneticus *P* | anteit] annit *P* 17 cynnameo *T* |  
//nido *V* 18 ¶ Tergemina *P* | haecate *V<sup>1</sup>* //aecate *V<sup>2</sup>* echate  
*P* | dianae: e euauit *V* 19 tres *PT* | carites *λ* |  
terna *T* 20 tres *P* | trinacia: c et r medium rescr. *V*  
trinachia *P* | sirenes *G* syrenes *T* Sirenides *Is. Vossius Κηληδόνες* (*Pindarus ap. Pausan. X 5, 12*) FRitschl MSchmidt |  
omin/a ex ominia *V* uel omina marg. *λ* prob. Scaliger 1, 16 |  
terna *V* tna *P* trina *Z* (trinē *T*) ternae Schenkl 22 certa/re  
(t craso) *V* | camoenis *λ* 24 sophie *P<sup>s</sup>* | partes] près *P* |  
punita *P* | trimestres *G* 25 coeli *T* | que om. *G* | uiās uices  
*T* | nocti *V* 27 deprenso *Z* (deprehenco *λ*) depenso *VP* |  
mat' *P<sup>s</sup>* 28 uespere] trippe *P* 29 iussa: i al. rescr. *V* |  
adfixit: i al. intrus., t pr. ss. *V* affixit *P*, iussaque quaternis  
suspendit *Z* | opima] pigma *V* | tropheis *PZ* 30 lirici *V*  
linrici *λ* | in nemosinarum (in eraso al. m. reposuit) *V* ī nemo  
synarum *P* mnemosinarū murg. coaeua m. *V* nemosinarum *Z*  
31 solis *λ* | phebi *P*

Set Citheron totiens ternas ex aere sacrauit  
Relligione patrum, qui sex spreuuisse timebant.  
Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo:  
Qualia bis genito Thebis trieterica Baccho. 35  
Tris primas Thraecum pugnas tribus ordine bellis  
Iuniadae patrio inferias misere sepulcro.  
Illa etiam thalamos per trina aenigmata quaerens,  
Qui bipes et quadrupes foret et triples, omnia solus,  
Terruit Aoniam uolucris, leo, uirgo triformis 40  
Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.  
Trina in Tarpeio fulgent consortia templo.  
Humana efficiunt habitacula tergenus artes:  
Parietibus qui saxa locat, qui culmine tigna,  
Et qui supremo comit tectoria cultu. 45  
Hinc Bromii quadrantal et hinc Sicana medimna.  
Hoc tribus, hoc geminis tribus explicat usus agendi.  
In physicis tria prima: deus, mundus, data forma.  
Tergenus omnigenum: genitor, genetrix, generatum.

---

32 cf. Varro ap. Augustin. de doctr. christ. II 16 (Pausan. VIII 29, 2)

37 Val. Max. II 4, 7 gladiatorium munus primum Romae datum est . . . dederunt Marcus et Decimus filii Bruti Perae funebri memoria patris cineres honorando.

---

32 set] *V<sup>1</sup>* | citeron *VP* cytheron *Gλ* | haere *V<sup>1</sup>* 33 religione] *VG* religione *PZ* | qui sex praebuisse *V* quis expūisse *P* qs expreuisse *Tλ* quis experuisse *G corr. Paris.* | timebās *V<sup>1</sup>* timebāt *V<sup>2</sup>* 34 trinoctia] noctia *V* 35 trieterico *V* trieterica *P* triaterica *Tλ* | baco *P* 36 prima *P* | Thraecum *Heinius*: thracum *TG* threcum *λ* pheacum *V* phecum *P* | puḡs *P* | ordinē *P* | bellis *V* belli *P* sellis *Z* 37 patrio *VP* patri *Z* sepulchro *λ* 38 terna *T* | quaeres *G* quaeror *P<sup>s</sup>* 39 qudrnipes *T* | fore *P* foret *om. λ* 40 uolučs *P* 41 spinx *λ* | uolučs *P* | pinnis *V<sup>1</sup>* *P* pennis *Z* | pedi, bus (*s eraso?*) *V* | feras *P* 42 terna *T* | fugent *P* florent *T* 43 hauitacula *V* | artis *VP* artes *λ* arces *TG* 44 pariectibus *P* | locant *Z* 45 co-mit] fucat *Z* 46 hic *V* | hic sicanā edimna *V<sup>1</sup>* 47 hoc — haec *V* h — *λ* *P* haec — haec *λ* hoc — hoc *TG* | tribus *om. λ* | usi fagendi *P* 48 phisicis *VPT* 49 trigenus *V* tris genus *PZ* | genetrix] *VG* genitrix *PTλ*

Per trinas species trigonorum regula currit: 50  
Aequilatus uel crure pari uel in omnibus inpar.  
Tris coit in partes numerus perfectus, ut idem  
Congrege ter terno per ter tria dissoluatur.  
Tris primus par, impar habet mediumque: sed ipse  
Vt tris, sic quinque et septem quoque diuidit unus; 55  
Et numero in toto positus sub acumine centri  
Distinguit solidos coebo pergente trientes,  
Aequipares dirimens partes ex inpare terno;  
Et paribus triplex medium, cum quattuor et sex  
Bisque quaternorum secernitur omphalos idem. 60  
Ius triplex, tabulae quod ter sanxere quaternae:  
Sacrum, priuatum et populi commune quod usquam est.  
Interdictorum trinum genus: unde repulsus  
Vi fuero aut utrubi fuerit quorumue bonorum.  
Triplex libertas capitisque minutio triplex. 65  
Trinum dicendi genus est: sublime, modestum  
Et tenui filo. triplex quoque forma medendi,  
Cui logos aut methodos cuique experientia nomen.  
Et medicina triplex: seruare, cauere, mederi.  
Tris oratorum cultus: regnata Colosso 70

---

68 cf. Marcell. de med. 6 quod logos aut methodos simplexque empirica pangit.

---

50 regula *VP* linea *Z* 51 Aequilatus *G* aequalitas *V*  
equalatus *P*  $\lambda$  equilater (tus *pr. ss.*) *T* | in *om.* *Z* | omnibus]  
nominis *G*  $\lambda$  | inpar] *V* 52 cohit *T* 53 congreget et terno *V*  
congreget eterno *P* cum grege ter terno (trino *G*) *Z corr.*  
*Scaliger* 1, 17 | dissolvatur *V* 54 impar *om.* *P* 55 ut tris  
sic *VP* (tres *P*?) qui medius *Z* | unus] in is *P* 56 positus *V*  
57 coebo *G* quocebo (b in v al.) *V* cebo *P* cibo  $\lambda$  coelo *T* |  
pergentet *V* pergentes *P* pereunte *Z* 58 inpare] *V* 59 III<sup>or</sup>  
*P* quatuor *T* 61 iux<sup>s</sup> *V* al. corr. 64 ui] ut *V* | aut *om.* *V*  
utrubi] utrūi *V* rubi *P* rabi *T* (ut *om.* *PT*) utrobi *G*  $\lambda$  | quo-  
rumbe *V* 65 captis *P* 67 filo (l' phylo ss.)  $\lambda$  67—69  
quoque — triplex *om.* *P* 68 cui *Silvius* que *V*  $\cdot$  *G*  $\lambda$  que *V*  $\cdot$  *T*  
quoi *Scaliger* | longos *V* leges  $\lambda$  70 **C** Tris *P*

Quem Rhodos, Actaeae quem dilexistis Athenae  
Et quem de scaenis tetrica ad subsellia traxit  
Prosa Asiae, in causis numeros imitata chororum.  
Orpheos hinc tripodes, quia sunt tria: terra, aqua, flamma. 75  
Triplex sideribus positus, distantia, forma.  
Et modus et genetrix modulorum musica triplex:  
Mixta libris, secreta astris, uulgata theatris.  
Martia Roma triplex: equitatu, plebe, senatu.  
Hoc numero tribus et sacro de monte tribuni.  
Tres equitum turmae, tria nomina nobiliorum. 80  
Nomina sunt chordis tria, sunt tria nomina mensi.  
Geryones triples, triplex compago Chimaerae.  
Scylla triplex, commissa tribus: cane, uirgine, pisce.  
Gorgones Harpalycaeque et Erinyes agmine terno  
Et tris fatidicae, nomen commune, Sibyllae, 85  
Quarum tergemini fatalia carmina libri,  
Quos ter quinorum seruat cultura uirorum.

---

85 nomen commune: Varro ap. Lactant. Inst. I 6, 7  
86 sq. Gell. I 19.

---

71 actea *V* actore  $\lambda$  72 post 73  $\lambda$  72 quam *VP* quem  
*Z* | de scenis *Z* (scænis *G* scoenis  $\lambda$ ), discernens *VP* (n ss. al.  
*V*) | subellia *V<sup>1</sup>* 73 prorsa *P* | asiei in *V* asia ein *P* |  
imitata *P* | cororum *P $\lambda$*  74 orpheus *V* orpheus *Z* (corr. *Vi-*  
*netus*) | hinc] i *G* | sintria *P<sup>s</sup>* | flammæ *Z* 75 syderibus *PG* |  
distan*P* 76 genetrix] *V* 77 astrix *P* | theatrix *P* 79  
hoc] haec  $\lambda$  | tribium *P* 80 turmeae *V<sup>1</sup>* turme// *V<sup>2</sup>* 81 cor-  
di<sup>s</sup> *V* cordis *Z* | mensis] litt. is euauerunt *V* u. 82 inferiore  
in marg. pr. add. (signo d adiecto post u. 81) *V* 82 Geryo-  
nes] *G* *V<sup>2</sup>* geriones *V<sup>1</sup>* *PT $\lambda$*  Geryonae *Heinsius* | compago] *V* |  
cymere *P* 83 scylla in ras. *V* syllæ *P* | tripl/ex (ex in ras.  
litt. ices ut uid.) *V* 84 gorgone<sup>s</sup> *V* | harphalicaequæ ter-  
nis *V* (u in ras., t ex g pr. *V*), arpaliceq $\ddot{\imath}$  et erinis *P* arpiae-  
que et erines *T $\lambda$*  harpyieque et erinyes *G* | a<sup>c</sup>mine (a<sup>c</sup> ex  $\bar{a}$ ?  
al.) *V* | terno om. *P* 85 tris fatidicae *VP* trifatidicae (ter-  
ss. pr. *T*) *Z* | comune *PT* | sibillæ *VP* sybillæ  $\lambda$  86 cri-  
mina *T* 87 Quo<sup>s</sup> *T* | tarquinorum *P*

Ter bibe. tris numerus super omnia, tris deus unus.  
Hic quoque ne ludus numero transcurrat inertis,  
Ter decies ternos habeat deciesque nouenos. 90

---

88 ter bibe tris *Z* ter bibet ter *P* ter biberes *V* | tris *V*  
tres *P* ter *Z* 89 inheriti *T* 90 abeat *V<sup>1</sup>* | nobenos *V* no-  
uenes *P* | Finit technopeguion liber primus. Incipit Cento nup-  
tialis. *G*

## XVII.

### CENTO NVPTIALIS.

[350—360 Edyll. xiii] AVSONIVS PAVLO S.

[360] Perlege hoc etiam, si operaे est, friuolum et nullius pretii opusculum, quod nec labor excudit nec cura limauit, sine ingenii acumine et morae maturitate. centonem uocant, qui primi hac concinnatione luserunt. solae memoriae negotium sparsa colligere 5 et integrare lacerata: quod ridere magis, quam laudare possis. pro quo, si per sigillaria in auctione ueniret, neque Afranius naucum daret, neque ciecum suum Plautus offerret. piget enim Vergiliani carminis dignitatem tam ioculari dehonestasse materia. sed 10 quid facerem? iussum erat: quodque est potentissimum imperandi genus, rogabat, qui iubere poterat, sanctus imperator Valentinianus, uir meo iudicio eruditus. nuptias quondam eiusmodi ludo descripserat, aptis equidem uersibus et compositione festiuа. experiri 15 deinde uolens, quantum nostra contentionе praecelle-

---

8 Afranius fr. inc. 24 (431) R. Plautus Rud. II 7, 22 (580) ciecum non interduim.

---

Z Incipit Cento nuptialis Z | sat. Tλ salutem G 7 per om. T 8 uenerit G | afrannius G | nauci Z corr. Salmasius | neʒ T nec Gλ | eicum λ citum G eacum T 9 enim] equidem λ | uirgiliani Z 11 est om. λ? 12 sanctus] s. Gλ f. T

13 imperato<sup>r</sup> T 14 nuptias] qui nuptias G 15 equidem] etiam λ | festina G

ret, simile nos de eodem concinnare paecepit. quam scrupulosum hoc mihi fuerit, intellege. neque anteferri uolebam neque posthaberi, cum aliorum quoque iudicio detegenda esset adulatio inepta, si cederem, insolentia, si ut aemulus eminerem. suscepi igitur similis recusanti feliciterque et obnoxius gratiam tenui nec uictor offendit. hoc tum die uno et addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum reperissem, tanta mihi candoris tui et amoris fiducia 25 est, ut seueritati tuae nec ridenda subtraherem. accipe igitur opusculum de inconexis continuum, de diuersis unum, de seriis ludicrum, de alieno nostrum: ne in sacris et fabulis aut Thyonianum mireris aut Virbium, illum de Dionyso, hunc de Hippolyto reformatum. et 30 si pateris, ut doceam docendus ipse, cento quid sit, absoluam. uariis de locis sensibusque diuersis quae-dam carminis structura solidatur, in unum uersum ut coeant aut caesi duo aut unus et sequens *(medius)* cum medio. nam duos iunetim locare ineptum est, et tres 35 una serie merae nugae. diffinduntur autem per cae-suras omnes, quas recipit uersus heroicus, conuenire ut possit aut penthemimeris cum reliquo anapaestico, aut trochaice cum posteriore segmento, aut septem semipedes cum anapaestico chorico, aut *(ponatur)* post 40 dactylum atque semipedem quidquid restat hexametro:

---

18 intellige *Z* 22 foeliciter *Tλ* 23 hoc tu me uno *Tλ* (*crux marg. add. T*) hoc die uno *G corr. Mommsen* 25 reperissem *λ* reperissem *G* operissem *T* 27 inconexis *Guelpher-bytani* inconexis *T* inconnexis *ceteri* | de diuersis *ψ* sed diuersis *Tλ G* 28 nostrum] meum *λ* 29 et fabulis] aut fabulis *T* | thsonianum *λ* 30 Dionyso *ψ?* dyonisio *Tλ* dionisio *G* | hypo-polito *Tλ* 34 medius *om. Z, add. Mommsen* 35 iocare *G* | et tres *ψ* et res *Z* 36 diffindū (ī del. et ss. pr. unt~) *T* 37 uersus *om. λ<sup>1</sup>* 38 penthemimeres (es ex is pr.) *T* pen-timemeres *G* | anapestico | chorico aut *T* anapesto aut *G* 39 trocaicae *G* 40 lacunam indicauit *Birt et his uerbis par-* uulum initium cum toto *expluit*, ponatur *Peiper* 41 quic-quid *Tλ* | exametro *Tλ*

simile ut dicas ludicro, quod Graeci ostomachian vocauere. ossicula ea sunt: ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. sunt enim aequaliter triquetra: uel extensis lineis uel *< eiusdem >* frontis, *< uel rectis >* 45 angulis uel obliquis: isoscele ipsi uel isopleura vocant, orthogonia quoque et scalena. harum uerticularum uariis coagmentis simulantur species mille formarum: helephantus belua aut aper bestia, anser uolans et mirmillo in armis, subsidens uenator et latrans canis, quin et 50 turris et cantharus et alia huiusmodi innumerablem figurarum, quae alias alio scientius variegant. sed peritorum concinnatio miraculum est, imperitorum iunctura ridiculum. quo praedicto scies, quod ego posteriorem imitatus sum. hoc ergo centonis opusculum ut ille ludus tractatur, pari modo sensus diuersi ut congruant, adoptiuia quae sunt, ut cognata uidantur, aliena ne interlucent: arcessita ne vim redarguant, densa ne supra modum protuberent, hiulca ne pateant. quae si omnia ita tibi uidebuntur, ut praeceptum est, dices me composuisse centonem. et quia sub imperatore meo tum merui, procedere mihi inter frequentes stipendum iubebis: sin aliter, aere dirutum facies, ut cumulo carminis in fiscum suum redacto redeant uersus, unde uenerunt. uale. 60 65

42 simile — vocauere *om.* et in marg. pr. add. | similez T | greci T | stomachion TG estomachion λ ostomachion *Gudianus*, ὄστομαχίαν Hummelberg cf. Ennodii carm. II 133 (ubi stomachio uel stomacho libri) στομάτιον Scaliger 2, 26 43 oscilla Scaliger 2, 26 | quatuordecim T XIII λ 44—46 sunt enim aequilatera uel triquetra extensis lineis uel (sic λ aut TG) frontis (rectis pro frontis *Auantius*) angulis uel obliquis Z haec aperte corrupta (cf. Macrob. VI 712, Boetius ars geom. p. 376 et 404 Friedl.) corr. Peiper 46 issoscele G isoscele T id est soscèle λ | sopleura Z corr. Vgoletus | orthogona T 48 helephantus Tλ (helephantis λ<sup>1</sup>) elephantus G 49 bellua T | mirmilo T 51 turris] turturis *Guelpherbytani* | cantarus Z | huiusmodi] hui<sup>2</sup>i T 52 uariigant T 55 posteriores Toll 58 alienum Z, corr. *Auantius* | interlucent Gλ interlucent T 62 imperatore] imperat TG | meo tum Ald. metum Z

[351]

I. PRAEFATIO.

- A. v 304 Accipite haec animis laetasque  
aduertite mentes,  
A. xi 291 Ambo animis, ambo insignes  
praestantibus armis;  
E. vii 4 Ambo florentes, \* genus insupe-  
rabile bello. A. iii 40  
A. vi 834 Tuque prior, \* nam te maioribus  
ire per altum A. iii 374 sq.  
5 Auspiciis manifesta fides, \* quo  
iustior alter A. i 544 sq. 5  
Nec pietate fuit, nec bello maior  
et armis;  
A. iii 94 Tuque puerque tuus, \* magnae  
spes altera Romae, A. xii 168  
A. viii 500 Flos ueterum uirtusque uirum,  
\* mea maxima cura, A. i 678  
A. xii 348 Nomine auum referens, animo  
manibusque parentem.  
10 E. vi 9 Non iniussa cano. \* sua cuique  
exorsa laborem A. x 111 sq. 10  
Fortunamque ferent: \* mihi iussa  
capessere fas est. A. i 77

[352]

II. CENA NVPTIALIS.

- A. v 104 Expectata dies aderat \* dignis-  
que hymenaeis A. xi 355  
A. vi 306 Matres atque uiri, \* iuuenes ante  
ora parentum G. iii 477  
A. i 700 sq. Conueniunt stratoque super dis-  
cumbitur ostro.  
Dant famuli manibus lymphas  
\* onerantque canistris A. viii 180 sq. 15

Praefacio *G* Praefatium *λ* Prefacium super cento nuptiale *T*  
3 forentes *T* 11 capescere *TG* || coena *Z* 15 lymphas *T*

5	Dona laboratae Cereris * pinguis- que ferinae	A. i 215
A. viii 180	Viscera tosta ferunt. * series longissima rerum:	A. i 641
A. viii 27	Alituum pecudumque genus * capraeaque sequaces	G. ii 374
G. ii 471	Non absunt illic * neque oues haedique petulei	G. iii 10
G. iii 243	Et genus aequoreum, * dammae ceruique fugaces.	G. iii 539
10 A. xi 311	Ante oculos interque manus sunt * mitia poma.	E. i 80
A. viii 184	Postquam exempta fames et amor compressus edendi,	
A. i 724	Crateras magnos statuunt * Bac- chumque ministrant.	A. viii 181
A. ii 239	Sacra canunt, * plaudunt choreas et carmina dicunt.	A. vi 644
A. vi 645 sq.	Nec non Thraeicius longa cum ueste sacerdos	
15	Obloquitur numeris septem dis- crimina uocum.	
A. x 362	At parte ex alia * biforem dat tibia cantum.	A. viii 618
G. iii 184	Omnibus una quies operum * cunctique relictis	A. viii 109 sq.
	Consurgunt mensis, * per limina laeta frequentes	A. i 707
A. viii 164	Discurrunt uariantque uices * populusque patresque,	A. viii 192
20 A. xi 476	Matronae, pueri, * uocemque per ampla uoluntant	A. i 725 sq.
	Atria: dependent lychni laque- aribus aureis.	

16 pingues λ | que om. G      19 illīc T | nec G | aues Z  
corr. *Lugdun.*      20 dame λ      27 tybia λ      29 lumina G  
32 lichni Gλ

[353] III. DESCRIPTIO EGREDIENTIS SPONSAE.

- A. III 136 Tandem progreditur \* Veneris  
iustissima cura, A. x 132
- A. VII 53 Iam matura uiro, iam plenis  
nubilis annis,
- A. I 315 Virginis os habitumque gerens,  
\* cui plurimus ignem A. XII 65sq.  
Subiecit rubor et calefacta per  
ora cucurrit,
- 5 A. VII 251 Intentos uoluens oculos, \* urit-  
que uidendo. G. III 215
- A. VII 812sq. Illam omnis tectis agrisque ef-  
fusa iuuentus  
Turbaque miratur matrum. \* ue-  
stiglia primi A. V 566sq.
- Alba pedis, \* dederatque comam  
diffundere uentis. A. I 319
- A. III 483 Fert picturatas auri subtemine  
uestes,
- 10 A. I 650 Ornatus Argiuae Helenae: \* qua-  
lisque uideri A. II 591sq.  
Caelicolis et quanta solet \* Ve-  
nus aurea contra, A. x 16
- A. VI 208 Talis erat species, \* talem se  
laeta ferebat A. I 503
- A. II 457 Ad soceros \* solioque alte sub-  
uixa resedit. A. I 506

[354] III. DESCRIPTIO EGREDIENTIS SPONSI.

- A. x 362 At parte ex alia \* foribus sese  
intulit altis A. XI 36
- A. VIII 181 Ora puer prima signans intonsa  
iuuenta,

37 uolucris λ 41 fert *Lugdun.* et Ζ | subtegmine Ζ  
42 qualisque uideri ψ, *Accursius;* om. Ζ

A. viii 582	Pictus acu * chlamydem auratam, quam plurima circum	A. v 250 sq.
	Purpura maeandro duplici Meli- boea cucurrit,	A. v 251
5 A. x 818	Et tunicam, molli mater quam neuerat auro:	50
A. i 589	Os umerosque deo similis * lu- menque iuuentae.	A. i 590
A. viii 589	Qualis, ubi oceani perfusus Lu- cifer unda	
A. viii 591	Extulit os sacrum caelo: * sic ora ferebat,	A. iii 490
A. iii 490	Sic oculos * cursuque amens ad limina tendit.	A. ii 321
10 A. xii 70	Illum turbat amor figitque in uirgine uultus;	55
A. i 256	Oscula libauit * dextramque am- plexus inhaesit.	A. viii 124

[355]

V. OBLATIO MVNERVM.

A. v 553	Incedunt pueri pariterque ante ora parentum	
A. v 101	Dona ferunt * pallam signis auroque rigentem,	A. i 648
A. xi 333 sq.	Munera portantes aurique ebo- risque talenta	
	Et sellam * et pictum croceo uelamen acantho,	60
5 A. i 640	Ingens argentum mensis * collo- que monile	A. i 711
	Bacatum et duplarem gemmis auroque coronam.	A. i 654 sq.

48 clamidem *T* 49 melibaea *T* 52 oceani *T* 56 ob-  
secula *G* | adhaesit *T* 60 achanto *TG* acanto 2 62 baccatum *T* bachatum 2 bacchatum *G*

- A. v 284 Olli serua datur \* geminique  
sub ubere nati: A. v 285
- A. x 518 Quattuor huic iuuenes \* totidem  
innuptaeque puellae: A. ii 238
- A. v 556 Omnibus in morem tonsa coma;  
\* pectore summo A. v 558sq.
- 10 Flexilis obtorti per collum cir-  
culus auri. 65

## [356] VI. EPITHALAMIVM VTRIQVE.

- A. XII 131 Tum studio effusae matres \* ad  
limina ducunt; A. x 117
- G. III 460 At chorus aequalis, \* pueri in-  
nuptaeque puellae, A. vi 307
- G. II 386 Versibus incomptis ludunt \* et  
carmina dicunt: A. vi 644
- E. VIII 32 'O digno coniuncta uiro, \* gra-  
tissima coniunx, A. x 607
- 5 A. I 330 Sis felix, \* primos Lucinae ex-  
perta labores G. III 340
- G. III 380 Et mater. cape Maeonii carche-  
sia Bacchi.
- E. VIII 30 Sparge, marite, nuces; \* cinge  
haec altaria nitta, E. VIII 64
- A. VIII 500 Flos ueterum uirtusque uirum:  
\* tibi ducitur uxor, E. VIII 29
- A. I 74 sq. Omnes ut tecum meritis pro  
talibus annos
- 10 Exigat et pulchra faciat te prole  
parentem.
- A. VIII 446 Fortunati ambo, \* si quid pia  
numina possunt, A. III 382

63 ubera<sup>e</sup> T 64 quatuor T | huic Z hic *Vergilius* 67  
effuso λ 70 coniux λ 71 foelix Tλ 72 meonii TG l'  
dona manu ss. pr. T sacra manu λ 75 pia numina] mea  
carmina λ (ex A VIII 446)

- A. III 493 Viuite felices.' \* dixerunt 'cur-  
rite' fusis E. III 46 sq.  
Concordes stabili fatorum nu-  
mine Parcae.

[ 357 ]

VII. INGRESSVS IN CVBICVLVM.

- G. III 374 sq. Postquam est in thalami pen- 80  
dentia pumice tecta  
Peruentum, \* licito tandem ser-  
mone fruuntur. A. VIII 468  
A. VIII 467 Congressi iungunt dextras \* stra-  
tisque reponunt. A. III 392  
A. I 657 At Cytherea nouas artes \* et  
pronuba Iuno A. III 166  
5 A. XI 254 Sollicitat suadetque ignota la-  
cessere bella.  
A. I 715 Ille ubi complexu \* molli fouet 85  
atque repente A. VIII 388 sq.  
Acceptit solitam flammam \* le-  
ctumque iugalem: A. III 496  
A. VI 104 'O virgo, noua mi facies, \* gra-  
tissima coniunx, A. X 607  
A. VI 687 Venisti tandem, \* mea sola et  
sera uoluptas. A. VIII 581  
10 A. II 777 O dulcis coniunx, non haec sine  
numine diuum  
A. XII 428 Proueniunt. \* placitone etiam 90  
pugnabis amori?' A. III 38  
A. III 362 Talia dicentem iamdudum auersa  
tuetur

78 foelices *T* 79 Talia s. Concordes *T* post 82<sup>a</sup> aut  
exciderunt duo hemistichia aut residunt scribendum cum Schen-  
kelio ex A. VIII 467 (mediisque residunt) 83 eitherea *T*  
84 sollicitat *T* 85 atque *Z* (ille Vergilius) inde Schenkl ex  
VIII 238 (inde repente); post 86 intercidisse uersum suspicatur  
Schenkl 87 coniux *λ* 89 coniux *λ* 90 placido *G* 91  
aduersa *T* *λ*

- A. XII 916 Cunctaturque metu telumque in-  
stare tremiscit
- A. I 218 Spemque metumque inter \* fun-  
ditque has ore loquelas: A. V 842
- 15 A. X 597 'Per te, per, qui te talem ge-  
nuere, parentes,
- E. II 17 O formose puer, \* noctem non  
amplius unam A. I 683
- A. VIII 290 Hanc tu, oro, solare inopem  
\* et miserere precantis. A. X 598
- A. XII 911sq. Succidimus. non lingua ualet,  
non corpore notae  
Sufficient uires, nec uox aut  
uerba sequuntur.'
- 20 A. VIII 219 Ille autem: 'causas nequicquam  
nectis inanes.'
- A. XII 699 Praecipitatque moras omnis  
\* soluitque pudorem. A. III 55 100

[353]

## PARECBASIS.

Hactenus castis auribus audiendum mysterium nup-  
tiale ambitu loquendi et circuitione uelaui. uerum  
quoniam et Fescenninos amat celebritas nuptialis uer-  
borumque petulantiam notus uetere instituto ludus  
admittit, cetera quoque cubiculi et lectuli opera pro- 5  
dentur ab eodem auctore collecta, ut bis erubescamus,  
qui et Vergilium faciamus impudentem. uos, si placet,  
hic iam legendi modum ponite: cetera curiosis relin-  
quite.

99 nequicquam Z 100 omnis] TG omnes λ

1 castis] erectis λ | ad audiendum λ | misterium Z | fesc e-  
ninos Z 5 quoque opera cubiculi et lectuli opera T  
7 uirgilium Z

[359]

## VIII. IMMINVTIO.

A. xi 631	Postquam congressi * sola sub nocte per umbram	A. vi 268
G. iii 267	Et mentem Venus ipsa dedit, * noua proelia temptant.	A. iii 240
A. x 892	Tollit se arrectum: * conantem plurima frustra	A. viii 398
A. x 699	Occupat os faciemque, * pedem pede feruidus urget,	A. xii 748
5 A. vii 362	Perfidus alta petens: * ramum, qui ueste latebat,	A. vi 406 105
E. x 27	Sanguineis ebuli bacis minioque rubentem	
A. xii 312	Nudato capite * et pedibus per mutua nexit,	A. vii 66
A. iii 658	Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ad- emptum,	
A. x 788	Eripit a femore et trepidanti feruidus instat.	
10 A. i 159	Est in secessu, * tenuis quo se- mita ducit,	A. xi 524 110
A. viii 392	Ignea rima micans: * exhalat opaca mephitim.	A. vii 84
A. vi 563	Nulli fas casto sceleratum insi- stere limen.	
A. vii 568	Hic specus horrendum: * talis sese halitus atris	A. vi 240 sq.
	Faucibus effundens * nares con- tingit odore.	A. vii 480
15 A. xi 530	Huc iuuenis nota fertur regione uiarum	115

102 plia λ | tentant Tλ 103 arreptum λ 104 feuidus T  
 109 femore TG Priscianus femine meliores libri Vergiliani  
 foemine λ 111 exalat T | mephytim G 113 alitus Tλ  
 115 hinc T

- A. v 858 Et super incumbens \* nodis et  
cortice crudo A. viii 743 sq.  
Intorquet summis adnixus uiribus  
hastam.
- A. xi 804 Haesit uirgineumque alte bibit  
acta cruem.
- A. ii 53 Insonuere cauae gemitumque de-  
dere cauerne.
- 20 A. xi 816 Illa manu moriens telum trahit,  
ossa sed inter 120
- G. iii 442 Altius ad uiuum persedit \* uul-  
nere mucro. A. xi 817
- A. iii 690 sq. Ter sese attollens cubitoque in-  
nixa leuanuit,  
Ter reuoluta toro est. \* manet  
imperterritus ille. A. x 770
- G. iii 110 Nec mora nec requies: \* clauum-  
que adfixus et haerens A. v 852 sq.  
25 Nusquam amittebat oculosque 125  
sub astra tenebat.
- A. vi 122 Itque reditque uiiam totiens  
\* uteroque recusso A. ii 52
- A. xii 276 Transadigit costas \* et pectine  
pulsat eburno. A. vi 647
- A. v 327 sq. Iamque fere spatio extremo fes-  
sique sub ipsam  
Finem aduentabant: \* tum cre-  
ber anhelitus artus A. v 199 sq.
- 30 Aridaque ora quatit, sudor fluit  
undique riuis, 130
- A. xi 818 Labitur exanguis, \* destillat ab  
inguine uirus. G. iii 281

---

123 thoro *T*λ 124 adfixus] ψ | et <sup>ut</sup> *T*\* 125 ammitte-  
bat *T* | 127 et] iam *Vergilius* 130 arrida *T* 131 exsan-  
guis *T* | distillat *T*λ

[360]

Contentus esto, Paule mi,  
Lasciua, Paule, pagina:  
Ridere, nil ultra, expeto.

Sed cum legeris, adesto mihi aduersum eos, qui,  
ut Iuuinalis ait, 'Curios simulant et Bacchanalia 5  
uiuunt', ne fortasse mores meos spectent de carmine.

'Lasciua est nobis pagina, uita proba',  
ut Martialis dicit. meminerint autem, quippe eruditii,  
probissimo uiro Plinio in poematiis lasciuam, in morib  
ibus constitisse censuram, prurire opusculum Sulpiciae, 10  
frontem caperare; esse Appuleium in uita philosophum,  
in epigrammatis amatorem; in praeceptis Ciceronis  
extare seueritatem, in epistulis ad Caerelliam subesse  
petulantiam; Platonis Symposium composita in ephelbos  
epyllia continere. nam quid Anniani Fescenninos, quid 15  
antiquissimi poetae Laeuii Erotopaegnion libros loquar?  
quid Euenum, quem Menander sapientem uocauit?

5 Iuuenal. 2, 3

7 Martialis I 4, 8

9 Plinius ep. IIII 14, 4 sq. (cf. V 3)

10 Sulpiciae] cf. Martialis X 35 [Fulgentius Myth. I p. 616  
St.: hac etenim adludente . . . Sulpicillae Ausoniana loqua  
citas deperit]

11 Appuleium] cf. Appul. de Magia c. 9

12 (Ciceronis fragm. XIII 2 B.-K.)

14 Appul. de Magia c. 10

17 Euenum: (Menandri fr. 342 M.)

1 esto o paule *T* 2 o paule *Z corr. Lugdun.* 3 ex  
pecto *T* 4 Sed *init. minio scripta T* 6 fortasse] forte  
*Sealiger* | carnīne (^ del. pr.) *T* 7 probata *λ* 8 Martialis  
*Pulmann* plinius *Z* 9 probatissimo *G* | poematis *λ* 10 Sul  
piciae *ψ* sulpiti ue (l *ex incepto p pr.*) *T* sulpitiue *λ* Sulpitii  
nec *G* 11 apuleium *T* | phylosophum *G* 12 inepti grā  
matis *G* | Ciceronis *Peiper*, omnibus *Z* 13 Tullii seuerita  
tem *λ* Tulli *om. TG* | epistolis *Z* | cerelliam *TG* 14 sim  
posion *TG* | ephelbos *G* 15 epyllia *G* epillia *Tλ* edyllia *Par.*  
| feseeninos *Z* 16 leuii *T* lenii *G* | erotopegnion *T* crotho  
pegnion *G* 17 euenum *Tλ* euentum *G*

quid ipsum Menandrum? quid comicos omnes? quibus  
seuera uita est et laeta materia. quid etiam Maro-  
nein Parthenien dictum causa pudoris? qui in octauo 20  
Aeneidos, cum describeret coitum Veneris atque Vul-  
cani, *αισχροσεμνίαν* decenter immisceu*t*. quid? in ter-  
tio Georgicorum de summissis in gregem maritis nonne  
obscenam significationem honesta uerborum trans-  
latione uelauit? et si quid in nostro ioco aliquorum 25  
hominium seueritas uestita condemnat, de Vergilio  
arcessitum sci*a*t. igitur cui hic ludus noster non pla-  
cet, ne legerit, aut cum legerit, obliuiscatur, aut non  
oblitus ignoscat. etenim fabula de nuptiis est et, uelit  
nolit, aliter haec sacra non constant. 30

---

20 Donat. Vita Vergilii 22, Seru. ad A I in. (Parthenias)  
Vergil. A VIII 404 sqq. Annianus ap. Gell. n. a. VIII 10, 1 sq.

22 Vergil. G III 123 sqq.

24 honesta uerborum translatione] uerecunda quadam trans-  
latione uerborum: Annianus I. 1.

---

19 *uita* // *seuera* T | Maronem λ *om.* TG 20 *in* *om.* G λ |  
viii. G <sup>I</sup>vii. (pr. corr.) T 21 *discribere* G 22 *αισχροσε-*  
*μνίαν* ψ Διοχροσέμνιαν G, *om.* T λ *sed spatio uacuo relicto*  
26 *uirgilio* Z 27 *accersitum* G

## XVIII.

## E P I S T V L A R V M

## LIBER.

I [Symmachi Ep.  
I 31 S.]

SYMMACHVS AVSONIO.

 An te carminibus iuuat incestare canoras  
 Mnemosynes natas, aut tris aut octo sorores?  
 Et quoniam huc uentum, si uis agnoscere, quid sit      65  
 Inter doctrinam deridendasque camenas,  
 Accipe congestas, mysteria friuola, nugas,

## 48 Horat. Ep. II 2, 4

47 foeminum *L* | giros *V*    48 descendis: de *ex* di *V* de-  
 scendas *T* | bertice *V<sup>1</sup>* | pulcer *V*    49 aetna *ω* (ethna *V<sup>2</sup>L*)  
*Enna Accursius*    50 coreas *VL*    51 /stigiis *V*    53 traeris  
*V<sup>1</sup>*    54 dumnotini *Z* | tale *TG* (Dum notinitale (-lae *G*) *TG*)  
 | ostēdere *V*    55 pestes *Gronouius* | nereinorum *V*    56 uilica  
 lini *V* bellicani *Z corr. Peiper*    57 colla *Z* | indutos *Toll* | amos *V<sup>1</sup>*  
 58 confisettumes *V* | omni<sup>a</sup>bundat (a et s al.) *V* | habundat: h  
*statim pr. del. T*    59 littoreis *TG* litorii *L*    60 corroō (alt. o ex  
*corr.*) *V* (corroq<sup>s</sup> *V<sup>1</sup>* ut uid.) corrocho *T* corrhoco *GL* | letalis-  
 que *Z* | trigon *VTG* | platesq<sup>e</sup> *V* platese *L* platesse *TG*  
 61 thinni *L* tinni *VT* | ligari (marg.  $\divideontimes$ ) *V* ligati *L* ligatri  
 (marg. l<sup>r</sup> galatri) *T* legatri *G*    62 uina trioria *V* | curbi *V<sup>1</sup>*  
 63 iubat *V* | coronas *Z*    64 minemosines *V* mnemosines *Z* |  
 tres *V*    65 bis *V<sup>1</sup>* | cognoscere *T*    67 misteria *VT* | fribola *V<sup>1</sup>*

Quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis,  
Scillite decies nisi cor purgeris aceto  
Anticyraeue bibas Samii Lucumonis acumen:

70

Aut adsit interpres tuus,  
Aenigmatum qui cognitor  
Fuit meorum, cum tibi  
Cadmi nigellas filias,  
Melonis albam paginam  
Notasque furuae sepiae  
Gnidiosque nodos prodidit.  
Nunc adsit et certe, modo  
Praesul creatus litteris,  
Enucleabit protinus  
Quod lusitantes scribimus.

75

Notos fingo tibi poeta uersus,  
Quos scis hendecasyllabos uocari,  
Set nescis modulis tribus moueri.

Istos composuit Phalaecus olim,  
Qui penthemimeren habent priorem  
Et post semipedem duos iambos.  
Sunt quos hexametri creant reuulsi,

80

68 dephendere *L* dependere *V* | cartis *V* carthis *T*  
69 om. *Z* | scillito *V* corr. *Scaliger* | nisi *Schenkl* si *V* non si  
*uulgo* ni *Baehrens* | corpus geris *V* corr. *Sealiger* 70 anti-  
cipesque <sup>t</sup>uiuum (ui del., t al. ss.), *in marg.* anticipetque tu<sup>v</sup>m  
*antiqu.* m. *V* antichiramque bibas *Z* (anticyram *G*) corr. *Peiper*  
(ue *Baehrens*) | llucomonis (alt. 1 eraso) *V* | acumē *V* uu. 71—77  
iterumque 78—81 continua scripture (initiales litt. maiores 71  
et 78, atque u. 71 miniatu) *T* 72 qui *Z* que *V* 73 cūm *V*

74 cadmini gellas *T* 75 mellonis *G* 76 farbe *V<sup>1</sup>* 77  
gnidios *V* cnidios *G* crudos *T* cardios *L* | nodos] mōs *G*  
80 enucleabit: b *in v al.* *V* | promptius *Z* 81 lusitantes *Peiper*  
militantes *VZ* 82 Notos maior init. litt. nigra *T* 83 ende-  
casyllabos (y ex u *V*) *VTG* 84 set] *V* | moberi *V<sup>1</sup>* 85  
composuit] *V* | palecius <sup>h</sup><sup>u</sup> *V* phalecus *Z* 86 pentemimeren *V*  
penthemimeren *L* penthemimeren *T* pentimemerem *G* | abent  
*V<sup>1</sup>* 87 om. *Z* 88 Sut *T* | exametri *VZ* | rebolsi *V*

Vt penthemimeres prior locetur,  
Tum quod bucolice tome relinquit. 90  
Sunt et quos generat puella Sappho:  
Quos primus regit hippius secundus,  
Vt cludat choriambon antibacchus.  
Set iam non poteris, Theon, doceri,  
Nec fas est mihi regio magistro 95  
Plebeiam numeros docere pulpam.  
Verum protinus ede, quod requiro.  
Nil quaero, nisi quod labris tenetur  
Et quod non opicae tegunt papyri.  
Quas si solueris, o poeta, nugas,  
Totam trado tibi simul Vacunam 100  
Nec iam post metues ubique dictum:  
„Hic est ille Theon poeta falsus,  
Bonorum mala carminum Lauerna.“

XV [396 Ep. vii]

AVSONIVS THEONI CVM EI TRIGINTA OSTREA  
GRANDIA QVIDEM SET TAM PAVCA MISISSET.

Expectaueram, ut rescriberes ad ea, quae dudum  
ioculariter luseram de cessatione tua ualde impia et  
mea efflagitatione, cuius rei munus reciprocum quo-  
niā in me colendo fastidisti, inuenta inter tineas

89 pentemimeres *V* penthemimers *L* pentimimeres *T*  
pentimimeres *G* prius *L* 90 quo *V* bucolicet *Z* [tome]  
pome *T* pone *G* me *L* 91 sapho *T* 92 quo *T* primos  
*Z* [ippius *V* hyppius *T*] 93 cludat *VL* claudat *TG* [cor-  
iambon *V* [antibaccus *V* antibacus *L* antibrachus *TG*  
94 set] *V* [poteris te o *V* corr. *Toll* potes (potest *G*) ostolo *Z*  
95 mici *V* [magistrō *T*] 96 plebeam *G* 98 libris *VZ*  
corr. *Dezeimeris* 99 tegūt papiri *V* 99—101 f. 55<sup>v</sup> repe-  
tuntur (priorē cancellis inclusit rubricator et syllabis ua-cat) *T*  
100 Quasi (quas si pr. ss.) *T* utrobique [solberis *V*] 101  
tortam *V* [uacunam *Z* et agnam *V*] 103 ic est *V<sup>1</sup>* [teon *V*  
104 lauerna *Z* (latina ss. pr. *T*) taberna *V*

XV teoni *V* et *V<sup>1</sup>* ei ss. *V* ostraë <sup>e</sup> *V* 1 ad ea *V<sup>1</sup>* **V**  
4. 5 tineas epistola *V<sup>1</sup>*

epistula uetera, quam de ostreis et musculis affectata 5  
obscuritate condideram, quae adulescens temere fude-  
ram, iam senior retractau. set in eundem modum  
instaurata est satirica et ridicula concinnatio: saltem  
ut nunc respondeas nouissimae cantilenae, qui illam  
nouiciam silentio condemnasti. 10

Ostrea Baianis certantia, quae Medulorum  
Dulcibus in stagnis reflui maris aestus opimat,  
Accepi, dilecte Theon, numerabile munus.  
Verum quot fuerint, subiecta monosticha signant:

Quot ter luctatus cum pollice computat index; 5  
Geryones quot erant, decies si multiplicentur;  
Ter quot erant Phrygii numerata decennia belli,  
Aut iter ut solidi mensis tenet ignicomus Sol;  
Cornibus a primis quot habet uaga Cynthia noctes;  
Singula percurrit Titan quot signa diebus 10  
Quotque annis sublimis agit sua saecula Phaenon;  
Quot numero annorum Vestalis uirgo ministrat  
Dardaniusque nepos regno quot protulit annos;  
Priamidae quot erant, si bis deni retrahantur;  
Bisque uiros numeres, qui fata Amphrysia seruant; 15  
Quot genuit fetus Albana sub ilicibus sus

---

XV 13 Vergil. A I 267 sqq. cf. VIII 47 sqq.

14 Vergil. A II 503

15 Vergil. A VI 398 Amphrysia uates.

16 Vergil. A III 390 sq. VIII 43 sq. litoreis ingens inuenta  
sub ilicibus sus triginta capitum fetus enixa iacebit

---

5 ueterem *V<sup>1</sup>* | affectata *V* 6 cōdiram *V* 7 retractabi  
*V<sup>1</sup>* | euidem *V<sup>1</sup>* (eūdem *V<sup>2</sup>*) 9 nouissimae *Sebis.*, notissi-  
mae *V* || 1 hostrea *V* 3 teon *V* 4—18 quod ubique praeter-  
u. 17 *V* 4 monistica *V* | signent *Heinsius* 6 geriones *V*  
7 erāt *V* | prigii *V* 8 iter ut solidi *Heinsius*, ter ut eo-  
lidi *V* 9 abet baga *V<sup>1</sup>* | cintia *V* 10 titā *V* 11 sc̄la  
*V* | Phaenon *Scaliger* ffeton *V* (alt. f al. ss.) 14 uis *V*  
retraantur *V* 15 Vis *V* | amphrysia *V* (p ex f?) *V* | ser-  
bant *V<sup>1</sup>*

Et quot sunt asses, ubi nonaginta trientes,  
Vel quot habet iunctos Vasatica raeda caballos.

Quod si figuras fabulis adumbratas  
Numerumque doctis inuolutum ambagibus 20  
Ignorat alto mens obesa uiscere,  
Numerare saltim more uulgi ut noueris,  
In se retortas explicabo summulas.

Ter denas puto quinquesue senas,	
Vel bis quinque, dehinc decem decemque,	25
Vel senas quater et bis adde ternas;	
Septenis quater adde et unum et unum,	27
Aut ter quattuor adde bis nouenis;	29
Duc binas decies semelque denas.	28
Octonas quater, hinc duae recedant;	30
Binas ter decies, semel quaternas.	
Et sex adde nouem uel octo septem,	
Aut septem geminis bis octo iunge,	
Aut — ne sim tibi pluribus molestus,	
Triginta numero fuere cunctae.	35

Iunctus limicolis musculus ostreis  
Primo composuit fercula prandio,  
Gratus deliciis nobilium cibus  
Et sumptu modicus pauperibus focis.  
Non hic nauifrago quaeritur aequore,  
Vt crescat pretium grande periculis;

18 abet *V<sup>1</sup>* | reda *V* | caballos: b in v corr. al. *V*  
19 in marg. al. metrum iambicum *V* 21 biscere *V<sup>1</sup>* 22 noberis *V<sup>1</sup>* 24 in marg. al. metrum falebum *V* | quinq<sup>es</sup> *V*  
25 uis qui<sup>que</sup> de<sup>b</sup>hinc decemque *V* 26 uis *V* 27 adde et] et om. *V* add. *Peiper* (an addis?) unam et unam *Toll* 29 ante 28 posuit *Schenkl* 28 uina (u in b al.) *V* corr. *Lugdun.*  
29 nobenis *V<sup>1</sup>* 30 octonis *V* corr. *Toll* | inc *V<sup>1</sup>* | recedat *V*  
31 Uinas *V<sup>1</sup>* 32 adde *Lugdun.* ate *V* | nobem *V<sup>1</sup>* 33 uis *V* post u. 35 et 46 unius uersus spatium *V* 36 in marg. al. metrum ascle piadeum *V* | iunctus *V* 39 sumptu *Toll* 40 nabifrago *V<sup>1</sup>* 41 U:crescat *V*

Set primore uado post refugum mare  
Algoso legitur litore concolor.

Nam testae duplicitis conditur in specu,  
Quae feruentis aquae fota uaporibus  
Carnem lacteoli uisceris indicat.

Set damnosa nimis panditur area.

Fac campum replices, Musa, papyrium  
Nec iam fissipedis per calami uias  
Grassetur Gnidiaie sulcus harundinis,  
Pingens aridulae subdita paginae  
Cadmi filiolis atricoloribus.

Aut cunctis pariter uersibus oblinat  
Furuam lacticolor sphongia sepiam.

Parcamus uitio Dunnitonae domus,  
Ne sit charta mihi carior ostreis.

45

50

55

XVI [394 Ep. v]

AVSONIVS THEONI.

Ausonius salue caro mihi dico Theoni,  
Versibus expediens, quod uolo quodue queror.

Tertia fissipedes renouauit Luna iuuencas,  
Vt fugitas nostram, dulcis amice, domum.

Nonaginta dies sine te, carissime, traxi; 5

Huc adde aestiuos: hoc mihi paene duplum est.

Vis nouies denos dicam deciesque nouenos

Isse dies? anni portio quarta abiit.

Sexaginta horas super et duo milia centum

Te sine consumpsi, quo sine et hora grauis. 10

42 bado *V<sup>1</sup>* 45 qui *V corr. Lugdun.* | ferbentis *V* | ba-  
poribus *V<sup>1</sup>* 48 replice (e in e al. quae etiam lineolam obli-  
quam super e addidit) *V corr. Goropius* | papir<sup>ri</sup>um *V* 50  
arūdinis *V* 53 eu<sup>n</sup>ctis *V* 54 furuam *Vinetus fulbam V<sup>1</sup>* |  
sepiam *V* 55 dumnotinae *V* 56 carta mici *V*

*V* 1 salbe *V* | mici *V* | teoni *V* 2 experiens *V corr. Hein-*  
*sius* | quero *post o litt. r erasa ut uid.* *V corr. Lugdun.*  
3 renobabit *V* | iubencas *V* 4 amihe *V<sup>1</sup>* 6 aedde *V* |  
aestibos *V<sup>1</sup>* | mici *V* 7 Bis *V corr. Vinetus* | nobies *V<sup>1</sup>* |  
nobenos *V<sup>1</sup>* 9 oras *V<sup>1</sup>* 10 consumsi *V* | ora grabis *V<sup>1</sup>*

Milia bis nongenta iubet demensio legum  
Adnumerata reos per tot obire dies.  
Iam potui Romam pedes ire pedesque reuerti,  
Ex quo te dirimunt milia pauca mihi.  
Scirpea Dumnitoni tauti est habitatio uati? 15  
Pauliacos tanti non mihi uilla foret.  
An quia per tabulam dicto pangente notatam  
Debita summa mihi est, ne repetamus, abes?  
Bis septem rutilos regale nomisma Philippos,  
Nec tanti fuerint, perdere malo, Theon, 20  
Implicitum quam te nostris interne medullis  
Defore tam longi temporis in spatio.  
Ergo aut praedictos iam nunc rescribe Darios  
Et redime, ut mora sit libera desidiae,  
Aut alios a me totidem dabo, dum modo cari  
Conspicer ora uiri, pauperis usque licet.  
Puppe citus propera sinuosaque lintea ueli  
Pande: Medullini te feret ora noti  
Expositum subter paradas lectoque iacentem,  
Corporis ut tanti non moueatur onus. 25  
Vnus Dumnitoni te litore perferet aestus  
Condarem ad portum, si modo deproperes.  
Inque uicem ueli, quotiens tua flamina cessant,

---

XVI 11 cf. Iustiniani digesta II xi, 1.

19 Horat. Ep. II 1, 234

---

11 nonaginta *V corr. Pithoeus* 12 ouire *V* 13 reberti  
*V<sup>1</sup>* 14 mici *V* 15 domnotonis *V* (o alt. in i? *V*) *corr.*  
*Scaliger* | tāti *V* | abitatio bati *V<sup>1</sup>* 16 Pauliacos stāti *V*  
*Παυλιακός* tanti *Lugdun.* Pauliacus *Scaliger* | mici billa *V*  
17 tabula medica pugna *V* (tabulā *V<sup>2</sup>*) *corr. Peiper* (i. pro-  
missio firmante) digito *Heinsius*, pugnante *Lugdun.*, pangente  
etiam *Schenkl* 18 suma *V<sup>1</sup>* | mici *V* | <sup>habes</sup> *V<sup>2</sup>* 20 nec]  
ne *Pithoeus* | teon *V* 23 and *V<sup>1</sup>* | tarios *V corr. Pithoeus*  
25 aut abos a me totidiem *V corr. Pithoeus* 26 biri *V<sup>1</sup>*  
27 beli *V<sup>1</sup>* 30 mobeatut *V<sup>1</sup>* 31 adōnnnotoni (ō ex o al.;  
al. in marg. hic .s. liqscit) *V* | littore *V* | pferet *V* 33 ueli  
*Heinsius* uenti *V*

Remipedem iubeas protinus ire ratem.  
Inuenies praesto subiuncta petorrata mulis: 35  
Villa Lucani- mox potieris -aco.  
Rescisco disces conponere nomine uersum:  
Lucili uatis sic imitator eris.

XVII [395 Ep. vi]

⟨AVSONIVS THEONI.⟩

Ausonius consul uatem resaluto Theonem.  
Aurea mala, Theon, set plumbea carmina mittis;  
Vnius massae quis putet has species?  
Vnum nomen utrisque, set est discrimin utrisque:  
Poma ut mala uoces, carmina uerte mala. 5  
Vale beatis nomen a diuis Theon,  
Metoche set ista saepe currentem indicat.

XVIII [392 Ep. iii]

AVSONIVS HESPERIO S. D.

Qualis Picenae populator turdus oliuae  
Clunes opimat cereas  
Vel qui lucentes rapuit de uitibus uuas,  
Pendetque nexus retibus,  
Quae uestiginis fluitant nebulosa sub horis 5

38 cf. Lucilii l. XXX fr. 73 M.

XVIII 1 Martial. VIII 55, 1 si mihi Picena turdus palleret  
oliua.

2 Martial. XIII 5, 1 cerea quae patulo lucet ficedula lumbo.

36 in marg. in ras. longiore al.: r lucaniaco V 37 disce V  
disces uel disce en Heinsius 38 lucilii V corr. Toll | imita-  
tolleris: o eras., or al. ss. V

V XVII Ausonius Theoni om. V 1 theō// (litt. em detersis) V  
3 as V 4 utriusque V corr. Heinsius | utri//q (3 litt. era-  
sis) V corr. Heinsius 5 uerte Peiper nero V 5. 6 in marg.  
al. iambicum et idem V 6 beatus V corr. Heinsius 7 met-  
oche Auratus metodvs V | set sta V<sup>1</sup> | currente V corr. Scaliger  
V XVIII 5 D V 3 ubas V<sup>1</sup>

Vel mane tenta roscido:  
Tales hibernis ad te de saepibus, ipsos  
Capi uolentes, misimus  
Bis denos. tot enim crepero sub lucis eoae  
Praecepis uolatus intulit. 10  
Tum, quas uicinæ suggessit praeda lacunæ,  
Anites maritas iuxtimus,  
Remipedes, lato populantes caerula rostro  
Et crure rubras Punico,  
Iricolor uario pinxit quas pluma colore, 15  
Collum columbis aemulas.  
Defradata meae non sunt haec fercula mensae:  
Vescente te fruimur magis.  
Vale bene, ut ualeam.

XVIII [390 Ep. II]

AVSONIVS AD PATREM DE SVSCEPTO FILIO.

Credideram nil posse meis adfectibus addi,  
Quo, uenerande pater, diligere magis.  
Accessit (grates superis medioque nepoti,  
Bina dedit nostris qui iuga nominibus) 4  
Accessit titulus, tua quo reuerentia crescat,  
Quo doceam natum, quid sit amare patrem. 9  
Ipse nepos te fecit auum. mihi filius idem 10  
Et tibi ego: hoc nato nos sumus ambo patres.  
Nec iam sola mihi pietas mea suadet amorem:  
Nomine te gemini iam genitoris amo. 15

11 lacunæ (alt. e al. m. ut uid.) V lacune V<sup>1</sup> 12 a/nes-  
tes V corr. Peiper | maritas: a alt. in ras. V marinas Heinsius |  
iuxtimus V 15 pinxit V | puma V corr. Canter 17 de-  
brudata V corr. Scaliger 2, 21 19 ñalē V

XVIII suscep. V 1 affectibus V 2 quod V corr. V  
Lugdun. | diligere: re alt. in ras. V 3 gratis V | super  
his V corr. Gronouius 4 bina: b in ras. al. V 9 et 10  
huc transposuit Brandes 10 quid Pulmann quod V 5 miei  
V 7 miei V

Quippe tibi aequatus uideor, quia paruulus isto 11  
Nomine honoratum me quoque nobilitat;  
Non aetas quia nostra eadem: nam subparis aei  
Sum tibi ego et possum fratris habere uicem;  
Nec tantum nostris spatium interponitur annis, 15  
Quanta solent alios tempora diuidere.  
Vidi ego natales fratrū distare tot annis,  
Quot nostros: aeuum nomina non onerant.  
Pulchra iuuenta tibi senium sic iungit, ut aeuum,  
Quod prius est, maneat: quod modo, ut incipiat. 20  
Et placuisse reor geminis aetatibus, ut se  
Non festinato tempore utraque daret,  
Leniter haec flueret, haec non properata ueniret,  
Maturam frugem flore manente ferens.  
Annos me nescire tuos, pater optime, testor 25  
Totque putare tuos, quot reor esse meos.  
Nesciat hos natus, numeret properantior heres,  
Testamenta magis quam pia nota fouens  
Exemplaque docens prauo iuuenescere natos,  
Vt nolint patres se quoque habere senes. 30  
Verum ego primaeuo genitus genitore fatebor  
Subparis haec aei tempora grata mihi.  
Debeo quod natus, suadet pia cura nepotis  
Addendum patri, quo ueneremur auum.  
Tu quoque, mi genitor, geminata uocabula gaude, 35  
Nati primaeui nomine factus auus.  
Exiguum, quod auus: faueant pia numina diuum

11 parvulus *V<sup>1</sup>* | isto *Vinetus* ste *V<sup>1</sup>* iste *V<sup>2</sup>* 13 Non  
aetas *Peiper* *Bonaetias* *V* | subpatris *V corr.* *Lugdun.* 14 ha-  
bere *Lugdun.* abare *V* 16 tempora: a *ex e* ut *uid.* *ras.* *al.*  
*V* 17 quod *V corr.* *Lugdun.* | honerant *V<sup>1</sup>* 19 pulera *V*  
21 gemminis *V<sup>1</sup>* 22 utraque: *ictu eraso super a* *V* 25 me:  
*e in ras.* *V* | obtime *V* 26 quod *V corr.* *Lugdun.* 27 hos  
*Gronouius*, hoc *V* | properantior (a *ex a?*) *V* | <sup>h</sup>eres *V* 28 fo-  
bens *V* 29 iubenesce *V<sup>1</sup>* 30 nollint *V<sup>1</sup>* 31 primebo  
*V<sup>1</sup>* 32 subpatris *V corr.* *Lugdun.* | aebi *V<sup>1</sup>* | mici *V*  
35 genite *V corr.* *Lugdun.* | bocabula *V<sup>1</sup>* 37 abuus *V* | fa-  
beant *V<sup>1</sup>* | nomia (o *ex corr.?*) *corr.* *Lugdun.*

Deque nepote suo fiat auus proauus.  
Largius et poterunt producere fata senectam:  
Set rata uota reor, quae moderata, magis. 40

XX [391 Ep. II]

PATER AD FILIVM CVM TEMPORIBVS TYRANNICIS  
IPSE TREVERIS REMANSISSET ET FILIVS AD PATRIAM  
PROFECTVS ESSET. HOC INCOHATVM NEQVE INPLETVM  
SIC DE LITVRARIIS SCRIPTVM.

\* \* \*

Debeo et hanc nostris, fili dulcissime, curis  
Historiam: quamquam titulo non digna sereno  
Anxia maestarum fuerit querimonia rerum.  
Iam super egelidae stagnantia terga Mosellae  
Protulerat te, nate, ratis maestique parentis 5  
Oscula et amplexus discreuerat inuidus amnis.  
Solus ego et quamuis coetu celebratus amio  
Solus eram profugaeque dabam pia uota carinae  
Solus adhuc te, nate, uidens; celerisque remulci  
Culpabam properos aduerso flumine cursus. 10  
Quis fuit ille dies? non annus longior ille est,  
Attica quem docti collegit cura Metonis.  
Desertus uacuis solisque exerceor oris.  
Nunc ego pubentes salicum deuerbero frondes,  
Gramineos nunc frango toros uiridesque per uluas 15  
Lubrica substratis uestigia libro lapillis.  
Sic lux prima abiit, sic altera meta diei,

38 fiat: i ex e ut uid. V

XX pater] INCIPIT PATER | cum] quum V | tirannicis V | F  
treberis V<sup>1</sup> | remāsisset V | ad patriam Peiper ad patrem V  
a patre Scaliger 2, 13 | in|incoatū (necoat in ras.) V | litterariis V corr. Scaliger; fragmentum esse epistulae uidit Brandes.  
3 ancsia V (x ex c? rasura super a alt.? V) | maestarum] me  
st uſt (me ex corr. al. pro est ut uid.) V 5 rates V 6 dis-  
creberat V<sup>1</sup> 7 eetu V 9 aduc V 12 medonis V corr.  
Pithoeus 13 que V | oris Pithocus aris V 14 deberbero  
V<sup>1</sup> 15 uiridis V 17 mēta V

Sic geminas alterna rotat uertigo tenebras,  
Sic alias: totusque mihi sic annus abibit,  
Restituant donec tua me tibi fata parentem. 20  
Hac ego condicione licet uel morte paciscar,  
Dum decores suprema patris tu, nate, superstes.

XXI [323 Edyll. v]

GENETHLIACOS AD AVSONIVM NEPOTEM.

AVSONIVS AVVS AVSONIO NEPOTI.

Carmina prima tibi cum iam puerilibus annis  
Traderet adsidui permulcens cura magistri  
Inbueretque nouas aures sensusque sequaces,  
Vt respondendas docili quoque murmure uoces  
Emendata rudi perferret lingua palato, 5  
Addidimus nil triste senes, ne cura monendi  
Laederet aut dulces gustus uitiaret amaris.  
At modo, cum motu uigeas iam puberis aei  
Fortiaque a teneris possis secernere et ipse  
Admonitor morumque tibi fandique uideri, 10  
Accipe non praecepta equidem, set uota precantis  
Et gratantis aui festum ad sollemne nepotis.

Adnuit, ut reducem fatorum ab fine senectam  
Sospes agam festumque diem dubitataque cernam

19 mici V 21 hac Toll hec V (hec V<sup>2</sup>) 22 decore/:  
s eraso ut uid., e ex a? al. V

**VP** XXI AVSONIVS (A ex S V<sup>2</sup>) AVVS . AVSONIO NEPOTI V Incipit  
eiusdem decimi magni Ausonii Genethliacos ad eūēm (leg. eun-  
dem) Ausonium nepotem P 1 p̄mia P | assidui permulgens P

3 in*n*ueret V | nobis V 4 boces V<sup>1</sup> 5 perferret] pfer-  
ret (i. perferret) V 6 ne] n̄ P | monendi Auantius mobendi  
V<sup>1</sup> mouendi P 7 ledere P | dulcis VP 8 ad V<sup>1</sup> | at  
modo] animo P (animō Ps) 9 secernere] quēcernere V

11 praecep̄t̄ quidem V praecepta quidem P | set] V | precan-  
tis V 12 grat̄atis V | abi V | sollempne P | excidisse quae-  
dam uidit Tollius 13 adnuit V annuit P adnuito Scaliger  
ab] ad V 14 diem] dici P

Sidera, deposito prope conelamatus in aeuo. 15  
Hoc, mellite nepos, duplicito faenore partum  
Natali accedente tuo, munusque salutis  
Plenius hoc nostrae, quod iam tibi puberis aei  
Crescit honos iuuenemque senex iam cerno nepotem.  
Sexta tibi haec primo remeat trieteris ab anno, 20  
Septembres notis referens natalibus idus.  
Idus alma dies, geniis quoque culta deorum.  
Sextiles Hecate Latonia uindicat idus,  
Mercurius Maias, superorum adiunctus honori.  
Octobres olim genitus Maro dedicat idus: 25  
Idus saepe colas bis senis mensibus omnes,  
Ausonii quicumque mei celebraueris idus.  
Vale nepos dulcissime.

XXII [321. 322 Edyll. III]

LIBER PROTREPTICVS AD NEPOTEM.

AVSONIVS HESPERIO FILIO.

Libellum, quem ad nepotulum meum, sororis tuae  
filium, instar protreptici luseram, uenturus ipse pree-

XXI 24 sqq. Martial. XII 67 Maiae Mercurium creastis idus.  
Augustis reddit idibus Diana. Octobres Maro consecrauit idus.  
Idus saepe colas et has et illas, Qui magni celebras Maronis idus.

15 sidora *P* | coelamatus *V* conclauatus *P* 16 mollite  
*P<sup>s</sup>* | nepus *P* | fenore *VP* 17 Natali accedente tuo *P* Talia  
cedet etuoto *V* 19 senes *V* | certo *P* 20 remaneat *P* |  
a<sup>n</sup>ō (n al. ss.) *V* 21 notis *V* nostis *P* uotis *coni. Heinsius*  
22 genus *P<sup>s</sup>* 23 hecte *V* 24 mal<sup>s</sup> (*i. maius*) *V* | super-  
riorum *P* superorum *V* | adiuctus *P* | ouori *V* 25 octobre  
solum *P* | mare *P* | idus dedicat *V* 26 saepe] semper *P*  
27 celebraberis *V corr. Auantius* celebrandis *P* 28 om. *P* |  
Explicit genethliacos *P*

XXII Incepit LIBER — NEPOTEM *V* Incipit epistola ad esperium *FP, Z*  
filium *P* Incipit protrepticus. *Z* | Ausonius hesperio filio (suo  
add. *TG*) *VZ om. P* 1 quem *om. T* | meum *om. T* 2 pre-  
treptici *V* προτρεπτικι *P* | praemisi *VP* promisi *Z*

misi legendum. hoc enim malui quam ipse recitare, esset ut tibi censura liberior, quae duabus causis impediti solet: quod aures nostras audita uelocius quam lecta praetereunt et quod sinceritas iudicandi praesentia recitantis oneratur. nunc tibi utrumque integrum est, quia et legenti libera mora est et iudicaturo non obstat nostri uerecundia. set heus tu, fili dulcissime, habeo quod admoneam. si qua tibi in his uersiculis uidebuntur (nam uereor, ut multa sint) fucatius concinnata quam uerius et plus coloris quam suci habere, ipse sciens fluere permisi, uenustula ut essent magis, quam forticula, instar uirginum,

10  
quas matres student 11

Demissis umeris esse, uincto pectore, ut graciles sient. nomi cetera. superest igitur, ut dicas: quid moraris iudicationem meam de eo, quod ipse pronuntias esse mendosum? dicam scilicet me huiusmodi uersibus foris erubescere, set intra nos minus uerecundari; namque 20

---

XXII 15 Terentius Eun. II 3, 22 (313) sq. quas matres student demissis umeris esse, uincto pectore, ut gracilae sient.

3 hoc] haec *TL* 4 liberior *P* | causis] cās *T* 5 aures]  
res *T* | belocius *V<sup>1</sup>* | quam] qa *V* 6 praetereūt *V* | iudi-  
cādi *V* | et] eo *T* 7 honeratur *V* | **C** Nunc *P* 8 est quia  
— iudicaturo *om. Z* 9 uerecūdia *V* | set] *V* | ens ti <sup>x</sup> (v al.  
ss.) *V* 10 abeo *V<sup>1</sup>* | adremoneam *P* | in his — uereor ut  
*om. Z* | in is *V<sup>1</sup>* 11 multū *T* multo *G* | fucatius] tu ca<sup>v</sup>tius  
(v al. ss.?) *V* fucat em' *T* 12 concināta *V* concinata *P*  
13 habere quam suci *P* | succi *T'G* | abere *V<sup>1</sup>* habere uideantur  
*G* | fluere] flere *P* 14 ēēt *T* esset *G* | ferticula *P* fer-  
ticila *P<sup>s</sup>*) 15 studēt *V* 16 dimissis *V<sup>2</sup>* (*i pr. in ras.*), *PL*  
*Terentii schol.* | umeris *V<sup>1</sup>* humeris *V<sup>2</sup>* *PZ* | uincto — igitur ut  
*om. T* | uicto *V* uincto *G* | pectore esse *G* | grāciles *V* | ut  
graciles — igitur ut *om. G* | sint *P* 17 dicas: *icas pr. in*  
*ras. T* | quid] q, *G* 18 ipse *om. T* 19 nius *V<sup>1</sup>* | modi  
*om. P* 20 set] *V* sed *P* | sed — ego *om. Z* | berecundari *V* |  
namque] nāq<sup>v</sup>a *V*

ego haec annis illius magis quam meis scripsi aut fortasse et meis: δὶς παιδεῖς οὖτε γέροντες. ad summam ualeat austertas tua: mihi cum infante [ratio est]. uale, fili dulcissime.

[322]

AD NEPOTEM AVSONIVM.

Sunt etiam musis sua ludicra: mixta camenis  
Otia sunt, mellite nepos; nec semper acerbi  
Exercet pueros uox imperiosa magistri,  
Set requie studiique uices rata tempora seruant.  
Et satis est puero memori legisse libenter, 5  
Et cessare licet. Graio schola nomine dicta est,  
Iusta laboriferis tribuantur ut otia musis.  
Quo magis alternum certus succedere ludum  
Disce libens: longum delimitura laborem  
Interualla damus. studium puerile fatiscit, 10  
Laeta nisi austoris uarentur, festa profestis.  
Disce libens: tetrici nec praeceptoris habenas  
Detestere, nepos. numquam horrida forma magistri.

22 Varro Menipp. 91 B.

21 scribsi V 22 meis (*spatium sex fere litt.*) Ἰαίσιταιας  
ΟΙΤΕΡΟΝΑΕΣ V meis si ΔΙСПАІΔЕСОИТЕРОНТЕС P meis dicas πλι-  
δεσοιτέροντες (δὶς om.) G meis dicas ρπаідевітепонтес Vatic.  
3152 meis dicas graecis omissis (*duo dimidiū uersus uacui in T*)  
*TL* | sumam ualeat: at al. *in ras.* V 23 mici V | instantе  
*LG* istana T | ratio est add. Z om. VP († *in marg. P*)  
24 Explicit epl'a P  
Ad nepotem Ausonium V Incipit προτρηπτικός ad Auso- VP, Z  
nium nepotem P Ad nepotem Ausonius de studio puerili Z  
(de studio puerili om. L) Mellito nepoti Ausonius p (qui  
uu. 1—17 et 26—28 habet) 1 ludričā P | camoenis TG  
2 otia mixta sunt P | nepus P | acerui V 3 pueros om. V  
4 set] V | requies VP<sup>s</sup>Z corr. Toll | rara V? | serbant V  
5 lebenter V<sup>1</sup> 6 cessaret P | grato Z | scola VPT sola L |  
nomina V | est] litt. es al. reser. V 7 laberiferis L | otia:  
o ex a uel u al. V 8 quod V 9 delimitura V delimitura P  
delenitura Z (delanitura L) 10—12 om. V 10 fatescit P  
12 prophetis T 13 destere T destetere G detistere L  
nepus P | orrida VP (louis rasura super a? V) | mīgr T

Ille licet tristis senio nec uoce serenus  
Aspera contractae minitetur iurgia frontis, 15  
Numquam inmanis erit, placida suetudine uultus  
Cui semel inbuerit. rugas nutricis amabit,  
Qui refugit matrem. pappos auiasque trementes  
Anteferunt patribus seri, noua cura, nepotes.  
Sic neque Peliaden terrebat Chiron Achillem 20  
Thessalico permixtus equo nec pinifer Atlans  
Amphitryoniadem puerum, set blandus uterque  
Mitibus adloquiis teneros mulcebat alumnos.  
Tu quoque ne metuas, quamuis schola uerbere multo  
Increpet et truculenta senex gerat ora magister: 25  
Degeneres animos timor arguit. at tibi consta  
Intrepidus, nec te clamor plagaeque sonantes  
Nec matutinis agitet formido sub horis.  
Quod sceptrum uibrat ferulae, quod multa supellec  
Virgea, quod fallax scuticam praetexit aluta, 30  
Quod feruent trepido subsellia uestra tumultu,

## 26 Vergil. A III 13

*inter 14 et 15 marg. sinistr. admod. antiqu. m. V 15  
aspere pL | imitetur P minetur T | gurgia V<sup>1</sup> iurgi P<sup>s</sup>  
16 inmanis] V P<sup>s</sup> | placita suetudine V P placet assuetudine  
(placeat T<sup>1</sup> adsuetudine L) Z placida Barth 17 cui] qui  
libri, quoi Mommsen | inuuerit V<sup>1</sup> imbuerit PZ | nugas T  
post u. 17 in marg. min. amem p 18 abias V<sup>1</sup> | trementē P  
19 noba V | nepotes V 20 peliden G pelliaden L bellia-  
dem T | chirō V | achillem V achillē P | achillea chyron Z  
(achilea G) 21 tessalico V thesalico P | pmifer' P<sup>s</sup> | atlās V  
athlās PL atlas T athlas G 22 anfitrioniadē V amphitrio-  
niaden PG amphitrioniadē T amphytrioniadem L | set] V  
blandis V<sup>1</sup> 23 adloquiis V aloquiis P alloquiis Z | teneris P  
24 scola PT 25 et in P | truculenta P<sup>s</sup> | senes V<sup>1</sup> feroꝝ T  
ferat T 26 ad V<sup>1</sup> | constat V constet P 27 intrepidus:  
i post e male scr. V 28 om. T | Nec] In VP | <sup>agit</sup> et V agit P |  
oris V<sup>1</sup> 29 supellec V<sup>1</sup> L 30 quod] pro P | fallax] mol-  
lis Z | sc̄ticam V | alluta P alutta T 31 ferbent V<sup>1</sup> | nr̄a L*

Pompa loci et uani fucatur scaena timoris.  
 Haec olim genitorque tuus genetrixque secuti  
 Securam placido mihi permulsere senectam.  
 Tu senium, quodcumque superlabentibus annis 35  
 Fata dabunt, qui nomen aui geris, indele prima,  
 Prime nepos, uel re uel spe mihi porge fruendum.  
 Nunc ego te puerum, mox in iuuenalibus annis  
 Iamque uirum cernam, si fors ita iusserit; aut si  
 Inuidia est, sperabo tamen, nec uota fatiscent, 40  
 Vt patris utque mei non iumemor ardua semper  
 Praemia musarum cupias facundus et olim  
 Hac gradiare uia, qua nos praecessimus et cui  
 Proconsul genitor, praefectus auunculus instant.  
 Perlege, quodcumque est memorabile. prima monebo.  
 Conditor Iliados et amabilis orsa Menandri 46  
 Euoluenda tibi: tu flexu et acumine uocis  
 Innumeros numeros doctis accentibus effer  
 Adfectusque impone legens. distinctio sensum  
 Auget et ignauis dant interualla uigorem. 50  
 Ecquando ista meae contingent dona senectae?

32 et luani (l del.) *T* | fucatur *P* fugatur *V* fugiatur *Z*  
 scena] *G* 33 tvs *V<sup>1</sup>* | genetrix] *VG* genitrix *PTL* | squ<sup>e</sup>ti *V*  
 34 mici *V* | permulcere *TL* | senettam *P* 35 quodcumque  
*V<sup>1</sup>* quodeunque *TL* 36 abi *V* | ceris *T* 37 nepus *P<sup>s</sup>* |  
 bel spe *V* | perge *VP* 38 in om. *P* | iuuenab*us* *V* iuuena-  
 libus *P<sup>s</sup>* iuuenilibus *GL* iuuenibus *T* 39 om. *P* | uiris *T* |  
 forita (s al.) *V* forsita *G* forsitan *T* (n ex m pr.), *L* | iusserit *G*  
 iuxerit *V<sup>1</sup>* uixeris *T* iusseris *L* | aut si: aut si in ras. pro annis  
 ut uid. al. *V* 40 aut si inuidia (aut si del.) *V* | inuidie (om.  
 est) *P* | spabo *P* spectabo *L* | fatiscent: i in e al. corr. *V*  
 42 ardua: r male scr. pr. corr. *V* 41 inmemor] o male scr.  
 al. corr. *V* immemor *PZ* 42 capias *TG* 43 ac *P* | bia  
*V<sup>1</sup>* | quia *V<sup>1</sup>* | tui *P* 44 prefectus genitor proconsul *T*  
 45 quodeunque *TL* | subicitur in *TG* (cum cruce in marg. *T*)  
 Perlege quodeunque est memorabile ut tibi prosit (alter f. 53<sup>r</sup>  
 ult., alter f. 53<sup>u</sup> primo in *T*) 46 iliades *P* 47 etuoluenda  
*L* | tu om. *V* flexuque *Heins.* 48 acentibus *T* | hoc fer *T*  
 offer *G* 49 adfectus] *V* | impone] *V* 50 ignabit *V<sup>1</sup>* igna-  
 uia *V<sup>2</sup>* 51 etquando *V* equando *P* haec quando *Z*

Quando oblita mihi tot carmina totque per aeuum  
Conexa historiae, soccos aulaeaque regum  
Et melicos lyricosque modos profando nouabis  
Obductosque seni facies puerascere sensus? 55  
Te praeunte, nepos, modulata poemata Flacci  
Altisonumque iterum fas est didicisse Maronem.  
Tu quoque, qui Latium lecto sermone, Terenti,  
Comis et adstricto percurris pulpita socco,  
Ad noua uix memorem diuerbia coge senectam. 60  
Iam facinus, Catilina, tuum Lepidique tumultum,  
Ab Lepido et Catulo iam res et tempora Romae  
Orsus bis senos seriem conecto per annos.  
Iam lego ciuili mixtum mauorte duellum,  
Mouit quod socio Sertorius exul Hibero. 65  
Nec rudis haec auus admoneo, set mille docendo  
Ingenia expertus. multos lactantibus annis  
Ipse alui gremioque fouens et murmura soluens  
Eripui tenerum blandis nutricibus aeuum.  
Mox pueros molli monitu et formidine leni 70  
Pellexi, ut mites peterent per acerba profectus,

58 Cicero in Limone ap. Suet. uit. Ter. R. p. 34 tu quoque,  
qui solus lecto sermone, Terenti . . . quiddam come loquens.

62 Sallust. Hist. fr. I 1 D. Res populi Romani M. Lepido  
Q. Catulo consulibus ac deinde militiae et domi gestas composui.

52 miei V 53 eonexa] V | storiae V<sup>1</sup> histo P 54 mo-  
llices P medicos T<sup>s</sup> melitos G | liricos V logicos T loricos L |  
profando V pro(pre?)fanda P perfando T praefando GL  
55 obdittos P<sup>s</sup> | facias T | puerescere VG (a ut uid. eras. super  
e V) 56 te ex et coaeua m. V | praeecunt V | nep' V | flactis P  
57 fas est om. P | edidicisse P 58 leto P | tere (pr. del.)  
terenti T 59 astrieto libri | pereuris P 60 noba V<sup>1</sup> |  
diuerbia V deuerbia PZ († marg. T) | senectam] sñia (i. sen-  
tentiam) P post 61 legitur u. 65 VP | tpr (i. tempore) P  
63 conecto] V 64 om. P | legio (i. al.) V | cibili V 65 mo-  
bit V<sup>1</sup> | s (del.) sertorius T | ibero G 66 crudis P<sup>s</sup> | hec VP  
(li P) TL hoe G | set] V 67 letantibus T 68 albi V<sup>1</sup> alium  
P<sup>s</sup> | fobens V<sup>1</sup> 69 eri/ pui (pr. corr., non fuit erupui) V  
erepui P | blandi V | aeuom V 70 leui P<sup>s</sup> T 71 Pellex

Carpturi dulcem fructum radicis amarae.  
 Idem uesticipes motu iam puberis aeui  
 Ad mores artesque bonas fandique uigorem  
 Produxo, quamquam imperium ceruice negarent 75  
 Ferre nec insertis praeberent ora lupatis.  
 Ardua temperies, dura experientia, rarus  
 Euentus, longo rerum spectatus ab usu,  
 Vt regat indocilem mitis censura iuuentam.  
 Quae tolerata mihi, donec iam aerumna iuuaret 80  
 Leniretque usu bona consuetudo laborem,  
 Donec ad Augustae pia munera disciplinae  
 Accirer uarioque accingerer auctus honore,  
 Aurea cum parere mihi palatia iussum.  
 Absistat Nemesis, ferat et fortuna iocantem: 85  
 Praesedi imperio, dum praetextatus in ostro  
 Et sceptro et solio praeferit sibi iura magistri  
 Maioresque putat nostros Augustus honores.  
 Quos mox sublimi maturus protulit auctu,  
 Quaestor ut Augustis, patri natoque, crearer, 90  
 Vt praefeturam duplicem sellamque curulem,  
 Vt trabeam pictamque togam, mea praemia, consul  
 Induerem fastisque meis praelatus haberer.

72 cf. Hieronymi Comm. in Ierem. 1, 11: uetus illa sententia est: litterarum radices amarae, fructus dulces.

ire mites *P* | paeterent *T* 72 capturi *Z* (*T<sup>s</sup>*) 73 uestipes *P*  
 uestigiis: iis *al.* *in ras.*, *g ex c al.*; *at* (*in marg.* uesticipes  
*pr.* *V* | motu] modu<sup>3</sup> *P* | pubēs *P* puueris *V<sup>1</sup>* 74 mor/es  
 (t eraso) *V* 75 produxi: *i postea add.* *V* | quamquam *L* |  
 negaret *V* 77 tēperies: te *in ras.* *V* 78 euētus *V*  
 79 iubentam *V<sup>1</sup>* 80 mici *V* | iam] me *P* | iubaret *V<sup>1</sup>*  
 81 usum *libri*, corr. *Heinsius* | laborem *V* laborum *PZ* 82 ad]  
 ab *T* 83 //uario<sup>as</sup> *V* (quario *V<sup>1</sup>*) | onore *V<sup>1</sup>* 84 patere *Z* |  
 mici *V* michi *P* | pallacia *T* pallatia *G* 85 absitat *T* | ferat]  
 forar *P* | iocātem *V* 86 praeceidi *V<sup>1</sup>* | praetextatu *P* | ostro *V*  
 astro *P* austro *Z* (haustro *L*) 87 septro *V<sup>1</sup>* | preferet *P* |  
 sibi *om.* *P* | māgr *T* 88 aūg *V* aūg *P* | onores *V<sup>1</sup>* 89 quos]  
 quod *V* 90 augustis *PL<sup>2</sup>* augustus *VZ* 92 cōsul *V*  
 93 induerer *TG* | mei *P* | abererer *V<sup>1</sup>*

His ego quae sui meritum quam grande nepoti  
Consul auus lumenque tuae praeluceo uitae. 95  
Quamuis et patrio iam dudum nomine clarus  
Posset ornatus, posses oneratus haberi:  
Accessit tamen ex nobis honor inclitus. hunc tu  
Effice, ne sit onus, per te ut conixus in altum  
Conscendas speresque tuos te consule fasces. 100

XXIII [409 Ep. xviii]

AVSONIVS PONTIO PAVLINO FILIO CVM ILLE MISISSET  
POEMATIVM VERSIBVS PLVRIMIS DE REGIBVS EX  
TRANQVILLO COLLECTIS.

Condiderat iam Solis equos Tartesia Calpe  
Stridebatque freto Titan iam segnis Hibero:  
Iam succedentes quatiebat Luna iuuencas,  
Vinceret ut tenebras radiis uelut aemula fratris:  
Iam uolucres hominumque genus superabile curis 5  
Mulcebant placidi tranquilla obliuia somni:  
Transierant idus, medius suprema December  
Tempora uenturo properabat iungere Ianus:  
Et nonas decimas ab se nox longa kalendas  
Iugiter acciri celebranda ad festa iubebat. 10

Nescis, puto, quid uelim tot uersibus dicere. medius  
fidius neque ego bene intellego: tamen suspicor. iam  
prima nox erat ante diem nonum decimum kal. Ian.,

94 is *P* | <sup>s</sup>qsibi *V* <sup>met</sup>meritum (met al. ss.) *V* | quam] quasi  
(qvi) *P* 95 praeluceo/ (r eraso?) *V* praeluceat *P* 96 quau-  
uis *T* 97 possessor natus *VT* possesso ornatus *P* | hono-  
ratus *VTG* ornatus *PL* ornatus *Paris.* | aberi *V<sup>1</sup>* 98 incli-  
tus *P<sup>s</sup>* inclytus *Z* | hinc *P* 99 bonus *V* | conixus] *VP*

100 consendas *P<sup>s</sup>* | séperes *V* | fastes *P<sup>s</sup>* | Explicit protrepticos *P*

**Z** XXIII Ausonio *M* | mississ; poematū *T* || 1 equos *om.* *M* |  
cartasia *T* tartasia *M* 2 iam segnis *Peiper* insignis *Z*  
10 aciri *T* | iubebat] uocabāt *T* || Ad enndem pontium pauli-  
num *r ubricator in marg.* *T,G* 11 Nescis init. *minio scr.* *T*  
12 ego *T* ipse *G M* | intelligo *Z* | supplicor *G* 13 kal'. ian. *T*  
kal' lan<sup>v</sup> *M* kalendarum Ianuariarum *G*

cum redditae sunt mihi litterae tuae oppido quam litteratae. his longe iucundissimum poema subdideras, 15 quod de tribus Suetonii libris, quos ille de regibus dedit, in epitomen coegisti tanta elegantia, solus ut mihi uideare adsecutus, quod contra rerum naturam est, breuitas ut obscura non esset. in his uersibus ego ista collegi: 20

Europamque Asiamque duo uel maxima terrae  
Membra, quibus Libyam dubie Sallustius addit  
Europae adiunctam, possit cum tertia dici,  
Regnatas multis, quos fama obliterat et quos  
Barbara Romanae non tradunt nomina linguae, 25  
Illibatum Numidamque Auelim Parthumque Vononem  
Et Caranum, Pellaea dedit qui nomina regum,  
Quique magos docuit mysteria uana Nechepsos  
Et qui regnauit sine nomine moxque Sesostris.

Haec tu quam perite et concinne, quam modulate 30  
et dulciter, ita iuxta naturam Romanorum accentuum  
enuntiasti, ut tamen ueris et primigenis uocibus sua  
fastigia non perirent. iam quid de eloquentia dicam?  
liquido adiurare possum nullum tibi ad poeticam fa-  
cundiam Romanae iuuentutis aequari: certe ita mihi 35  
uideri. si erro, pater sum, fer me et noli exigere  
iudicium obstante pietate. uerum ego cum pie dili-  
gam, sincere et seuere iudico. adfice me, oro, tali

XXII 16 sqq. (Sueton. rell. XIII p. 303 R).

22 Sallust. Iug. 17, 3

14 oppido *om.* *T* 15 iocundissimum *TM* 16 de regibus]  
de *om.* *GM* 18 assequutus *T* assecutus *GM* 20 collegi *T*  
cognoui *GM* || 21 Europam *init. rubr. ser.* *T* 22 lybiam  
*TM* | Salustius *TG* 23 poss<sup>3</sup> *T* 24 obliterat *ut uid.* *T*  
obliterat *M* 26 partum *G* | uonouem *M* 27 pellea *TG*  
28 mysteria *TM* | nechepsi *Z* (mechepsi *T*) Nechepsos *Plinius*  
*alii* 29 moxq<sup>3</sup> sesostris *T* mox sesoostris *GM* || 30 Ec (H  
*ab rubricatore om.*) *T* 31 acentuum *T* 32 et] ac *G*  
33 dicam si quid *M* 36 uideris *Auantius* 37 ego *om.* *TG*  
38 et *T* ac *GM* | affice *Z*

munere frequenter, quo et oblector et honoror. accessit tibi ad artem poeticam mellea adulatio. quid enim 40 aliud agunt:

Audax Icaro qui fecit nomina ponto

Et qui Chalcidicas moderate enauit ad arces,

nisi ut tu uegetam et sublimem alacritatem tuam temeritatem noces, me uero, et consultum et quem 45 filius debeat imitari, salutari prudentia praeditum dicas? quod equidem contra est. nam tu summa sic adipetis, ut non decidas: senectus mea satis habet, si consistat. haec ad te breuiter et illico uesperis illius secuto mane dictaui. ita enim tabellarius tuus, ut 50 epistulam referret, instabat. nam si mihi otium fuerit, oblectabile negotium erit ad te prolixius delirare, te ut eliciam, mihi ut satisfaciam. uale.

XXIII [410  
Ep. xx]

AVSONIVS PAVLINO SAL. PL. D.

Paulino Ausonius. metrum sic suasit, ut essem

Tu prior et nomen praegredere meum;

Quamquam et fastorum titulo prior et tua Romae

Praecessit nostrum sella curulis ebur

42 Ovid. Tr. I 1, 90 Icarus Icaris nomina fecit aquis. Horat. c. III 2, 3 sq. nitreo datus nomina ponto.

43 Vergil. A VI 16 sq.: iter . . enauit ad arctos Chalcidicaeque . . super adstitit arce.

40 melea T 42 Audax *init. minio scr.* T | Icaro M  
43 calcidicas Z | arces *Accursii codex* arctos Z (arthos M)

44 Nisi *init. mai.* TG | sublimem et uegetam T 45 Emet-  
ritatem (T ab rubricatore nouae tamquam partis initio neglecta) T  
thermitatem M | me uoces <sup>me</sup> nero (me expunxit et supra add.  
rubricator) T 46 mutari M 48 appetis Z 50 sequento T  
51 epistolam Z

Z XXIII sal. pl. dicit T salu. pl. d. G om. L 1 essem]  
os T 3 quamquam L

Et, quae iamdudum tibi palma poetica pollet,

Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.  
Longaeuae tantum superamus honore senectae.

Quid refert? cornix non ideo ante cyenum;  
Nec quia mille annos uiuit Gangeticus ales,

Vincit centum oculos, regie pauo, tuos.

Cedimus ingenio, quantum praecedimus aeuo;  
Adsurgit musae nostra camena tuae.

Viue, uale et totidem uenturos consere ianos,  
Quot tuus aut noster conseruere patres.

5

10

XXV [411—413] AVSONIVS PAVLINO SVO SAL. PL. D.  
Ep. xxri]

Quanto me adfecit beneficio non delata equidem,  
sed suscepta mea querimonia, Pauline fili! ueritus  
displicuisse oleum, quod miseras, munus iterasti, ad-  
dito etiam Barcinonensis muriae condimento cumula-  
tius praestitisti. scis autem me id nomen muriae, 5  
quod in usu uulgi est, nec solere nec posse dicere,  
cum scientissimi ueterum et Graeca uocabula fasti-  
dientes Latinum in gari appellatione non habeant.  
sed ego, quocumque nomine liquor iste sociorum  
uocatur,

10

XXV 9 Plin. n. h. XXXI 94 liquoris exquisiti genus . . .  
sociorum id appellatur . . . (cf. Martialis XIII 102 Plin. n. h.  
VIII 66 Seneca ep. 95, 25)

6 <sup>u</sup>lennisco (*pro m pr. ss. ui, unde al. ui effecit*) T 8  
non] nun T<sup>1</sup> | eignum TL cynum G 10 pauo GL 12  
assurgit Z | camoena GL 13 congere Z corr. Gronouius

XXV suo sal. pl. d. T suo sal. di. G om. M 1 affecit  
Z | delate quidem M delate (quidem om.) T delata quidem G  
corr. Schenkl 2 querimonia mea G M | ueritas M 3 iberasti M

4 baranonensis M 7 scientis sum T | fastidientis T 8 in  
gari M ignari T uulgari G 9 liquor iste] liquor te († in  
marg.) T loqueris liquoris te G

Z

Iam patinas implebo meas, ut parcior ille  
Maiorum mensis applaria sucus inundet.

[412] Quid autem tam amabile tamque hospitale, quam quod tu, ut me participes, delicias tuas in ipsa primitiarum nouitate defrudas? o melle duleior, o Gratiarum nenustate festiuior, o ab omnibus patrio strin-<sup>15</sup>gende complexu! sed haec atque alia huius modi documenta liberalis animi aliquis fortasse et aliquando, quamuis rarus: illud de epistularum tuarum eruditione, de poematis iueunditate, de inuentione et concinna-<sup>20</sup>tione iuro omnia nulli umquam imitabile futurum, etsi fateatur imitandum. de quo opusculo, ut iubes, faciam. exquisitum uniuersa limabo et quamuis per te manus summa contigerit, eaelum superfluac expolitio-<sup>25</sup>nis adhibeo, magis ut tibi paream, quam ut perfectis aliquid adiecam. interea tamen, ne sine corolario poetico tabellarius tuus rediret, paucis iambicis praeludendum putaui, dum illud, quod a me heroico metro desideras, ineohatur. isti tamen, ita te et Hesperium saluos habeam, quod spatio lucubratium-<sup>30</sup>culae unius effusi, quamquam hoc ipsi de se probabant, tamen nihil diligentiae ulterioris habuerunt. uale.

[413] Iambe Parthis et Cydonum spiculis,  
Iambe pinnis alitum uelocior,

11 Iam init. min. scr. T | patinas (?) T | ptior T partior G  
pacior M 12 appalaria T' (ap ex ab uel ad uel al T) apa-  
laria G M corr. Scaliger | succus Z 13 quod Z corr. Paris. |  
hospitabile T' 14 tu ut} ut om. TM 15 defraudas G M  
ó ter T | gratiarum M et Heinsius, grā T gratiae G 16 ho-  
minibus G M 17 hoc T 18 aliquis: punctum super s ni f. T |  
fortasse imitabitur Schenkl 19 epistolarum Z 20 iocun-  
ditate TM | continuatione G continuatione M 21 nulli nū-  
quam T 23 exquisitus G M 26 adjiciam G | corolario G  
corelario M 29 incoatur M inchoatur T 30 quo spatio M

31 effusi unius T | haec TG ||

Ad iambum carmen suum T (*minio*), G om. M 1 Iambe  
init. min. scr. T | partis T | Cydonum Auantius sinodus Z  
2 pennis T

Padi ruentis impetu torrentior,  
Magna sonorae grandinis ui densior,  
Flammis corusci fulminis uibratior, 5  
Iam nunc per auras Persei talaribus  
Petasoque ditis Arcados uectus uola.  
Si uera fama est Hippocrene, quam pedis  
Pulsu citatam cornipes fudit fremens,  
Tu, fonte in ipso procreatus Pegasi, 10  
Primus nouorum metra innxisti pedum  
Sanctisque Musis concinentibus nouem  
Caedem in draconis concitasti Delium.  
Fer hanc salutem praepones et uolucripes  
Paulini ad usque moenia, Hebromagum loquor, 15  
Et protinus, iam si resumptis uiribus  
Alacri refecti corporis motu uiget,  
Saluere iussum mox reposce mutuum.  
Nihil moreris iamque, dum loquor, redi,  
Imitatus illum stirpis auctorem tuae, 20  
Triplici furentem qui Chimaeram incendio  
Superuolauit tutus igne proximo.  
Dic 'te ualere', dic: 'saluere te iubet  
Amicus et uicinus et fautor tuus,  
Honoris auctor, altor ingenii tui.' 25  
Dic et magister, dic parens, die omnia  
Blanda atque sancta caritatis nomina.  
Haueque dicto dic uale, actutum et redi.

---

8 cf. Terentianus 1585 sqq. (seu uera res est . . .)

4 magnū *TM* magna *G* | sonore *T* | ui densior] indensior *T*  
5 fulgoris *M* 7 archados *Z* (h *pr. del. T*) | uectius *T* uetus *M*  
8 hyppocrine *G M* | peduis *M* 12 Sanctisque *Peiper* Hicque *T*  
hic. (*om. que*) *M* hic quodque *G* illicue *Scaliger* idemque  
*Baehrens* iisque *Hartel* | concinentibus *G* 15 menia *T* |  
hebro mag<sup>m</sup> *T* hebromagnum *M* hebromanum *G corr. Scaliger*  
18 salue reuism *T* 19 ianque *G* 21 chymeram *TG*  
22 totus *TM* tutus *G* 23 Dic te] te *Schenkl*, et *G om. TM*  
25 alter *M* | ingeni *Schenkl* 27 charitatis *T* 28 aue *Z* |  
et actutum *Z corr. LMueller*

Quod si rogabit, quid super scriptis nouis  
Maturus aeui nec rудis dijudicem: 30  
Nescire dices, sed paratum iam fore  
Heroicorum uersuum plenum esedum.  
Cui subiugabo de molarum ambagibus,  
Qui machinali saxa uoluunt pondere,  
Tripedes caballos terga ruptos uerbere,  
His ut uehantur tres sodales nuntii. 35  
Fors et rogabit, quos sodales dixeris  
Simul uenire: dic: 'trinodem dactylum  
Vidi paratum crucianti cantherio:  
Spondeus illi lentipes ibat comes,  
Paribus moratur qui locis cursum meum,  
Mihique similis, semper aduersus tamen,  
Nec par, nec impar, qui trochaeus dicitur.'  
Haec fare cursim nec moratus peruola,  
Aliquid reportans interim munusculi 45  
De largitate musici promptarii.

XXVI [414]  
Ep. xxii]

AVSONIVS PAVLINO SVO SAL. PL. D.

Multas et frequentes mihi gratiae tuae causas et  
occasio subinde nata concinnat et naturae tuae faci-  
litas benigna conciliat, Pauline fili. nam quia nihil  
poscente me abnus, magis acuis procaciam quam re-  
tundis: ut nunc quoque in causa Philonis procuratoris 5  
quondam mei experiere, qui apud Hebromagum con-  
ditis mercibus, quas per agros diuersos coemit, con-  
cesso ab hominibus tuis usus hospitio, immature peri-  
clitatur expelli. quod nisi indulseris rogante me, ut

32 cedum T æsedum G esedum M 35 ruptes M  
38 dactilum TM 39 cautherio G 41 suū meum T 46  
promtarii M

XXVI suo sal'. pl. dič. T om. M sno (ceteris om.) E Z  
1 causas om. T 2 nata om. T | concinnate Z corr. Auantius  
3 filij M 5 filonis TM | experire G 7 hebro mag<sup>m</sup> T  
8 ab oīb, T 9 immature] G immature M

et mora habitandi ad commodum suum utatur et nauo 10  
aliaue qua naui usque ad oppidum praebita frugis ali-  
quantum nostrae aduehi possit, Lucaniacus ut inopia  
liberetur mature: tota illa familia hominis litterati  
non ad Tullii frumentariam, sed ad Curelionem Plauti  
pertinebit. hoc quo facilius impetrarem, aut quo ma- 15  
iorem uerereris molestiam, si negares, concinnatam  
iambis signatamque ad te epistulam misi, ne sub-  
ornatum diceres tabellarium, si ad te sine signi fide  
ueniret. signauit autem, non, ut Plautus ait,

Per ceram et lignum litterasque interpretes; 20  
sed per poeticum characterem: magis notam inustam,  
quam signum impressum iudicares.

Philon, meis qui uilicatus praediis,

Vt ipse uult, *ἐπίτροπος*,  
(Nam glriosum Graeculus nomen putat,

Quod sermo fucat Dorius)

Suis querellis adserit nostras preces, 5

Quas ipse lentus prosequor.

Videbis ipsum, qualis adstet comminus,

Imago fortunae suaee,

Canus, comosus, hispidus, trux, atribux,

Terentianus Phormio, 10

14 frumentariam] cf. Priscianus VII 62, Probus inst. art. 60, 8 K. 20 Plaut. Pseud. I 1, 40 (42)

10 Cicero pro Caecina 10, 27: nec minus niger nec minus confidens quam ille Terentianus est Phormio.

11 qua] quauis *G* | naui usque] nanimque *T* | opidum *T* | aliquantulum *G* 12 deuehi *M* 14 culionem *Z corr. ψ*  
16 uereris *T* uerreris *GM corr. ψ* 17 iambi *TM* | quæ *T* |  
epl'a *T* 20 que] quod *G* 21 caracterem *Z* | ut magis  
Mommsen ut om. *Z* | nota minus tanquam *Z* nota ui inusta quam  
si signum Sebis. corr. Mommsen || 1 Philon init. min. scr. *T* |  
uilicatus *TG* | i pliis (i del.) *T* 2 in mg. al. add. seu quod  
mauult *T* | *ἐπίτροπος* al. recentior m. *T επίτροπος* *M επίτροπος* *G*

5 querelis *Z* | adserit] *M* 7 astet *G* | comminus *TM*  
9 atribux *Z* an acribux (*ἀκρόβυστος* praeputiatus i. truculen-  
tus)? 10 terrentianus *G*

Horrens capillis ut marinus asperis  
Echinus aut uersus mei.  
Hic saepe falsus messibus uegrandibus  
Οὐρανέ· καὶ σὺ φέρεις ἀστερούεντα κύνα.

Anthol. Pal. VIII 17, 1 (*Γερμανικοῦ Καισαροῦ*):

Οὐρεος ἐξ ὑπάτοιο λαγῶς πέσεν ἐς ποτε βένθος,

ἐκπροφυγεῖν μεμαῶς τρηχὺν ὄδοντα κυνός,

Αλλ' οὐδ' ὡς ἥλυξε καπὸν μόρον· αὐτίκα γάρ μιν

εἰνάλιος μάρψας πνεύματος ὠρφάνισεν.

Ἐν πυρός, ὡς αἴνος, πέσεις ἐς φλόγα· ἢ δά σε δαίμων

κῆν ἀλλ' κήν χέρσω φρέψει κύνεσσι βοράν.

5 , ḡreris p | uoluptas T G p      6 tum Mp

XXXV inscr. G om. TM      1 littoris Z      2 ante] an M  
3 at] an T | in me] imæ T      4 forsitan: m in n pr. corr. T  
| coeli T

XXXVI inscr. G om. TM      3 notas om. T († marg. T) |  
uoltu M      4 quam T

XXXVII [xvi]

⟨IN EVNDEM PERGAMVM⟩.

Pergame, non recte punitus fronte subisti

Supplcium, lentae quod meruere manus

At tu, qui dominus, peccantia membra coheree.

Iniustum falsos exeruciare reos.

Aut inscribe istam, quae non uult scribere, dextram,

Aut profugos ferri pondere necete pedes.

XXXVIII [xvii]

DE MYRONE QVI LAIDIS NOCTEM ROGAVERAT.

Canus rogabat Laidis noctem Myron:

Tulit repulsam protinus

Causamque sensit et caput fuligine

Fucauit atra candidum.

Idemque uultu, crine non idem Myron

Orabat oratum prius.

Sed illa formam eum capillo comparans

Similemque, non ipsum, rata

(Fortasse et ipsum, sed nolens ludo frui)

Sic est adorta callidum:

Inepte, quid me, quod recusaui, rogas?

Patri negaui iam tuo'.

5

10

XXXVIII Aelii Spartiani Hadrianus 20, 8: ioca (Hadriani) plurima extant; nam fuit etiam dieaculus. unde illud quoque innotuit quod, cum enidam canescenti quiddam negasset, eidem iterum petenti sed infecto capite respondit: 'Iam hoc patri tuo negaui.'

XXXVII continuatur superiori Z, disiunxit Scaliger 1 pe-  
nitus T M punitus G poenitus Bachrens | † marg. T 3 mem-  
bra M | coherencees T 5 non om. T († marg. T) | uolt M

XXXVIII inscr. G om. T Seni M 1 Clanus (C postea  
praef. in marg., 1 min.) T | laydis T | miron M 3 sensit al.  
ex sentit T | fulligine T 5 uoltu M | miron M

XXXVIII [xviii]

DE OPINIONE QVAM DE ILLO HABEBAT EIVS VXOR.

Laidas et Glyceras, lasciuae nomina famae,

Coniunx in nostro carmine cum legeret,  
Ludere me dixit falsoque in amore iocari.

Tanta illi nostra est de probitate fides.

XL [xviii]

AD VXOREM.

Vxor, uiuamus, quod uiximus, et teneamus

Nomina, quae primo sumpsimus in thalamo:

Nec ferat ulla dies, ut commutemur in aevo;

Qui tibi sim iuuenis tuque puella mihi.

Nestore sim quamuis prouectior aemulaque annis 5

Vineas Cumanam tu quoque Deiphoben;

Nos ignoremus, quid sit matura senectus.

Scire aeni meritum, non numerare decet.

XLI [xx]

IN MEROEN ANVM EBRIOSAM.

Qui primus, MEROE, nomen tibi condidit, ille  
Thesidae nomen condidit Hippolyto.

Nam diuinare est, nomen componere, quod sit  
Fortunae et morum uel necis indicium.

Protesilae, tibi nomen sic fata dederunt, 5  
Victima quod Troiae prima futurus eras.

---

XLI Appul. Met. I 7 ad quandam cauponam Meroen.

---

XXXVIII inscr. G om. TM 1 Thaidas Heinsius | gli-  
ceras TM 2 coniunx] uxor T

XL ad uxorem MG p om. T suam quod debeat uiuere et  
oblectari add G 1 quod] ut T 3 commutetur Tp com-  
mutentur M corr. G | aevo] equo p 5 annos G annos T Mp  
6 deyphoben (y ex i) T deipheben G Mp (ē p)

XLI inscr. MG om. T (Meroen om. M ebryosam G)  
1 cui M 2 hyppolito T hypolito M 3 nam] iam T G  
4 uel] et T 5 prothesilae T | facta M 6 quod] q, T

Idmona quod uatem, medicum quod Iapyga dicunt:

Discendas artes nomina praeueniunt.

Et tu sic Meroe: non quod sis atra colore,

Vt quae Niliaca nascitur in Meroe: 10

Infusum sed quod uinum non diluis undis,

Potare inmixtum sueta merumque merum.

XLII [xxxi] EX GRAECO TRADVCTVM DE STATVA NEMESIS.

Me lapidem quondam Persae aduexere, tropaeum

Vt fierem bello: nunc ego sum Nemesis.

Ac sicut Graecis uictoribus adsto tropaeum,

Punio sic Persas uaniloquos Nemesis.

XLIII [xxxiii]

DE THRASYBVLO LACEDAEMONIO QVI FORTISSIME  
DIMICANS OCCVBVIT.

Excipis aduerso quod pectore uulnera septem,

Arma super ueheris quod, Thrasybule, tua,

XLII Anthol. XVI 263 ἄδηλον. εἰς Νέμεσιν.

Καὶ (Πολὺ Benndorf ex Ausonio corr.) με λίθον Πέρσαι δεῦρο  
ἡγαγον, ὅφρα τρόπαιον

στήσονται ρίνας· εἴμι δὲ νῦν Νέμεσις.

Αμφοτέροις δ' ἔστηκα καὶ Ἑλλήνεσσι τρόπαιον  
νίκας καὶ Πέρσαις τοῦ πολέμου νέμεσις.

XLIII Anthol. Pal. VII 229 ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ

Τῷ Πιτάνῃ Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἥλυθεν ἄπνους,  
ἐπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,  
λειπούσας ἀντία πάντα· τὸν δ' αἰματόντα δέ, ὁ πρέσβυς  
παῖδ' ἐπὶ πυρηνὴν Τύννιχος εἶπε τιθείς·

‘Λειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἔγώ δέ σε, τέκνον, ἀδάκρυς  
θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν καὶ λακεδαιμόνιον.’

cf. Plutarchi apophth. Lae. nar. 48.

7 medicum: v ex o uel a T | iapiga Z Iapida Auantius  
11 mondili' (marg. al. .pu. | non diluis) T 12 inmixtum] G

XLII inser. G Ex greco M om. T 1 trophyaeum Z  
2. 4. nemensis M 3 at G | asto Z | trophyaeum T G 4 ua-  
nilocos M

XLIII inser. G om. TM 1 uolnera M 2 uehens M |  
thrasibule M trasibulle T

Non dolor hic patris est, Pitanae sed gloria maior.  
Rarum, tam pulchro funere posse frui.  
Quem postquam maesto socii posuere feretro, 5  
Talia magnanimus edidit orsa pater:  
'Flete alios. natus lacrimis non indiget ullis,  
Et meus, et talis, et Lacedaemonius.'

XLIII [xxv]

EX GRAECO TRADVCTVM DE MATRE MAGNANIMA.

Mater Lacaena clipeo obarmans filium,  
'Cum hoc', inquit, 'aut in hoc redi.'

XLV [xxvi] IN DEGENEREM DIVITEM MOECHO GENITVM.

Quidam superbus opibus et fastu tumens

Tantumque uerbis nobilis  
Spernit uigentis clara saecli nomina,  
Antiqua captans stemmata,

Martem Remumque et conditorem Romulum

5

Priuos parentes nuncupans.

Hos ille Serum ueste contexi iubet:

Hos caelat argento graui,  
Ceris inurens ianuarum limina

Et atriorum pegmata.

10

Credo, quod illi nec pater certus fuit

Et mater est uere lupa.

---

XLIII Plutarchi apophth. Lacaen. incert. 15: Ἀλλη προσ-  
ανεδιδοῦσα τῷ παιδὶ τὴν ἀσπίδα καὶ παρακελευμένη· Τέννον,  
ἔφη, ἡ τὰν ἡ ἐπὶ τὰς.

3 hic om. T († marg. T) | est add. Peiper om. Z | pitani  
TG pitai M corr. Vgoletus 4 pulero T 5 moesto TG  
7 lachrymis G 8 et talis T

XLIII inser. G om. T Ex greco M 1 laceno Z corr. Paris.

XLV inser. MG (diuitem degenerem G | mecho M) om. T  
1 fastu] statu T 3 uigentis G rigentis MT 4 seemata M  
tegi

5 remūs (s del. T) 6 priuos T primos MG 7 contexit T  
8 coelat T 9 cerisim urens T

## XLVI [xxvii] ANTISTHENIS CYNICI IMAGINI SVBDITI.

Inuentor primus Cynices ego. 'Quae ratio istaec?  
 Alcides multo dicitur esse prior.'  
 Alcida quondam fueram doctore secundus:  
 Nunc ego sum Cynices primus, et ille deus.

## XLVII [xxviii]

## &lt;DE EODEM. &gt;

Discipulus melior nulli meliorue magister  
*Eἰς ἀρετὴν συνέβη καὶ Κυνικὴν σοφίην.*  
 Dicere me nouit uerum, qui nouit utrumque,  
*Καὶ θεὸν Ἀλκείδην, καὶ κύνα Διογένην.*

## XLVIII [xxx]

MIXOBARBARON LIBERI PATRIS SIGNO MARMOREO IN  
 VILLA NOSTRA OMNIVM DEORVM ARGUMENTA  
 HABENTI.

Ogygiae me Baechum uocant,  
 Osirin Aegypti putant,  
 Mysi Phanacen nominant,  
 Dionyson Indi existimant,  
 Romana sacra Liberum,  
 Arabica gens Adoneum,  
 Lucaniacus Pantheum,

5

XLVI *inscr. MG om. T* 1 cinices *TM* 4 cynices:  
 y *ex i al. T*

XLVII *coniunctum cum antecedenti Z (sed minio picta  
 init. litt. D in M) seiunxit Scaliger* 1 nulli melior *T*  
 3 nouit uerum *G* | utruuque *G* 4 καὶ κύνα] καὶ νῦν δὲ *G*

XLVIII *inscr. Z (mixobarbarum T mihibarbarum G | ha-  
 bentis T)* 1 Ogygie *TM* Ogygiae *G* Ogygia *Lugdun.* | ba-  
 eum *M* | nocant *Z* uocat *Lugdun.* 2 osirim *G* osyrim *M* Ofirma *T*  
*corr. Auantius* | aegyptios *T* egyptos *M* aegyptos *G corr. Peiper*  
 putant *TM* putat *G* 3 Miste (*i in y al.*) *T* | nominant] uocant *T*  
 4 dionison *M* dionision *T* 6 gens *om. M* 7 Iuchania-  
 cus *TG* (*in M duabus columnis scriptum est carmen, quarum  
 altera uu. 1, 3, 5, 7 altera 2, 4, 6 habet.*)

XLVIII [xxviii]

LIBERO PATRI.

*Αἰγυπτίων μὲν Ὀσιρις ἔγὼ, Μυσῶν δὲ Φανάκης,  
Βάκχος ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοισιν Ἄδωνεὺς,  
Πυρογενῆς, δίκερως, Τιτανολέτης, Διόνυσος.*

L [xxx]

IN CORYDONEM MARMOREVM.

*Αἴξ χίμαρος πήση ποιμὴν δαβδοῦχος ἐλαίη  
Εἰς λίθος ἐκ πάντων λιτὸς ἔγὼ Κορυδών.*

LI [xxxii]

IN SIMVLACRVM SAPPHVS.

Lesbia Pieriis Sappho soror addita Musis,  
*Εἴμ' ἐνάτη λυρικῶν, Ἄονίδων δεκάτη.*

LII [xxxiii]

DEAE VENERI.

Orta salo, suscepta solo, patre edita Caelo,  
Aeneadum genetrix, hic habito alma Venus.

LI Anthol. Pal. VIII 506 *Πλάτωνος:*  
*'Εννέα τὰς Μούσας φασίν τινες· ώς ὀλιγώρως!  
ἡνίδε παὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη.*

Anthol. Pal. VIII 571 u. 7 sq.

*ἀδέσποτον εἰς τοὺς ἐννέα λυρικούς  
ἀνδρῶν δ' οὐκ ἐνάτη Σαπφὼ πέλεν ἀλλ' ἐρατειναῖς  
ἐν Μούσαις δεκάτη Μοῦσα παταγράφεται*  
cf. VIII 66 (*Ἀντιπάτρου*)

XLVIII De Baccho *T* (al. *m. add. carmen f. 4<sup>u</sup> marg. inf., cum c. 30 legatur f. 12<sup>r</sup>) Libero patri *G om. M* 1 αἰγυπτίων *Z Alyntov Auantius* | μὲν *om. TG* | φανακῆν *Z corr. Auantius?**

*L carmen om. T., inscr. ex G om. M* 2 λιτὸς *Paris. αλι-*  
*τος MG*

LI *inscr. MG* (simulachrum *G*) *om. T* 1 sapho *T*  
2 EMENATH *M* ἐιμέντη *G* ειμέντοι *T* († *marg. T*) *corr. nouicij libri* | λονιδων *M*

LII *inscr. G om. TM* Epytaphym Veneris *p* 1 oita  
(*marg. pr. nata*) *M* | suscepta solo *TGp* s. salo *M* | patreque  
(al. que ss.) *M* 2 genitrix *Zp*

LIII [xxxvii]

VERSUS IN VESTE CONTEXTI.

Laudet Achaemenias orientis gloria telas:  
 Molle aurum pallis, Graecia, texe tuis;  
 Non minus Ausoniam celebret dum fama Sabinam,  
 Parcentem magnis sumptibus, arte parem.

LIV [xxxvi]

ITEM.

Sive probas Tyrio textam subtemine uestem  
 Seu placet inscripti commoditas tituli,  
 Ipsius hoc dominae concinnat utrumque uenustas,  
 Has geminas artes una Sabina colit.

LV [xxxviii]

DE EADEM SABINA.

Licia qui texunt et carmina, carmina Musis,  
 Licia contribuunt, casta Minerua, tibi.  
 Ast ego rem sociam non dissociabo Sabina,  
 Versibus inscripsi quae mea texta meis.

LVI [xxxix]

DE PVELLA QVAM AMABAT.

Hanc uolo, quae non uult; illam, quae uult, ego nolo:  
 Vincere uult animos, non satiare Venus.

LVI Anthol. Pal. XII 200 τοῦ αὐτοῦ (*Στράτωνος*)

*Μισῶ δοσπερῆτα φιλήματα καὶ μαχιμώδεις φωνὰς καὶ σθεναροὺς ἐν χερός ἀντίθεσιν Καὶ μὴν καὶ τὸν, ὅτ’ ἔστιν ἐν ἀγνάσιν εὐθὺν θέλοντα καὶ παρέχοντα χύδην οὐ πάντα δή τι θέλω· Ἀλλὰ τὸν ἐν τούτων ἀμφοῖν μέσον, οἶον ἐκεῖνον τὸν καὶ μὴ παρέχειν εἰδότα καὶ παρέχειν.*

V 42 τοῦ αὐτοῦ (*Ρουφίνου*)

*Μισῷ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν· ἡ μὲν γὰρ βραδέως, ἡ δὲ θέλει ταχέως.*

LIII *inscr. MG* (contesti *M*) *om. T* 1 achamenias *T*  
 2 pallis *G* 3 auxoniam *M* 4 parcentem *T*

LIII Item *M om. T* De Sabina textrice et carmina faciente *G* 1 subtegmine *Z* 3 continuat *M* | utrumque *G*

LV Item *M om. T* De eadem Sabina *G* 4 inscripti *G*

LVI *inscr. MG om. T* 1 uolt *MG semper* | illam quia *M* 2 sociare *M*

Oblatas sperno illecebras, detrecto negatas:

Nec satiare animum nec cruciare uolo.

Nec bis cineta Diana placet nec nuda Cythere: 5

Illa uoluptatis nil habet, haec nimium.

Callida sed mediae Veneris mihi uenditet artem

Femina, quae iungat, quod uolo nolo uocant.

LVII [xxxx]

DE DVOBVS FRATRIBVS.

*Xρῆστος, Ἀκίνδυνος, αὐτοαδελφεοὶ, οἰκτρὰ δὲ τέκνα,*

Moribus ambo malis nomina falsa gerunt:

*Οὐδ' οὗτος χρῆστος, οὐδ' οὗτος ἀκίνδυνός εστιν.*

Vna potest ambos littera corrigere.

*Αἱ κεν Χρῆστος ἔχη παρ' ἀδελφοῦ Ἀκινδύνου ἄλφα, 5*

Kīndynos hie fiet, frater ἄχρηστος erit.

LVIII [xxxxi]

DE CHRESTO ET ACINDYNO QVIBVS FVERAT MALE  
NOMEN IMPOSITVM.

Germani fratres sunt, Chrestos, Acindynos alter.

Falsum nomen utriusque: sed ut uerum sit utriusque,

Alpha suum Chresto det Acindynos: ipse sine alpha

Permaneat; uerum nomen uterque geret.

---

4 <sup>a</sup>sociare *T* 5 cinta *M* | eithere *M* 7 calida *M* |  
nendicit *TG* uendit et *M* 8 foemina *TG* | uocant *M* uol-  
cant (l pr. del.) *T* uocat *G*

LVII *inscr.* *G om. TM* 1 χρῆστος *TG corr. Lugdun.* |  
ἀὐταδελφεοὶ *TG* αὐλεαφεοὶ *M corr. Peiper* | οἰκτρα *T* 3 γ̄  
*T om. GM* 4 lictera *M* 5 αῖκεν *TG* | χρῆστος *T* χρῆστος *G* |  
ἔχη *T* ἔχης *G* ελκης *M* | παρ' ἀδελφεὸν *T* παρ' (αδελφεον  
om.) *MG corr. Paris.* | ἀκίνδυνον *T* ἀκίνδυνον *G* ΑΚΙΝΔΥΜΟΝΟΝ  
*M corr. Paris.*

LVIII *inscr.* *TG om. M* (c<sup>b</sup>resto *T* crhesto *G* | acidino *T*  
acindino *G* | fuerat male *G* | inpositum *G*) 1 crestos *TG* |  
accindinus *T* acindinos *GM* 2 nomen uterque *T* 3 alpa  
*G* | cresto *G* crestos *T* | accindinos *T* acindinos *GM*

LVIII [cxviii]

QVODDAM QVASI AENIGMA DE TRIBVS INCESTIS.

'Tris uno in lecto: stuprum duo perpetiuntur,  
 Et duo committunt: quattuor esse reor,'  
 Falleris: extremis da singula criminis et illum  
 Bis numera medium, qui facit et patitur.

LX [xxxxviii]

DE HIS QVI DICVNT REMINISCO QVOD NON EST  
 LATINVM.

Qui REMINISCO putat se dicere posse latine  
 Hic ubi co scriptum est, faceret COR, si cor haberet.

LXI [L]

DE VERBIS RVFI.

Rufus vocatus rhetor olim ad nuptias,  
 Celebri ut fit in conuiuio,  
 Grammaticae ut artis se peritum ostenderet,  
 Haec uota dixit nuptiis:

LVIII Anthol. Pal. XI 225

*Στράτωνος.*

'Η οὐλίη πάσχοντας ἔχει δύο καὶ δύο δρῶντας,  
 οὓς σὺ δοκεῖς πάντας τέσσαρας· εἰσὶ δὲ τρεῖς.  
 Ην δὲ πίθη, πῶς τοῦτο; τὸν ἐν μέσῳ δῆς ἀρίθμει,  
 κοινὰ πρός ἀμφοτέρους ἔργα σαλευόμενον.'

cf. XII 210 (*Στράτωνος*), 1 sq.

LXI Anthol. Pal. VIII 489 Παλλαδᾶ

'Ἐπι βρέφεσι δύο ἄμα τεχθεῖσι καὶ παραχρῆμα ἀποθανοῦσι.  
 Γεραμματικοῦ θυγάτηρος ἔτενεν φιλότητι μιγεῖσα  
 παιδίον ἀρσενικόν, θηλυκόν, οὐδέτερον.'

LVIII *inscr.* G om. TM 1 tres G 2 quatuor T  
 3 carmīa T | illvm: v ix a T

LX *inscr.* G om. T Mp 2 hic om. T: Vbi et <sup>b</sup> est (b et  
 a al.) T | faceret G p diceret TM

LXI De uerbis eiusdem ruffi G om. T (M?) 1 ruffus  
 TG 2 ut fit in T ut fit M? fit ut G 4 nota M

'Et masculini et feminini gignite  
Generisque neutri filios.'

LXII [250 Epit. xxxiii]

DE GLAVCIA INMATVRA MORTE PRAEVENTO.

Laeta bis octono tibi iam sub consule pubes  
Cingebat teneras, Glaucia adulte, genas.  
Et iam desieras puer anne puella uideri:  
Cum properata dies abstulit omne decus.  
Sed neque functorum socius miscebere uulgo  
Nec metues Stygios flebilis umbra lacus,  
Verum aut Persephonae Cinyreius ibis Adonis,  
Aut Iouis Elysii tu Catamitus eris. 5

LXIII [245 Epit. xxviii]

IN SIGNVM MARMOREVM NIOBES.

Vinebani: sum facta silex, quae deinde polita  
Praxiteli manibus uiuo iterum Niobe.  
Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu.  
Hunc ego, cum laesi numina, non habui.

LXIII Anthol. XVI 129.

ΑΔΗΛΟΝ  
εἰς ἄγαλμα Νιόβης.  
'Εν ξωῆς με θεοὶ τεῦχαν λίθον· ἐν δὲ λίθῳ  
ξωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

5 foemini *G*

LXII *inscr.* *G* *om.* *T M* Glautia *G* 1 octeno *T* 2 gla-  
cia *T* glantia *G* 5 uulgo *MG* 6 metuens | stigios *M* ·  
unda *T* 7 Cinareius ibis *G* (*corr. Scaliger*) cinire (cincte *T*)  
uisibus *TM* 8 helisii *T* | cathamitus *G*

LXIII *inscr.* *G* et ex eo repercussus *add.* *M* *om.* *T* 1  
qua *M* 2 praxiteli *M*

LXIII [XLII]

DE PALLADE VOLENTE CERTARE ARMIS CVM VENERE.

Armatam uidit Venerem Lacedaemone Pallas.

‘Nunc certemus, ait, iudice uel Paride.’

Cui Venus: “Armatam tu me, temeraria, temnis,  
Quae, quo te uici tempore, nuda fui?”

LXV [LV] DE LAIDE DICANTE VENERI SPECVLVM SVVM.

Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se  
Aeterna aeternum forma ministerium.

At mihi nullus in hoc usus, quia cernere talem,  
Qualis sum, nolo, qualis eram, nequeo.

LXVI [LVI] <DE CASTORE POLLVCE ET HELENA. >

Istos tergemino nasci quos cernis ab ouo,  
Patribus ambiguis et matribus adsere natos.  
Hos genuit Nemesis, sed Leda puerpura fouit;  
Tyndareus pater his et Iuppiter: hic putat, hic seit.

LXIII Anthol. XVI 174 ἀδέσποτον. Εἰς τὴν ἐν Σπάρτῃ ἔνοπλον  
Ἄφροδίτην.

Παλλὰς τὰν Κυθέρειαν ἔνοπλον ἔειπεν ἰδοῦσα·  
‘Κύνῳ, θέλεις οὕτως ἐσ κοῖσιν ἐοχόμεθα?’  
ἡ δὲ ἀπαλὸν γελάσασα· ‘τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν;  
εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λέβω?’

LXV Anth. Pal. VI, 1 ΠΑΤΩΝΟΣ

Η σοβαρὸν γελάσασα καθ’ Ἑλλάδος, ἢ ποτ’ ἐραστῶν  
ἔσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῆς ἔχουσα νέων,  
τῇ Παφίῃ τὸ πάτοπτρον· ἐπεὶ τοίη μὲν ὄρασθαι  
οὐκ ἐθέλω, οἵ δὲ ἦν πάρος οὐ δύναμαι.

LXIII inser. G om. TM

LXV inser. G om. TM 1 die. G 4 sim T

LXVI totum carmen om. T inser. fecit Ferrarius, om. MG  
(uersus uacuus G) 1 istos parua initiali non picta G 2  
adseueratos M asseueratos G corr. Auantius 4 tindareus M  
et hic sit (et al. del.) M

LXVII [LVII]

DE IMAGINE VENERIS SCVLPTA A PRAXITELE.

Vera Venus Gnidiam cum uidit Cyprida, dixit:

‘Vidisti nudam me, puto, Praxitele.’

“Non nidi, nec fas: sed ferro opus omne polimus.

Ferrum Gradiui Martis in arbitrio.

Qualem igitur domino scierant placuisse Cytheren, 5  
Talem fecerunt ferrea caela deam.”

LXVIII [LVIII] IN BVCVLAM AEREAM MYRONIS.

Bucula sum, caelo genitoris facta Myronis  
Aerea: nec factam me puto, sed genitam.

LXVII Anthol. XVI 162

ΑΔΗΛΟΝ

‘Α Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα·  
‘φεῦ! φεῦ! ποῦ γυμνὴν εἰδέ με Πραξιτέλης;’

Anth. XVI 160

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

εἰς τὸ αὐτὸ (scil. εἰς ἄγαλμα) Ἀφροδίτης τῆς ἐν Κνίδῳ)  
ἡ Παφίη Κυθέρεια δι' οἰδματος ἐσ Κνίδον ἥλθε  
βουλομένη πατιδεῖν εἰκόνα τὴν ἰδίην;  
πάντη δ' ἀθρησασα περισκέπτω ἐνὶ χωρῷ,  
φθέγξατο ‘ποῦ γυμνὴν εἴδέ με Πραξιτέλης;’  
Πραξιτέλης οὐκ εἰδεν ἀ μὴ θέμις· ἀλλ’ ὁ σίδηρος  
ἔξεσεν οἵ ἀν “Ἄρης ἥθελε τὴν Παφίην.

LXVIII Anthol. Pal. VIII 726 (*Αντιπάτρου Σιδωνίου*)

‘Α βοῦς ἀ τίκτουσ’ ἀπὸ γαστέρος ἔπλασε τὸν βοῦν·  
ἀ δὲ Μύρωνος χειρὶ οὐ πλάσεν, ἀλλ’ ἔτεκεν.

VIII 713 ἄδηλον. εἰς τὴν Μύρωνος βοῦν

Βοΐδιόν εἴμι Μύρωνος, ἐπὶ στήλῃς δ’ ἀνάπειμαι.  
βουνόλε, κεντήσας εἰς ἀγέλην μ’ ἄπαγε.

VIII 730 Ιημητρίου Βιθυνοῦ

‘Ην μ’ ἐσιδη μόσχος, μυηήσεται· ἵν δέ γε ταῦρος,  
βήσεται· ἵν δὲ νομεὺς, εἰς ἀγέλαν ἐλάσει.

cf. VIII 721, 1 (ad u. 4), alia inter 713 et 742.

LXVII *inscr.* *G* *om.* *TM* (prasitele *G*) | in *T* in *marg.* *inf.*  
*rec.* *m.* *adscriptis* *epigr.* *Anthol.* *XVI 162 et 160, 5 sq.* 1  
enidiam *Z* | ciprida *G* 2 prasithele *G* 4 arbitrium *T*  
5 scieram *G* | eitheren *T*

LXVIII *inscr.* *MG* *om.* *T* (aeream *om.* *M*) 1 buccula *TG*

Sie me taurus init, sic proxima bucula mugit,

Sic uitulus sitiens ubera nostra petit.

Miraris, quod fallo gregem? gregis ipse magister 5  
Inter pascentes me numerare solet.

LXVIII [LVI] DE EADEM BVCVLA MYRONIS.

Vbera quid pulsas frigentia matris aenae,  
O uitule, et sucum lactis ab aere petis?

Hunc quoque praestarem, si me pro parte parasset  
Exteriore Myron, interiore deus.

LXX [LX] AD DAEDALVM DE EADEM BVCVLA.

Daedale, cur uana consumis in arte labore?  
Me potius clausa subice Pasiphae.

Illecebras uerae si uis dare, Daedale, uaccae,  
Viua tibi species uacca Myronis erit.

LXXI [LXIII]

DE EADEM MYRONIS BVCVLA IAM HABENTE SPIRITVM.

Aerea mugitum poterat dare uacca Myronis;  
Sed timet artificis deterere ingenium.

Fingere nam similem uiuae, quam uiuere, plus est;  
Nec sunt facta dei mira, sed artificis.

---

3 buccula *TG* 5 quod] si *T*

LXVIII *inscr.* *G* om. *T* Idem *M* 1 ahenea *G* 2 o  
uitule] bucule *M* | succum *Z* | ab aere] habere *TG* | petis]  
cupis *T*

LXX *inscr.* *G* om. *T* Idem *M* 1 consummis *T* 2  
potius] protinus *T* | clausae *G* | pasiphe *M* 4 uiuat ubi  
*T* | mironis *M*

LXXI *inscr.* *G* om. *T* Idem *M* 1 mironis *M* 4 nec]  
haec *T*

LXXII [lxv]

DE EADEM BVCVLA IAM HABENTE SPIRITVM.

Aerea bos steteram; mactata est uacca Mineruae;  
Sed dea proflatam transtulit hue animam.  
Et modo sum duplex: pars aerea, pars animata.  
Haec manus artificis dicitur, illa deae.

LXXIII [lxvi] AD TAVRVM DE EADEM BVCVLA.

Quid me, taure, paras specie deceptus inire?  
Non sum ego Minoae machina Pasiphaae.

LXXIII [lxvii] DE EADEM MYRONIS BVCVLA.

Needum caduco sole, iam sub uespere,  
Ageret iuuencias cum domum pastor suas,  
Suam relinquens me monebat ut suam.

LXXV [lxviii] DE EADEM MYRONIS BVCVLA.

Vnam iuuencam pastor forte amiserat,  
Numerumque iussus reddere  
Me defuisse conquerebatur, sequi  
Quae noluissem ceteras.

---

LXXIII 3 cf. Anth. VIII 731.

---

LXXII inser. G om. T Idem M 2 sed p (p del.) dea  
pro flatu T

LXXIII inser. G om. T Idem M 2 pasiphe M

LXXIII cum antecedenti cohaeret (*separauit rubricator*) T  
| inser. G om. T Idem M 1 Necdum: init. litt. atra, postea  
minio picta T | sub] spe del. rubricator sb' minio ss. (marg. +)  
T 3 monebat *ALoiselius*

LXXV inser. G om. T Idem M 2 uisus T 3 de-  
fuisseque (que del. rubricator) T 4 uoluissem G

LXXVI [LXXVIII] <QVAE SEXVM MVTARINT. >

Vallebanæ (noua res et uix credenda poetis,  
Sed quae de uera promitum historia)  
Femineam in speciem conuertit masculus ales  
Pauaque de pauo constitut ante oculos.  
Cuncti admirantur monstrum: sed mollior agna 5  
Quid stolidi ad speciem notaे nouitatis hebetis?  
An uos Nasonis carmina non legitis?  
Caenida conuertit proles Saturnia Consus  
Ambiguoque fuit corpore Tiresias. 10  
Vudit semiuirum fons Salmacis Hermaphroditum:  
Vudit nubentem Plinius Androgynum.  
Nec satis antiquum, quod Campana in Beneuento  
Vnus epheborum virgo repente fuit.  
Nolo tamen ueteris documenta arcessere famae. 15  
Ecce ego sum factus femina de puer.

LXXVII [LXX]

AD PYTHAGORAM DE MARCO QVI DICEBATVR PVLLARIA.

'Pythagora Euphorbi, reparas qui semina rerum  
Corporibusque nouis das reduces animas,  
Dic, quid erit Marcus iam fata nouissima functus,  
Si redeat uitam rursus in aeriam?'

LXXVI 8—10 Ouid. M XII 189 sqq. III 323 sqq. III 285 sqq.  
11 Plin. n. h. VII 36.

LXXVI *inscr. ed. Paris. om. Z (uersus uacuus G)* 1  
noua res *Toll.* iocares *TM* res nota *G* 3 foemineam *T*  
6 *om. Z,* *uersus uacuus TG* deest *marg. add. rubricator T*  
7 *quid G* quod *TM* | nocte *M* | hebetis *Paris.* habetis *Z*  
(hētis *T*) 9 caenida *G* 10 ambiguo: o ex corr. (ir?) *T* |  
tyresias *MG* thyresias *G* 11 salmeis *T* | hermofroditum *M*  
12 androgenum *Z* 14 epheborum *G* 15 arcescere *T*  
accessere *G* 16 foemina *TG*

LXXVII *inscr. G om. TM* 1 pietagora *M* pytagora *G* |  
euforbi *G* 1 aercam *TG*

“Quis Marcus?” ‘Feles nuper pullaria dictus, 5  
Corrupit totum qui puerile secus,  
Peruersae Veneris postico uulnere fossor,  
Lucili uatis subpilo pullipremo.’  
“Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,  
Non caper aut aries, sed scarabaeus erit.” 10

LXXVIII [cxxx] DE CASTORE FELLATORE QVI SVAM  
LINGEBAT VXOREM.

Lambere cum uellet mediorum membra uirorum  
Castor nec posset uulgus habere domi,  
Repperit, ut nullum fellator perderet inguen:  
Vxoris coepit lingere membra sua.

LXXVIII [LXXI]  
SVBSCRIPTVM PICTVRAE MVLIERIS IMPVDICAE.

Praeter legitimi genalia foedera coetus  
Repperit obscenas ueneres uitiosa libido:  
Herculis heredi quam Lemnia suasit egestas,  
Quam toga facundi scaenis agitauit Afrani  
Et quam Nolani capitalis luxus inussit. 5  
Crispa tamen cunctas exercet corpore in uno:  
Deglubit, fellat, molitur per utramque cauernam,  
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

5 quid (al. s ss.) *T* qui *Hartel* | felles *TG* 6 secus *M*  
<sup>s</sup>  
<sup>d</sup> secus (d al. ss., s eadem in g corr., sed g postea del.) *T* decus  
*G* 7 uolnere *M* 8 lucilii *TM* lucili *G* | sub pilo (pilio  
*G*) *Z* subulo *Ferrarius* pullo premor *Z* (pulo premor *T*), pulli-  
prema „non pullipremo“ *Sealiger* 1, 27, pullopremus *Schenkl*  
9 hippocamelus *T* yppocamelus *M* 10 scarabaius *TG*  
LXXVIII inser. *G* om. *TM* | coniunctum cum superiori in  
*M* 1 et 4 membra *M* 3 reperit *T* 4 cepit *M*  
LXXVIII inser. *G* *M* om. *T* (subscripta *M* picta *M* 1 geni-  
talia *Z* genitalia *Baehrens* | fædera *T* | cetus *TM* 2 reperit  
*T* | ueneris *T* 3 hæredi *TG* 4 facundis cenis *T* (cenis *M*  
coenis *T*) *Z* | afrāni *G* 5 nollanis *G* 7 deglutit *T* (utran-  
que *G*)

LXXX [LXXXII]

DE ALCONE MEDICO QVI HARVSPICEM VANILOQVVM FECIT.

Languenti Marco dixit Diodorus haruspex  
 Ad uitam non plus sex superesse dies.  
 Sed medicus diuis fatisque potentior Alcon  
 Falsum conuicit illico haruspicium  
 Tractauitque manum uicturi, ni tetigisset;  
 Illico nam Marco sex periere dies. 5

LXXXI [LXXXIII]

DE SIGNO IOVIS TACTO AB ALCONE MEDICO.

Alcon hesterno signum Iouis attigit. ille  
 Quamuis marmoreus uim patitur medici.  
 Ecce hodie iussus transferri e sede uetusta  
 Effertur, quamuis sit deus atque lapis.

LXXX Anthol. Pal. XI 114

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (ΝΙΚΑΡΧΟΥ).

Ἐρμογένην τὸν λατρὸν ὁ ἀστρολόγος Διόφαντος  
 εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν·  
 Κάκεινος γελάσας· τί μὲν ὁ Κρόνος ἐννέα μηνῶν,  
 φησί, λέγει; σὺ νόει· τάμα δὲ σύντομά σοι  
 εἶπε, καὶ ἐκτείνας μόνον ἥψατο· καὶ Διόφαντος  
 ἄλλον ἀπελπίζων, αὐτὸς ἀπεσκάρισεν.

LXXXI Anthol. Pal. XI 113

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (ΝΙΚΑΡΧΟΥ)

Τοῦ λιθίνου Διός ἔχθες ὁ κλινικὸς ἥψατο Μάρκος·  
 καὶ λίθος ὡν καὶ Ζεὺς, σήμερον ἐκφέρεται.

LXXX inscr. G om. TM 1 haruspex T aruspex M

4 conuenit al. corr. T | ilico M | aruspicium M 6 ilico M |  
 marcos experiere (al. corr.) T

LXXXI inscr. G om. TM 1 externo TM | actigit T  
 2 quanuis TG 3 uisus T | trasferri: ri ex ei T | e sede]  
 ex aede G 4 effectus (al. corr.) T | quanuis G

LXXXII [cxiii] IN EVNVM LIGVRRITOREM.

Eune, quid adfectas uendentem Phyllida odores?

Diceris hanc medium lambere, non molere.

Perspice, ne mercis fallant te nomina, uel ne

Aere Seplasiae decipiare caue,

Dum KYCΘON KOCTONque putas communis odoris

Et nardum ac sardas esse sapore pari.

6

LXXXIII [cxxiii] <IN EVNDEM EVNVM>

Diuersa infelix et lambit et olfacit Eunus:

Dissimilem olfactum naris et oris habet.

LXXXIV [cxxv] AD EVNDEM EVNVM

QVOD NON VELIT BENE NEC MALE OLERE.

Salgama non hoc sunt, quod balsama: cedite odores.

Nec male olere mihi, nec bene olere placet.

LXXXV [cxxvi] <AD EVNDEM EVNVM.>

Lais Eros et Itys, Chiron et Eros, Itys alter

Nomina si scribis, prima elementa adime,

Vt facias uerbum, quod tu facis, Eune magister.

Dicere me Latium non decet opprobrium.

---

LXXXII *inscr. GM* (Eunum *om. M* | liguritorem *G*) *om. T*  
1 affectas *Z* | phyllida *TM* 2 dicere *T* | mollere (*pr. l del. pr. m.*) *T*  
uidere *G* 4 ere *M* | siplasiae *MG* sic plasie *T corr. Ferrarius* | cauae *T* 5 custon coston *Beroaldus* Kyecton Kocton  
(*rec. marg. cyston coston*) *M* chytom choctom *T cyton cocton*  
*G* | communis *M* 6 ac] et *T*

LXXXIII *coniunctum cum superiori Z seiunxit Toll* 2  
dissimile *Toll* | olfatum *Z*

LXXXIV *inscr. G om. TM* 1 salgamon hec sunt *M*  
2 nec bene o. m. nec male *T*

LXXXV *coniunctum cum superiori Z (sed disiunxit rubri-*  
*cator T)* 1 lays *T* | heros *G* | itis *T* ytis *M* | chyrom *T* chy-  
ron *MG* | heros *G* | et itis *T* et itys *M* et *om. G* 2 scribis  
*G* 4 decet] licet *T* | obrobrium *M* oprobrium *G*

LXXXVI [cxxxvi]

AD EVNVM QVI VXORIS SVAE INGVINA LAMBEBAT.

Eune, quod uxoris grauidae putria inguina lambis,  
Festinas glossas non natis tradere natis.

LXXXVII [cxxxvii]

AD EVNVM LIGVRITOREM PAEDAGOGVM.

Eunus Syriscus, inguinum ligurritor,  
Opieus magister (sic eum docet Phyllis) 5  
Muliebre membrum quadriangulum cernit:  
Triquetro coactu .Δ. litteram dicit.  
De ualle femorum altrinsecus pares rugas  
Mediumque, fissi rima qua patet, calle 10  
.Ψ. dicit esse: nam trifissilis forma est.  
Cui ipse linguam cum dedit suam, .Λ. est:  
Veramque in illis esse .Φ. notam sentit.  
Quid, imperite, .Ρ. putas ibi scriptum,  
Vbi locari .Ι. conuenit longum?  
Miselle doctor, .Β. tibi sit obsceno,  
Tuumque nomen .Θ. sectilis signet.

---

LXXXVI *inscr.* *G om. TM* 1 putria *Auantius p̄ia Z*  
(patria *G*) 2 aestiwas glosas *T* | credere *T*

LXXXVII *inscr.* *GM* (*Eunum om. M* | pedagogum liguri-  
torem *G*) *om. T* 1 liguritor *TG* 2 phillus *T<sup>1</sup>* phillis *T<sup>2</sup>M*

3 quadrangulum (al. i ss.) *T* quatriangulum *M* 4 triq3  
troco actu a littera dicit (eo in q3 al., tractu al. ss., a del.,  
Alpha *marg. rec.*, litterā et dicit al. corr.) *T* | triquatro *G* |  
.α. *G A M Δ Paris.* 5 feminum *Heinsius* 7 Y *TM del.*  
*et in marg. al. .Ψ. T Ψ G* | nam] man *T<sup>1</sup>* nam al. ss. 8  
a (*marg. al. .Δ.*) *T Λ M .A. G* 9 sentit notam *T* 10  
*Rho TM, al. P ss. T ρ G* 11 iota *Z I Toll* | longum *om.*  
*T<sup>1</sup>* solum add. *T<sup>2</sup>* 12 + Miscele *T* | oy *T<sup>1</sup>M ov G ⊙ al.*  
ss. *T<sup>2</sup>* | sit *om. T* | obscena *M* 13 Θ *MG et in T al. ss,*  
*Φ T<sup>1</sup>*

LXXXVIII [LXXVII]

AD CRISPAM QVAE A QVIBVSDAM DICEBATVR  
DEFORMIS.

Deformem quidam te dicunt, Crispa: ego istud  
Nescio: mi pulchra es, iudice me satis est.  
Quin etiam cupio, iunctus quia zelus amori est,  
Vt uideare aliis foeda, decora mihi.

LXXXVIII [LXXVIII]

QVALEM VELIT HABERE AMICAM.

Sit mihi talis amica uelim,  
Iurgia quae temere incipiat,  
Nec studeat quasi casta loqui;  
Pulcra procax petulante manu,  
Verbera quae ferat et regerat  
Caesaque ad oscula confugiat. 5  
Nam nisi moribus his fuerit:  
Casta modesta pudenter agens,  
Dicere abominor, uxor erit.

XC [LXXVIII]

EX GRAECO TRADVCTVM AD CVPIDINEM.

Hoc, quod amare uocant, solue aut misceto, Cupido:  
Aut neutrum flammis ure uel ure duo.

XC Anthol. Pal. V 68:

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ, οἵ δὲ Πολεμωνος του ποντικου  
Ἡ τὸ φιλεῖν περίγραψον, Ἔρως, δλον, ἡ τὸ φιλεῖσθαι  
πρόσθεξ, ἵν' ἡ λύσης τὸν πόθον ἡ κεράσης.

LXXXVIII *inscr. G om. TM* 1 at ego *Paris.* | si p. es  
i. me, satis est *Brandes*, si — me, satis es *Peiper* 3 quin]  
cum *T* | telus *T*

LXXXVIII *inscr. G om. TM* 7 hijs *T<sup>1</sup>* 8 prudenter  
*M* 9 abominor *M*

XC *inscr. G* Ex Graeco *M* Cupidini *p om. T* 1 misce  
*om. (precor ss. al.) M*

XCI [LXXX]

AD DIONEN DE AMORE SVO.

Aut restingue ignem, quo torreor, alma Dione,  
Aut transire iube: uel fac utrimque parem.

XCII [LXXXVIII]

DE IVRIS CONSVLTO QVI VXOREM HABEBAT  
ADVLTTERAM.

Iuris consulto, cui uiuit adultera coniunx,  
PAPIA lex placuit, IVLIA displicuit.  
Quaeritis, unde haec sit distantia? semiuir ipse  
SCANTINIAM metuens non metuit TITIAM.

XCIII [CXXII]

AD QVENDAM QVI LEVIA SIBI INGVINA FACIEBAT.

Inguina quod calido leuas tibi dropace, causa est:  
Irritant uolas leuia membra lupas.  
Sed quod et elixo plantaria podice uellis  
Et teris incusas pumice Clazomenas,  
Causa latet: bimarem nisi quod patientia morbum 5  
Adpetit et tergo femina, pube uir es.

XCIII [xc]

AD ZOILVM QVI VXOREM MOECHAM DVXERAT.

Semiuir uxorem duxisti, Zoile, moecham;  
O quantus fiet quaestus utrimque domi,

---

XCI Anthol. Pal. V 88 τοῦ αὐτοῦ (ΡΟΥΦΙΝΟΥ)  
Ἐλ δυσὶν οὐκ ἵσχυσας ἵσην φλόγα, πνεφόρε, καῦσαι,  
τὴν ἐνὶ καιομένην ἡ σβέσον ἡ μετάθεσ.

---

XCI *carmen om. M | inscr. G* (dionem *G*) Veneri *p, om. T*  
1 restringe *T* 2 face *Accursius | utriusque p utrumque T*  
utrunque *G*

XCII *inscr. G om. TM p* 1 consultor *p* 4 scatiniam  
*TGp* | ticiam *Gp*

XCIII *inscr. G om. TM* 1 Ininguina *T | calido om. M*  
2 membra *M* 4 inclusas *Z* incusas (*i. asperas*) *Scaliger*  
2, 21 | punice *MG* | claxomenas *MG* 6 appetit *Z | foemina T*

XCIII *inscr. G om. TM p* 1 semivir: v ex r pr. *T* |  
çoile *p* | moeccham *T mecham MGp* | utrinque *TG* utrumque *M*

Cum dabit uxori molitor tuus et tibi adulter,  
Quantum depensi damna pudoris ement!  
Sed modo quae uobis lucrosa libido uidetur, 5  
Iacturam senio mox subeunte feret:  
Incipient operas conducti uendere moechi,  
Quos modo munificos lena iuuenta tenet.

XCV [sciri]

PVLCHRVM DEI RESPONSVM.

Doctus Hylas caestu, Phegeus catus arte palaestrac,  
Clarus Olympiacis et Lycus in stadiis,  
An possent omnes uenturo uincere agone,  
Hammonem Libyaee consuluere deum.  
Sed deus, ut sapiens: 'Dabitur uictoria uobis 5  
Indubitata equidem, si caueatis' ait,  
'Ne quis Hylam caestu, ne quis certamine luctae  
Phegea, ne cursu te, Lyce, practereat.'

XCV Anthol. Pal. XI 163 ΛΟΥΚΙΑΛΙΟΥ

Πρὸς τὸν μάντιν Ὀλυμπὸν Ὄνησιμος ἥλθ' ὁ παλαιστὴς  
καὶ πένταθλος Ἄλες καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς  
Τίς μέλλει νικᾶν αὐτῶν τὸν ἀγῶνα θέλοντες  
γνῶναι· κάκεννος τοῖς ἱεροῖς ἐνιδών,  
'πάντες, ἔφη, νικᾶτε, μόνον μή τις σὲ παρέλθῃ,  
καὶ σὲ καταστρέψῃ, καὶ σὲ παρατροχάσῃ'.

4 quanto uel quanti Gronouius | dampna p | emunt Zp  
corr. Toll 7 hinc nouum carmen incipit in TGp (quod in-  
dicatur praefixo C in p) | inscr.: Quod erit exercitium iuuenium  
lasciuientium (lasciuorum T) in senectute TG om. p Incipient  
MT| moechi T mechi Mp 8 munificos: u ex o T| tenet] dabit T

XCV inscr. TG om. M (pulchrum om. T) 1 chilas M |  
cæstu ex cursu pr. T 2 olimpiacis M | est G | licus T | ijin  
(ij del.) T 3 uircere T 4 amonem T | lybiae T libiae M  
6 equidem T quidem MG 8 nec G | lice T

XCVI [xcvi]

〈DE HERMIONES ZONA.〉

Punica turgentes redimibat zona papillas  
Hermiones: zonae textum elegeon erat:  
‘Qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat, ames me  
Exemptio tuo neminem amare netes.’

XCVII [xcv] DE HYLA QVEM NAIADES RAPVERVNT.

Adspice, quam blandae necis ambitione fruatur  
Letifera experiens gaudia pulcher Hylas.  
Oscula et infestos inter moriturus amores  
Ancipites patitur Naidas Eumenidas.

XCVIII [xcvi] NYMPHIS QVAE HYLAM MERSERVNT.

Furitis procaces Naides  
Amore saeuo et irrito:  
Ephebus iste flos erit.

XCVIII [xcvi] AD NARCISSVM QVI SVI IPSIVS AMORE  
CAPTVS ERAT.

Si cuperes alium, posses, Narcisse, potiri.  
Nunc tibi amoris adest copia, fructus abest.

XCVI Anthol. Pal. V 158 Düb. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ

Ἐρμιόνη πιθαρῆ ποτ’ ἔγὼ συνέπαιζον, ἔχούσῃ  
ζωνίον ἐξ ἀρθέων ποικίλον, ὡς Παφίη,  
Χρύσεα γράμματ’ ἔχον· Ἰιόλον δ’, ἔγεγραπτο, φίλει με·  
καὶ μὴ λυπηθῆς, ἦν τις ἔχη μ’ ἔτερος.

XCVI *inscr. ed. Paris. om. Z* (*uersus uacuus, initialis minor non picta minio G*) 1 redimebat *M* 2 telum *G* | elegeon *Z* elegeion *Lugdun.* | *inter u. 2 et 3 uersus uacuus TG*

3 Quis (Q *minio scr.*) *T quis G*

XCVII *inscr. G de Hyla rapto T Hylae M* 1 aspice *Z* 2 laetifera *T* | pulcer *M* 4 nayadas *G*

XCVIII *inscr. Z (nimphis T)* 1 eritis *M* | naiades *T* nayades *G* 2 sequo *T*

XCVIII *inscr. G (sed De narciso G)*, Ad narcisum *T* Narciso *M* 1 possis *TG* | narcisse *TG* | potiri] uideri *T*

DE EODEM.

[xcviii]

Quid non ex huius forma pateretur amator,  
Ipse suam qui sic deperit effigiem?

I [xcviii]

DE ECHO DOLENTE PROPTER MORTEM NARCISSI.

Commoritur, Narcisse, tibi resonabilis Echo,  
Vocis ad extremos examinata modos,  
Et pereuntis adhuc gemitum resecuta querellis,  
Ultima nunc etiam uerba loquentis amat.

II [c] DE HERMAPHRODITO ET EIVS NATVRA.

Mercurio genitore satus, genetricce Cythere,  
Nominis ut mixti, sic corporis Hermaphroditus,  
Concretus sexu, sed non perfectus, utroque:  
Ambiguae Veneris, neutro potiendus amori.

CII Anthol. Pal. VIII 783 ΑΔΗΛΟΝ

εἰς Ἐρμαφρόδιτον ἐν λουτρῷ ἵστάμενον.

Ἄγδρασιν Ἐρμῆς εἴμι· γυναιξὶ δὲ Κύπρις ὄρῶμαι.  
ἀμφοτέρων δὲ φέρω σύμβολά μοι τοκέων.

τούτηνεν οὐκ ἀλόγως με τὸν Ἐρμαφρόδιτον ἔθεντο  
ἀνδρογύνοις λουτροῖς παῖδα τὸν ἀμφίβολον.

C inser. T Idem M De echo dolente propter mortem narcissi G

CI inser. T (echo T | narcisi T): in G coniunctum cum antecedenti carmen et eo translata inscriptio, Echo M 1 comoritur (m rubricator ss.) T | narcise G | echo TG 3 querellis G querelis TM

CII inser. TG (hermaphrodito TG), Hermaphrodito M 1 genitrice Z | cythere M 2 hermaphroditus TG herm afroditus M

CIII [cr]

DE CONIVNCTIONE SALMACIS CVM HERMAPHRODITO.

Salmacis optato concreta est nympha marito.

Felix uirgo, sibi si scit inesse uirum.

Et tu formosae, iuenis, permixte puellae

Bis felix, unum si licet esse duos.

CIII [cr] AD APOLLINEM DE DAPHNE FVGIENTE.

Pone arcum, Paean, celeresque reconde sagittas:

Non te uirgo fugit, sed tua tela timet.

CV [ciii]

DE DAPHNE TECTA CORTICE.

Inuide, cur properas, cortex, operire puellam?

Laurea debetur Phoebo, si uirgo negatur.

CVI [cviii]

IN SCABIOSVM POLYGITONEM.

Thermarum in solio si quis Polygitona uidit

Vlceru membrorum seabie putrefacta fouentem,

Praeposuit cunctis spectacula talia ludis.

Principio tremulis gannitibus aera pulsat

Verbaque lasciuos meretricum imitantia coetus

Vibrat et obscenae numeros pruriginis implet.

Brachia deinde rotat uelut enthea daemone Maenas;

CIII inscr. *TG om. M* (hermaphrodito *TG*), coniunctum  
cum superiore carmen in *TM*, rubricator seiunxit titulumque  
in marg. add. *T* 1 nimpha *T* 2 foelix *TG* 4 foelix  
*T* | scilicet *T*

CIII inscr. *TG* (sed Daphne puella *G*) In Apollinem *M*  
1 Paean] pennam *T*

CV inscr. *TG om. M* 2 necatur *G* | Finiunt epigram-  
mata marg. min. *T* Ansonii peonii poetae disertis epigram-  
matōn liber .I. finit *G*

CVI In scabiosum *M* poligitonem (polygitonem *G*) add.  
*TG* 1 poligitona *M* poligitona *T* 2 membrorum *M*  
3 proposuit *T* 5 cætus *T* cetus *M* 7 rotat] uibrat *T*

Pectus, crura, latus, uentrem, femora, inguina, suras,  
Tergum, colla, umeros, luteae Symplegadis antrum,  
Tam diuersa locis uaga carnificina pererrat, 10  
Donec marcentem calidi feroire lauaci  
Blandus letali soluat dulcedine morbus.  
Desectos sic fama uiros, ubi cassa libido  
Femineos coetus et non sua bella lacescit,  
Irrita uexato consumere gaudia lecto, 15  
Titillata breui cum iam sub fine uoluptas  
Feruet et ingestu peragit ludibria morsu:  
Torpida non aliter Polygiton membra resoluit.  
Et, quia debentur suprema piacula uitae,  
Ad Phlegethonteas sese iam praeparet undas. 20

VII—CXII [cviii—cxiii]

DE QVODAM SILVIO BONO QVI ERAT BRITO.

Siluius ille Bonus, qui carmina nostra lacescit,  
Nostra magis meruit disticha, Brito bonus.

VIII [cx]

Siluius hic Bonus est. 'Quis Siluius?' Iste Britannus.  
'Aut Brito hic non est Siluius, aut malus est.'

VIII [cx]

Siluius esse Bonus fertur ferturque Britannus: 5  
Quis credat ciuem degenerasse bonum?

---

8 foemora *T* 9 humeros *Z* | luctae *T* | simplegadis *TM*  
12 letali soluit *T* 14 foemineos *T* | cetus *TM* | lacescit  
15 consummere *T* 16 titilata *T* 17 ingestu *T* in-  
gesto *GM corr. Salmasius* 18 turpida *TM corr. Baehrens*  
turpia *G* | poligiton *T* poligiton *M* | menbra *M* 19 qua *M*  
20 flegetonteas (thon *G*) *Z* | preparat *TG* praeparat *M*

CVII—CXII De — Brito (Britto *G*) *TG om. M* et eius  
carmina lacessebat *add. G*; continua leguntur scriptura in *Z*,  
disiunxit Scaliger 1, 21

CVII 1 lacescit *T* 2 distica *TM* | britto semper *MG*

CVIII 1 iste bonus *T* hic bonus est *GM* | britannus *M*

CVIII 1 fertur *om. G* spatio relicto | ferturque] pariter-  
que *M* | britannus: u ex o *T*

CX [cxii]

Nemo bonus Brito est. si simplex Siluius esse  
Incipiat, simplex desinat esse bonus.

CXI [cxiii]

Siluius hic Bonus est, sed Brito est Siluius idem:  
Simplicior res est, credite, Brito malus. 10

CXII [cxiii]

Silui, Brito Bonus: quamuis homo non bonus esse  
Ferris nec <se quit> iungere Brito Bono.

---

CXII 2 feris *T* | se quit *Auantius*, om. *Z* (*spatio relicto G*) |  
bono *Lugdun.*, et homo *Z*

---

XX.

[419] AVSONII BVRDIGALENSIS VASATIS

GRATIARVM ACTIO

AD GRATIANVM IMPERATOREM

PRO CONSVLATV.

1 I. Ago tibi gratias, imperator Auguste; si possem,  
etiam referrem. sed neque tua fortuna desiderat re-  
munerandi uicem neque nostra suggerit restituendi  
facultatem. priuatorum ista copia est inter se esse  
munificos: tua beneficia ut maiestate praecellunt, ita 5  
2 mutuum non reposcunt. quod solum igitur nostrae  
opis est, gratias ago: uerum ita, ut apud deum fieri  
amat, sentiendo copiosius quam loquendo. atque non  
in sacrario [loco] imperialis oraculi, qui locus horrore  
tranquillo et pauore uenerabili raro eundem animum 10  
praestat et uultum tui; sed usquequa gratias ago,  
tum tacens, tum loquens, tum in coetu hominum, tum  
ipse mecum, et cum uoce patui, et cum meditatione  
secessi, omni loco actu habitu et tempore. nec mirum,

I BVRDIGALENSIS VASATIS] BVRDIGALIS VASSATIS MEDICI POETAE Z  
AC PRAECEPTORIS T G Incipit gratiarum actio dicta domino Grati-  
ano Augusto sub Ausonio v. c. pref. pret. & consul' ordin. M

1 imperator] mi p̄r (ss. im̄pr) T 2 refferrem T | neque —  
neque] n̄z — n̄z T nec — nec MG 4 iterese esse G  
9 loco T G modo M del. Peiper. 11 uultum tui T tui om. MG  
12 tacens] tacitus M | cetu TM 13 et tum uoce G

si ego terminum non statuo tam grata profitendi, cum 15  
 3 tu finem facere nescias honorandi. quis enim locus  
 est aut dies, qui non me huius aut similis gratula-  
 tionis admoneat? admoneat autem? o inertiam signi-  
 11 ficationis ignauae! quis, inquam, locus est, qui non  
 beneficiis tuis agitet, inflammet? nullus, inquam, im- 20  
 perator Auguste, quin admirandam speciem tuae nene-  
 rationis incutiat: non palatum, quod tu, cum terribile  
 acceperis, amabile praestitisti; non forum et basilicae,  
 olim negotiis plena, nunc uotis pro tua salute sus-  
 ceptis: nam de sua cui non te imperante securitas? 25  
 non curia honorificis modo laeta decretis, olim solli-  
 citis maesta querimonii; non publicum, in quo occur-  
 sus gaudentium plurimorum neminem patitur solum  
 4 gratulari; non domus commune secretum. lectus ipse,  
 ad quietem datus, beneficiorum tuorum reputatione 30  
 tranquillior. somnus, abolitor omnium, imagines tuas  
 offert. ista autem sedes honoris, sella curulis, gloriosa  
 pompis imperialis officii, in cuius me fastigio ex qua  
 mediocritate posuisti, quotiens a me cogitatur, uincor  
 magnitudine et redigor ad silentium, non oneratus 35  
 III 5 beneficiis, sed oppressus. ades enim locis omnibus,  
 nec iam miramur licentiam poetarum, qui omnia deo  
 plena dixerunt. spem superas, cupienda praeuenis,  
 uota praecurris: quaeque animi nostri celeritas diu-

---

37 Vergil. E III 60 Louis omnia plena

15 grate *Toll.* 18 inertiam *MG* inertia *T* 19 igna-  
 uiae *T* 20 agitet et inflammet  $\psi$  *Accursius* et *om. Z*  
 20 mi  $\overline{pr}$  *T* 23 prestisti *T* 24 plene *M* | uotis *T* uotis  
 uotis *MG* uotis uotisque *Vgoletus* otius uotisque *Haupt.* 26  
 sollicitis *T* 27 moesta *TG* 28 gaudentium *T* 29 comune *M*  
 | lentus *T* 32 offert *Toll* affert *Z* | ista] ipsa *Accursii ex-*  
*emplar uetus* 35 magnitudine et redigor] et *om. Souchay* rei  
 uel fortunae magnitudine *Heinsius* | oneratus *Schenkl* ingra-  
 tus *Z* ingrauatus *Peiper* *Dezeimeris* 37 licentiam *om. T*  
 39 nota *M* | diuinum  $\omega$  diuini *Bake Haupt*

num instar adfectat, beneficiis praeeuntibus anteceditur.<sup>59</sup>  
praestare tibi est, quam nobis optare, uelocius.

6 II. Ago igitur gratias, optime imperator. ac si quis  
hunc sermonem meum isdem uerbis tam saepe repe-  
titum inopiae loquentis adsignat, experiatur hoc idem  
7 persecui, et nihil poterit proferre facundius. aguntur<sup>45</sup>  
enim gratiae non propter maiestatis ambitum nec sine  
argumentis imperatori fortissimo: testis est uno pacat-  
tus in anno et Danuuii limes et Rheni; liberalissimo:  
ostentat hoc diues exercitus; indulgentissimo: doceat  
securitas erroris humani; consultissimo: probat hoc<sup>50</sup>  
tali principe oriens ordinatus; piissimo: huius uero  
laudis locupletissimum testimonium est pater diuinis  
honoribus consecratus, instar filii ad imperium frater  
adscitus, a contumelia belli patruus vindicatus, ad  
praefecturae collegium filius cum patre coniunctus, ad<sup>55</sup>  
III consulatum praeceptor electus. possum ire per omnes  
8 appellations tuas, quas olim uirtus dedit, quas proxime  
fortuna concessit, quas adhuc indulgentia diuina  
meditatur: uoca Germanicum ditione gentilium, Ala-  
mannicum traductione captorum, uincendo et ignoscendo<sup>60</sup>  
9 Sarmaticum; conecterem omnia merita uirtutis et co-

<sup>59</sup> cf. CIL VI, 1, 1175 (Orelli Inscr. coll. 1117) Fl. Gratianus .pius. felix. max. uictor. ac. triumf. semper. aug. pontif. maximus. Germanic. max. Alamann. max. Franc. max. Gothic. max. trib. pot. II. imp. II. cons. primum p.p.p. (a. 370)

40 affectat Z

II 42 mi p̄ T 43 hunc ω nunc *Souchay* | hisdem *T<sup>1</sup> M*  
hisdem *T<sup>2</sup>* iisdem *G* 44 assignat *Z* 45 persecui *TG* pro-  
sequi *M* | et *TM* sed *G* 46 nec *TG* neque *M* 48 ī anno  
<sup>i</sup> *T* in *om. MG* | danuuii *M* danubii *TG* | reno *M* 51 prin-  
cipe] particepe *M* | huius] hi' *M* 52 op̄lectissimum *T*  
54 assitus *G* | ad *ante praef.] ad M* 55 conuictus *M* 56  
electus (electus *T*) *Z* enectus *Acidalius* | possem *Acidalius*  
57 uirtus tua<sup>6</sup> *T* 59 uoca *Z* uocarem *Acidalius* uocare *Schenkl*  
| alamannicum *M* alemanicum *TG* 60 traductione *T* tradi-  
cione *M* 61 connecterem *Z* conectere *Schenkl*

gnomina felicitatis: sed alia est ista materia et suo parata secreto, cum placuerit signanter et breuiter omnia, quae nouimus, indicare nec persequi, ut qui terrarum orbem unius tabulae ambitu circumscribunt aliquanto detrimento magnitudinis, nullo dispendio 10 ueritatis. nunc autem, quod diei huius proprium, de consulatu gratias agam. sed procurrunt et aliae dignitates atque in uocem gratulationis erumpunt ac se 11 prius debere profitentur. tot gradus nomine comitis 70 propter tua incrementa congesti: ex tuo merito te ac patre principibus quaestura communis et tui tantum praefectura beneficii, quae et ipsa non uult uice simplici gratulari, liberalius diuisa quam iuncta: cum teneamus duo integrum, neuter desiderat separatum. 75

III. Sed illa, ut paulo ante promisi, habebunt sui 75 muneris peculiare secretum. consulatus hic meus orat 12 atque obsecrat, ut obnoxiam tibi uni sinas fieri eius dignitatem, quem omnibus praetulisti. quot quidem 13 et ipse sibi inuenit gradus! cum clarissimo uiro col- 80 lega meo honore coniunctus, nuncupatione praelatus, consul ego, imperator Augoste, munere tuo non passus saepa neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos: qui non prensauerim manus nec salutantium confusus occursu aut sua amicis nomina non reddiderim, aut aliena imposuerim: qui tribus non circumui, centurias non adulauit, uocatis classibus non intremui, nihil cum sequestre deposui, cum distributore nil pepigi. Romanus populus, Martius campus,

62 foelicitatis *T* 64 nec *TG* neque *M* 66 aliquando *Souchay* 68 consulatu *G* 69 ac] ad *G* 72 parte *G*

73 beneficiis *T* 75 desiderat *Z* desideret *Toll*

III 76 sui muneris *om.* *T* 78 obnoxium *T* 79 dignitate *T* | quot *Toll* quod *Z*, f. quod quidem et ipsum quot sibi i. g.

80 inuenit] iunxit *Haupt* 82 mi p̄ T | aug. *G* 84 pres-  
sauerim *TM* prensaueram *G* | salutatum *M* 86 aut ante  
aliena] ut *M* | circuin*i* *T* 87 uocatis] iure uocatis *Gracuius*

88 disposui *Schenkl* susp. | diribitore *Par.* 89 pepegi *T* |  
rom. *T*

VI 14 equester ordo, rostra, ouilia, senatus, curia, unus mihi 90  
omnia Gratianus. iure meo, Auguste maxime, adfir-  
mare possum incolumi omnium gratia, qui ad hunc  
honorem diuersa umquam uirtute uenerunt uenturique  
sunt (suus enim cuique animus, suum meritum sibique  
mens conscientia est), iure, inquam meo adfirmare possum 95  
15 me mihi uideri a ceteris esse secretum. sunt quos  
uotorum cruciat inanitas: non optauit; quos exerceat  
ambitus: non petiuit; qui adsiduitate exprimunt: non  
coegi; qui offeruntur occasione: non adfui; quos iuuat  
opulentia: obstat temporum disciplina: non emi, nec 100  
possum continentiam iactare: non habui. unum prae-  
stare temptauit, et hoc ipsum quasi meum vindicare  
non possum: in tua enim positum est opinione, si  
merui.

VII 16 IIII. Fecisti autem et facies alios quoque consules, 105  
piissime Gratiane, sed non et causa pari. uiros gloriae  
militaris: habent enim tecum, ut semper laboris, ita  
dignitatis plerumque consortium, uirtutis quam honoris  
antiquiore collegio; uiros nobilitatis antiquae: dantur  
enim multa nominibus et est fama pro merito; uiros 110  
fide inclitos et officiis probatos: quorum me etiamsi  
non secerno numero, tamen, quod ad honoris uiam  
17 pertinet, ratione dispertio. quartum hunc gradum noui  
beneficii tu, Auguste, constituis: differre tibi ipsi, quo  
alter ornetur, bona animi tui ad alienam referre pree- 115  
stantiam eruditionemque naturae, quam deo et patri  
et tibi debes, ad alterius efficaciam gratius retorquere

---

91 gratianus *om. T* | adfirmare] *M* 92 possum *om. T*  
95 affirmare *Z* 97 excruciat *M* 98 assiduitate *Z* 99  
afferuntur *T* | affui *Z* 102 temtaui *M* tentauit *G* | vindicare  
Sealiger uendicare *MG* iudicare *T* 103 oppinione *M*

III 105 autem] aut *T* | faciles quoque alios *M* 110  
enim *om. T* | fama *Peiper* roma *Z* stemma *Heinsius Haupt*,  
trabea *Vnger*, an Romae? 111 inclytos *TG* | etsi *G* 113  
quartum] quantum (*q̄tū*) *T* 114 beneficij] bñ offī *T* | tu]  
tui *Toll* | differre *Mommesen* deferre *Z* 117 efficaciam] gra-  
tiam *G* | gratius] rectius *G*

quam uerius. tua haec uerba sunt a te mihi scripta:  
 VIII SOLVERE TE, QVOD DEBEAS ET ADHVC DEBERE, QVOD  
 18 SOLVERIS. o mentis aureae dictum bratteatum! o de-  
 pectore candidissimo lactei sermonis alimoniam! quis-  
 quamne tam parcus est in ostentatione beneficii? quis-  
 quam pondus gratiae suae uim meriti profitetur alieni?  
 quisquam denique quod indulget, quasi ab obnoxio  
 19 deferatur, pretium manuult nocare quam donum? cer-  
 tent huic sententiae ueteres illi et Homerici oratores,  
 subtilis deducta oratione Menelaus et instar profundae  
 grandinis ductor Ithacensis et melleo delibutus elo-  
 quio iam tertiae Nestor aetatis: sed neque ille con-  
 cinnius eloquetur, qui se Laconica breuitate collegit,  
 nec ille contortius, qui cum sensibus uerba glomera-  
 uit, nec iste dulcior, cuius lenis oratio mulcendo po-  
 20 tius quam extorquendo persuasit. soluere te dicas,  
 VIII quod debeas et debitum esse, cum solueris. Auguste  
 iuuenis, caeli tibi et humani generis rector hoc tri-  
 buat, ut praelatus antiquis, quos etiam elegantia sen-  
 tentiae istius antecessisti, uincas propria singulorum:  
 in Menelao regiam dignationem, in Vlixe prudentiam,  
 in Nestore senectutem.

21 V. Subiciet aliquis: ista quidem adeptus es, sed

127 II. III 213 ἐπιτροχάδην . . . οὐδ' ἀφαμαρτοεπής

128 II. III 222 ἐπεια τιφάδεσσιν ἐοικόται χειμερίγησιν

129 II. I 249

138 II. III 215 ἦ καὶ γένει ὑστερος ἥεν; ibid. 216 πολύμη-  
τις . . . Ὀδυσσεύς; cf. II. I 250 sq.

119 debebas *G* 120 bracteatum *ω* (bractheatum *M*)

123 pondus *om. T* 124 ab *om. T* 128 ytacensis *M* hy-  
 tacensis *T* 129 concinuus *T* 131 neque *G* | cum sensibus]  
 -|sensibus *T* 132 iste *om. f* (= ed. *Ferrarii*) ille *Schenkl*  
*susp.* 134 debebas *Tf* debebas *MG?* 135 generis *G* *om. TM*  
*erux in marg. addita pr. m. T* | tribuebat *f* 136 etiam *post*  
*uineas transponit Acidalius* 137 istius *om. T* | accessisti *T*  
 138 regina *T* | ulisse *F*

V 140 subiciet *T* | quidem *T* equidem *MG*

effare, quo merito? quid me oneras, sciscitator? rationem felicitatis nemo reddit. deus et qui deo proximus tacito munera dispertit arbitrio et beneficiorum suorum indignatus per homines stare iudicium,  
22 manult de subditis deditse miraculum. quo, inquis, <sup>145</sup> merito? ego nullum scio, nisi quod tu, piissime imperator, debere te dicis: et hoc debere latissime pertinet, siue hoc eruditionis tuae faenus existimas, siue sine faenore gloriam liberalitatis affectas, sine te pondere conceptae sponsonis exoneras, seu fidei com-<sup>150</sup> missum patris exsoluis, seu magnanimitate caelesti,  
<sup>x</sup> 23 ostentatione suppressa, dei munus imitaris. debere te dicis. cui? quando? quo nomine? lege syngrapham, nomina creditorem; accepti et expensi tabulae conferantur: uidebis alio summae istius transire rationem. <sup>155</sup>  
24 tibi coepit deus debere pro nobis. quid autem mihi debes, gratissime imperator? patitur enim humanitas tua, ut praeter regias uirtutes priuata appellatione lauderis. quid tu mihi debes? et contra quid non ego tibi debeo? anne quod docui? hoc ego possum uerius <sup>160</sup> retorquere, dignum me habitum, qui docerem; tot facundia doctrinaque praestantes inclinata in me dignatione praeteritos, ut esset quem tu matura iam aetate succinctum per omnes honorum gradus festinata bonitate proueheres; timere ut uidereris, ne in me uita <sup>165</sup> deficeret, dum tibi adhuc aliquid, quod deberes praestare, superesset.

---

141 honeras *f* | scisitator *T* 142 foelicitatis *T* 145  
mauolt *M* 146 mi piissime *pr* *T* 148 foenus *f* foedus *T*  
149 foenore *Tf* | affectas *Z* 151 exoluis *f* 153 dici *T*  
cui? quo mō? qñ est? Lege *T* | simgraphum *T* | syngrafam *M*  
syngrapham *f* 154 creditorum *Heinsius* 156 debere deus *T*  
157 enim *om.* *T* 159 quid non] quod non *TM* 160 hoc  
ego] ego *om.* *T* 164 succinctum *M* subeinctum *f* 165 pro-  
ueheris *T* | timore *M*

XI VI. Negat Cicero consularis ultra se habere, quod  
25 cupiat. ego autem iam consul et senex adhuc audi-  
tatem meam fatebor. te uidere saepius in hoc magi-  
stratu, Gratiane, desidero, ut et sex Val. Coruini et  
septem C. Marii et cognominis tui Augusti tredecim  
26 consulatus unus aequiperes. plures tibi potest aetas  
et fortuna tua praestare; uerum ego in numero par-  
cior, quia tu in munere liberalior: ipsum enim te  
saepius hoc honore defraudas, ut et aliis largiaris.  
27 scis enim, imperator doctissime (rursum enim utar  
laude priuata), scis, inquam, septem ac decem Domi-  
tiani consulatus, quos ille inuidia alios prouehendi  
continuando conseruit, ita in eius auiditate derisos, ut  
haec eum pagina fastorum suorum, immo fastidiorum,  
XII fecerit insolentem nec potuerit praestare felicem. quod  
28 si principi honoris istius temperata et quae uocatur  
aurea debet esse mediocritas, quid priuati status ho-  
minibus, quid aequanimis, quid iam senibus erga se  
29 oportet esse moderaminis? ego quidem, quod ad ho-  
nores meos pertinet, et uota saturauit: tu tamen,  
imperator optime, tu piissime, tu quem non fatigat

---

168 Cicero pro Planc. 25, 60 honorum populi finis est con-  
sulatus.

171 Coruini] Cicero de sen. 60

172 tredecim] Sueton. D. August. 26

173 Domitianij] Sueton. Domit. 13 consulatus septemdecim  
cepit ... ex quibus septem medio continuavit. Plin. paneg. 58  
non te ad exemplum eius uoco qui continuis consulatibus fe-  
cerat longum quendam et sine discriminé annum.

174 Horat. C. II 10 auream . . . mediocritatem.

---

VI 170 meam iam G 171 Gratiae] marciane T | ual.  
coruini T G coruini ual' M | C. T G. M gaii f 172 xiiij. T  
173 aequipares M | tibi plures Vgoletus | aetas et fortuna tua G  
174 partior T 177 mi p̄ T 178 ac] atque M | domi-  
ciani T 179 alios T alteros MG 181 haec] hoc f | eum]  
cum M | imo Mf 182 foelicem T 184 debet] dʒ T det f  
status] stans f 185 quid ante priuati] q T qui M? | iam]  
etiam T | ergo T 188 mi p̄ T | tu] ut T

liberalitas, nisi quando cessauit: tu, inquam, indulgentissime Gratiane, ut ad beneficiendum subito es <sup>19</sup> necopinus ingenio, adhuc aliquid, quod hoc nomine mihi praestetur, inuenies. inuenies? sic intellexere omnes, sic nobis ordinem ipse fecisti, sic amicus deo es, ut a te iam impetratum sit, quod optatur, a quo et quod nondum optamus, adipiscimur.

195

<sup>xiii</sup> <sup>30</sup> VII. Et rursum aliquis adiciet aut sermone libere aut cogitatione liberius: nonne olim et apud ueteres multi eiusdem modi doctores fuerunt? an tu solus <sup>31</sup> praceptor Augusti? immo ego cum multis coniunctus officio, sed cum paucissimis secretus exemplo. nolo <sup>200</sup> Constantini temporum taxare collegas: Caesares docebantur. superiora contingam. diues Seneca, nec tamen consul, arguetur rectius quam praedicabitur non erudiisse indolem Neronis, sed armasse saeuitiam. Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus <sup>205</sup> honestamenta nominis potius uidetur quam insignia potestatis habuisse. quo modo Titianus magister, sed gloriosus ille, municipalem scholam apud Visontionem Lugdunumque uariando non aetate equidem, sed uilitate consenuit. unica mihi et amplectenda est Fron- <sup>210</sup> <sup>32</sup> tonis imitatio: quem tamen Augusti magistrum sic consulatus ornauit, ut praefectura non cingeret. sed consulatus ille cuius modi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus, quaerendum ut reliquerit tantus orator, quibus con- <sup>215</sup>

---

204 Quintilian. inst. IIII pr. 2 cf. Sueton. Domit. 15

---

190 subdito *T*      192 inuenies. inuenies *Z* inuenis *Toll* |  
intellē *T*

VII 196 et *Z* at uel sed *Acidalius*, en *Sebis*. | adiiciat  
*Souchay* obiiciet *Acidalius* 198 eius modi *ψ* 199 imo *MG*  
201 taxare *ψ* taxabe *Z* 203 s; *T* 204 sceuiciam *T* |  
quintillianus *M* 207 et Titianus *Toll* et *om. Z* | *ticianus Z*  
208 scolam *TM* 209 equidem] jequidem *T* quidem *G*  
210 et *Z* *om. Paris.* 211 sic] si *M* 212 praefecturam *T* |  
sed et consulatus ipse *Acidalius* 213 bimestri *Z corr. ψ*

33 sulibus gesserit consulatum. ecce aliud, quod aliquis  
opponat: in tanti te ergo oratoris fastigium gloriosus  
attollis? cui talia requirenti respondebo breuiter: non  
ego me contendo Frontoni, sed Antonino preefero  
34 Gratianum. celebrant equidem sollemnes istos dies 220  
omnes ubique urbes, quae sub legibus agunt, et Roma  
de more et Constantinopolis de imitatione et Anti-  
ochia pro luxu et Carthago discineta et donum fluminis  
Alexandria: sed Treueri principis beneficio et mox  
cum ipso auctore beneficii. loca inter se distant, uota 225  
<sup>xv</sup> consentiunt. unus in ore omnium Gratianus, potestate  
35 imperator, uirtute uictor, Augustus sanctitate, pon-  
tifex religione, indulgentia pater, aetate filius, pietate  
utrumque.

36 VIII. Non possum fidei causa ostendere imagines 230  
maiorum meorum, ut ait apud Sallustium Marins, nec  
deductum ab heroibus genus uel deorum stemma  
replicare, nec ignotas opes et patrimonia sparsa sub  
regnis: sed ea, quae nota sunt, dicere potius, quam  
praedicare: patriam non obscuram, familiam non paeni- 235  
tendam, domum innocentem, innocentiam non coactam,  
angustas opes, uernmtamen libris et litteris dilatatas,  
frugalitatem sine sordibus, ingenium liberale, animum  
non inliberalem, uictum, uestitum, supellecilem munda,

227 uid. ad 59

230 Sallustius Iug. 85, 29: non possum fidei causa imagi-  
nes neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare.

217 te ergo *T* ergo te *MG* 218 attolis *M* | te glorio-  
sus *G* 219 Frontoni *Vgoletus* frontonis *Z* 220 equidem *Z*  
celebrante quidem *TG*) quidem *Vgoletus* | solemnes *MG* solen-  
nes *T* 221 omnis *G* 222 constaniopolis *G* | et *Toll*, *om.* *Z*  
anthiochia *MG* 223 cartago *M* | discineta *Auantius* distineta *Z*  
donum *TM* domum *G* domus *Auantius* 224 Treuiri *G*  
227 uirtor *T* 229 utrumque *G*

VIII 231 salnstium *Z* 232 ab *om.* *G* | uel *Pipet*, ad *Z*  
uel adeo *Schenkl* 235 poenitendam *T* 237 litteris] *l̄is* *T*  
litteris *M* liberis *G* | dilatas *G* 239 inliberalem] *M* | sup-  
pellectilem *T* supellecilem *G*

non splendida: ueteribus ut illis consulibus (excepta, 240  
quae tum erat, bellicarum conlatione uirtutum) si quis  
me conferre dignetur, seponat opulentiam non dero-  
xvi gaturus industriam. uerum quoniam gratiis agendis  
37 iamdudum succumbo materiae: tu orationi meae, Gra-

38 tiane, succede. tu, Gratiane, qui hoc nomen sic per 245  
fortunam adeptus es, ut nemo uerius ambitione quae-  
sierit: neque enim iustius Metellus cognomento Pius  
patre reuocato, qui esset impius exulante; aut uerius  
Sulla Felix, qui felicior ante, quam uocaretur; quam  
tu, Gratianus: cui et hoc nomen est, et illa Metelli 250

39 Sullaeque cognomina. tu, inquam, Gratiane, qui hoc  
non singulis factis, sed perpetua gratae agendi beni-  
gnitate meruisti; cui, nisi ab auro deductum esset, ab  
omnibus adderetur: tu ipse tibi, inquam, pro me gra-  
tiam refer, tu tuaeque uirtutes: bonitas, qua in omnes 255

prolixus es, perpetuus in me; pietas, qua orbem tuum  
temperas, quam in ulciscendo patruo probas, tuendo  
in fratre cumulas, ornando in paeceptore multiplicas.

xvii 40 agat gratias clementia, quam humano generi impertis;  
liberalitas, qua ditas omnes; fortitudo, qua uincis, et 260  
mens ista aurea, quam de communi deo plus quam  
unus hausisti. agant et pro me gratias noces omnium  
Galliarum, quarum praefecto hanc honorificentiam  
detulisti. ultra progredior, et hoc quia debere te  
dicis: agat, quae optime agere potest, uox ista, quam 265  
docui.

41 VIII. Iamdudum autem quam grati animi, tam

---

241 tū tum T | erat Z erant *Auantius, Acidalius* | bellicarum] belliarum G belcarum (*marg. pr. .pu. bellicarum collatōe*)  
T galliarum f | cōlatione T cōllatione G 242 confere G

243 grīs T 244 subcumbo G 245 // succede gratiane T  
247 iustus M 249 sillā T M syllā G | foelix T | foelicio T

250 cui] qui G | syllae G | sillae M scillae T 254 homi-  
nibus M 257 qua] quā G | quamque *Vgoletus* 259 īpartis M  
impartis G 260 omnes] oīns T 261 qua de G | comuni G

262 nnus Z ullus *Paris.* | noces om. M

VIII 267 tamen M

sermonis exigui, ut supra dictum est, succumbo materiae, neque adhuc illa perstrinxii, quae ne infantissimus quidem, nisi idem impiissimus, eminentia per famam et omnium gaudiis testata supprimeret; quae supra uires dicendi meas posita cunctor attingere, aut ingrati crimine arguendus aut temerarii professione culpandus: tamen, alterum cum subeundum sit, audaciam quam malevolentiam malo reprehendi. tu, Auguste

XVIII<sup>42</sup> 275 uenerabilis, districtus maximo bello, adsulantibus tot milibus barbarorum, quot Danuui ora praetexitur, comitia consulatus mei armatus exerces. tributa ista quod in urbe Sirmio geruntur, an, ut quod in pro-  
43 280 cinctu, centuriata dicentur? an ut quondam pontifica-  
lia uocabuntur, sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio? sic potius, sic uocentur, quae tu  
pontifex maximus deo participatus habuisti. non est ingenii mei, piissime imperator, talia comminisci.  
uerba sunt litterarum tuarum: quibus apud me auctoritatem summi numinis et tuae uoluntatis amplificas.  
sic enim loqueris: CVM DE CONSVLIBVS IN ANNVM  
CREANDIS SOLVS MECVM VOLVTAREM, VT ME NOSTI  
ATQVE VT FACERE DEBVI ET VELLE TE SCIVI, CON-  
SILIVM MEVM AD DEVVM RETVLI. EIVS AVCTORITATI  
OBSECVTVS TE CONSULEM DESIGNAVI ET DECLARAVI  
XVIIII<sup>44</sup> 290 ET PRIOREM NVNCVPAVI. cuius orationis ordo lucidior?  
quae doctrina tam diligens propriis comitiorum uerbis  
loqui nec uocabulis moris antiqui nomina peregrina  
miscere? ualete modo, classes populi et urbanarum

---

268 subcumbo *MG* 270 impiissimis *G* 271 supprime-  
ret *M* 272 conetur *G* 273 camine *M* | themerarii *M*  
275 maliuolentiam *MG* 276 districtus *ψ* destictus *Z* (de-  
dictus *M*) | adsulantibus] *M* 277 millibus *TM* | quot *T*  
quibus *MG* | danubii *TG* 279 syrmio *MG* | ut quod *Z*  
ut *del. Paris. Acidalius* | procinctu *M* praeinctu *TG* 281 uoce-  
etur *MG* 283 pont. max. *T* 284 imp. *G* 285 quibus]  
q *T* 286 et tuae] et ut tuae *G* et nim tuae *Toll* 288  
creandis *om.* *T* 289 atque *Z del. Toll* | ut] aut *G* | et] ut *G*  
290 deum] dominum *T*

tribuum praerogatiuae et centuriae iure uocatae. quae comitia pleniora umquam fuerunt quam quibus praestitit deus consilium, imperator obsequium?

X. Et nunc ego, piissime imperator, ne fastigium auditorii sacri, dictorum tuorum timidus interpres, offendam, diuinitatis tuae pro! leui cum piaculo uerba transcurro. CVM DE CONSVLIBVS, inquis, IN ANNVM CREANDIS: erudita uox et cura solleminis! MECVM VOLVTAREM: o profundi altitudo secreti! habes ergo consiliatorem et non metuis proditorem. VT ME NOSTI: quid familiarius, VT FACERE DEBVI: quid constantius, VT VELLE TE SCIVI: quid dici blandius potest? CONSILIVM MEVM AD DEVVM RETVLI. et quemadmodum SOLVS, cui praesto est tam grande consilium? an pleniū cum senatu, cum equestri ordine, cum plebe Romana, cum exercitu tuo et prouinciis omnibus de liberasses? CONSILIVM MEVM AD DEVVM RETVLI. non ut, credo, nouum sumeres, sed ut sanctius fieret, quod uolebas. EIVS AVCTORITATI OBSECVTVS: scilicet ut in consecrando patre, in ulciscendo patruo, in cooptando fratre fecisti. TE CONSULEM DESIGNAVI ET DECLARAVI ET PRIOREM NVNCVPAVI. quis haec uerba te docuit? ego tam propria et tam Latina nesciui. DESIGNAVI ET DECLARAVI ET NVNCVPAVI. non fit hoc temere. habet moras suas dispartitis gradibus tam matura cunctatio. has ego litteras tuas si in omnibus pilis

---

296 uocatae <i>G</i> reuocatae <i>TM</i>	297 unquam <i>TG</i>	298
conscilium <i>M</i>		

X 299 .imp. <i>G</i>   fastigium <i>Auantius</i> fastidium <i>Z</i>	301 pro leui <i>Peiper</i> prolem <i>TG</i> propere ( <i>ppe</i> ) <i>M</i> prope <i>ψ</i>	303 solemnis <i>MG</i> solennis <i>T</i>   mecum] solus mecum <i>Auantius</i>
altitudo: o ex i <i>M</i>   secreti <i>MG</i> consili T	305 et non et non <i>T</i>	304
ut nosti me <i>T</i>   ut me nosti. ut facere debui. ut uelle te sciui.		
Quid familiarius? quid constantius? quid dici etc. <i>G</i>		309
concilium <i>TG</i>	313 sūmeres <i>M</i>	314 silicet <i>G</i>
tu <i>G</i>	320 habet] h̄t h̄t <i>T</i>   dispartitis <i>G</i>	316 te]
om. <i>G</i>	321 si in]	321 si

atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti pendere mandauero, nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae libellorum?

51 XI. Sed ad blandiora festino. ab hac enim litterarum ad me datarum parte digressus, eo quoque descendisti, ut quaereres, qualis ad me trabea mittetur. omne largitionum tuarum ministerium sollicitudine fatigasti. non ergo supra consulatum mihi est adhibita per te cura tam diligens, pro me cura 325  
52 tam felix? in Illyrico arma quatuntur: tu mea causa per Gallias ciuilium decorum indumenta dispensas, loricatus de toga mea tractas, in procinctu et cum maxime dimicaturus palmatae uestis meae ornamenta disponis: feliciter et bono omne. namque iste habi- 330  
XXII 53 phantis. parum est, si, qualis ad me trabea mittatur, interroges: te coram promi iubes. nec satis habes, ut largitionum ministri ex more fungantur: eligis ipse de multis et, cum elegeris, munera tua uerborum 340 honore prosequeris. PALMATAM, inquis, TIBI MISI, IN QVA DIVVS CONSTANTIVS PARENT NOSTER INTEXTVS EST. me beatum, cuius insignibus talis cura praestatur! haec plane, haec est picta, ut dicitur, uestis, non  
54 magis auro suo quam tuis uerbis. sed multo plura 345 sunt in eius ornatu, quae per te instructus intellego. geminum quippe in uno habitu radiat nomen Augusti. Constantius in arguento uestis intexitur, Gratianus in muneris honore sentitur.

XXIII 55 XII. Accessit tam inpenso beneficio tuo pondus 350

<sup>1<sup>te</sup></sup> 323 nonne (*pr. ss.*) *T*

XI 326 prate *M* 327 descendisti *G* 330 perte] partē *G*  
331 foelix *T* | illirico *Z* 332 decorum] de quorum *M* de quo-  
rum *G* 333 procinctu *M* 334 uestis susp. *Acidalio* 335  
foeliciter *T* 337 parum] purum *G* 342 constantinus *MG?*  
343 talis uestis cura *T* | praestetur *G* 346 instructus *G* |  
intelligo *Z* 347 radiat] gemiat (radiat *pr. marg.*) *T*  
348 constantinus *G* XII 350 inpenso] *M*

quorundam sciscitatione cumulatum. interrogatus, quem priorem decerneres consulem, NEC DVBITANDVM esse dixisti tu, et qui tecum boni sunt, dubitare non poterant. sed tamen ad hoc dictum erexerant animos, qui libenter clarissimum uirum collegam meum, quem 355 praesentem habebat occasio, praelatum credidissent. 6 fatigantes tamen, quod intellexerant, requirebant. hic tu, sicut mihi renuntiatum est, noto illo pudore tuo paulisper haesisti non rationis ambiguus, sed eorum dubitationem uultu et rubore condemnans, qui studium 360 suum interpretationis errore palpabant. deinde illico subdidisti: QVID DE DVOBVS CONSVLIBVS DESIGNATIS QVAERITIS, QVIS ORDO SIT NVNCVPATIONIS? ANNE 7 ALIVS QVAM QVEM PRAEFECTVRA CONSTITVIT? o felicem uerecundiam tuam, cui ista popularis ratio tam 365 II prudenter occurrit! seisti aliud, Gratiane, quod dices: sed propter quorundam uerecundiam dicere noluisti. scopolosus hic mihi locus est et propter eam, quam numquam appetiui, gloriam, recusandus. cum prior renuntiatus sim, satis est tuum tenere iudicium: inter- 370 8 pretes ualete meritorum. neque autem ego, sacratissime imperator, in tenui beneficio gradum nuncupationis amplector. non est haec gloria ignota Ciceroni: praetorem me, inquit, populus Romanus primum fecit, consulem priorem. ex ipsa eius sententia intellegitur 375 commendabilius uni uideri quam pluribus esse pae-

374 Cicero in Pisonem 1, 2: me . . . praetorem primum . . . populus Romanus faciebat 3 me . . . uniuersa ciuitas . . . priorem consulem declarauit.

351 quorundam G | siscitatione T | interrogatus Z 353  
dixisti. Tu & qui T 357 intelexerant G 358 mihi] mei G  
360 robore T pr. c. | condempnans M 364 alius M alium  
TG | foelicem T om. G 365 uerecondiam G 367 quorundam M | uerecondiam G | uoluisti G 368 scrupulosus *Auan-tius* 369 nunquam G | appetiui Z 370 interpretes M 372  
im. G 373 non Z num *Vgoletus* 374 .po. Ro. G 375 intelligitur Z 376 uni *Peiper* ei Z ei uideri uni quam pluri-  
bus *Ferrarius*

positum. nulla enim est equidem contumelia secundi,  
sed in duobus gloria magna praelati.

xxv XIII. Alexandri Macedonis hoc fertur, cum legisset  
59 illos uersus Homericos, quibus Hectore prouocante de  
nouem ducibus, qui omnes pugnare cupiebant, unum  
deligi placeret sortis euentu, trepida ubi contentione  
uotorum Iouem optimum maximum totus precatur  
exercitus, ut Aiacem uel Tydei filium aut ipsum regem  
ditium Mycenarum sortiri patiatur Agamemnonem:  
occiderem, inquit, illum, qui me tertium nominasset.  
60 o magnanimitatem fortissimi uiri! nominari inter no-  
uem tertius recusabat; ubi certe pluribus antecelleret  
quam subesset. quanta hic uerecundia grauaretur  
posterior de duobus? est enim in hoc numero arduae  
plena dignationis electio. cum uniuersis mortalibus  
duo, qui fiant consules, paeferuntur, qui alteri pae-  
xxvi ponitur, non uni, sed omnibus antefertur. expectare  
61 nunc aures praesentium scio et eminere in omnium  
uultu intellego, quod desiderio concipiatur animorum.  
existimant enim, cum ea, quae ad grates agendas  
pertinebant, summatis et tenuiore filo, sicut dicitur,  
deducta libauerim, aliqua me etiam de maiestatis tuae  
62 laudibus debere perstringere. quamquam me istam  
dixerim seposuisse materiam et in tempus aliud reser-  
uare. nihilominus tamen, ut nunc aliqua contingam,  
nutu et prope murmure cohortantur. itaque faciam,  
quando cogunt uolentem, sed maioribus separatis

380 Iliad. VII 177 sqq.

397 Horat. ep. II 1, 225 tenui deducta poemata filo.

377 enim *om.* *M* | equidem *Z* quidem *Auantius* 378 in  
duobus *TM* in *om.* *G* ex duobus *Ferrarius*

XIII 380 homericos uersus *MG* | de *TM* *om.* *G* e *Ferrarius*  
382 contentione *T* conceptione *MG* 384 tidei *TM* 385  
micenarum *Z* | sortiri *G* sorti *TM* 390 ardua plane *Acidalius*

395 intelligo *Z* | quod *Z* quid *Acidalius* | concepiantur *MG*  
397 pertinebat *G* | et tenuiore] et ore *Z* tenniore *Auantius*  
(*abieicto* et), et *seruauit*. | sicut *TM* fit *G* ut *Ferrarius*

tenuiora memorabo, nulla spe ad plenum exequendi,  
sed uniuersi ut intellegant eorum, quae inter . . . 405  
praedicanda sunt, a me poscendam esse notitiam, ab  
aliis dignitatem. nec excellentia, sed cotidiana tractabo.

xviii      XIII. Nullum tu umquam diem ab adulescentia  
63 tua nisi adorato dei numine et reus uoti et illico  
absolutus egisti, lautis manibus, mente pura, inmacu- 410  
labili conscientia et, quod in paucis est, cogitatione  
64 sincera. cuius autem umquam egressus auspicatior  
fuit aut incessus modestior aut habitudo cohibitior  
aut familiaris habitus condecentior aut militaris ac-  
cinctior? in exercendo corpore quis cursum tam per- 415  
niciter incitauit? quis palaestram tam lubricus ex-  
pediuit? quis saltum in tam sublime collegit? nemo  
adductius iacula contorsit, nemo spicula crebrius iecit  
65 aut certius destinata percussit. mirabamur poetam,  
qui infrenos dixerat Numidas, et alterum, qui ita 420  
collegerat, ut diceret in equitando uerbera et praee-  
cepta esse fugae et praecepta sistendi. obscurum hoc  
nobis legentibus erat: intellectimus te uidentes, cum  
idem arcum intenderes et habenas remitteres aut  
equum segnius euntem uerbere concitares uel eodem 425  
uerbere intemperantiam coherceres. qui te uisi sunt  
hoc docuisse, non faciunt: immo qui uisi sunt docuisse,  
66 nunc discunt. in cibis autem cuius sacerdotis absti-  
nentior caerimonia? in uino cuius mensa fruga-

420 Vergil. A IIII 41 Numidae infreni.

421 Nemesiani Cyneg. 268 Verbera sunt praecepta fugae,  
sunt uerbera freni.

405 intelligent *Z* | inter *T M* intus *G* in te *ψ*, *f.* inter prae-  
cipua 407 quotidiana *TG*

XIII 408 unquam *T* (*n ex m pr.*), *G* | adolescentia *Z*  
410 inmaculabilis] *MG* (*in mac. G*) 412 unquam *TG* 414  
habitus familiaris *M* | decentior *M* 416 palestram *TG* |  
expediuntur *M* 417 collegitur *M* 418 abductus *G* 420  
infrenes *M* 426 intemperantiam: in *ex im pr.* *T* | coerces-  
res *G* 427 hoc] haec *M* | imo *M*

lior? operto conclavis tui non sanctior ara Vestalis, 430  
non pontificis cubile castius nec puluinar flaminis tam  
67 pudicum. in officiis amicorum non dico paria reddis:  
anteuenis et, quotiens in obsequendo praecedimus,  
erubescis pudore tam obnoxio, quam in nobis esse  
xxviii deberet ab imperatore praeuentis. in illa uero sede, 435  
ut ex more loquimur, consistorii, ut ego sentio, sa-  
crarii tui, nullus umquam superiorum aut dicenda  
pensius cogitauit aut consultius cogitata disposita aut  
disposita maturius expedituit.

68 XV. Et aliqua de oratoriis uirtutibus tuis dicerem, 440  
nisi uererer mihi gratificari. non enim Sulpicius acrior  
in contionibus nec maioris Gracchi commendabilior  
modestia fuit nec patris tui grauior auctoritas. qui  
tenor uocis, cum incitata pronuntias; quae inflexio,  
cum remissa; quae temperatio, cum utraque dispensas! 445  
quis oratorum laeta iucundius, facunda cultius, pugna-  
tia densius, densata glomerosius aut dixit aut, quod  
69 est liberum, cogitauit? uellem, si rerum natura pate-  
retur, Xenophon Attice, in aeuum nostrum uenires,  
tu, qui ad Cyri uirtutes exequendas uotum potius, 450  
quam historiam commodasti: cum dices, non qualis

441 Cic. de or. III 31 cf. II 88

450 Cicero ep. ad Quintum fr. I 1, 8 (23): Cyrus ille a  
Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem  
iusti imperii.

431 nec *ante* puluinar] <sup>ne</sup> nō pr. corr. T | flāmis M 432  
nō in officiis T | p̄nia M | reddis *Acidalius*, redi Z 433  
praecedimus] praeuenimus M 435 praeuenti M 436 sa-  
crarii: tui nullus T 437 unquam TG

XV 440 aliq G | tuis uirtutibus M 441 uererer M  
sulpitius Z 442 contionibus] TG 444 pronuncias TG |  
inflexo M ī felixio G 446 iocundius TM | facundia M  
<sup>osius</sup>

447 glomeratus G glomerati' (pr. osius ss.) T glomerosius M

448 liberius *Acidalius* | rerum] uerum G 449 Xenóphon  
actice T | in eum G 450 quid ad G | ciri T 451 histo-  
riam M | comodasti T

xxx esset, sed qualis esse deberet. si nunc in tempora  
ista procederes, in nostro Gratiano cerneret, quod in  
70 Cyro tuo non uideras, sed optabas. atque ista omnia,  
quae punctis quibusdam acuminata signauit, si facundia 455  
pro uoluntate suppeteret, quamquam non copiosius,  
exequerer, ubertatem stilo rerum magnitudine sugge-  
rente. sed nec huius diei nec huius ista materiae.  
qui dicturi estis laudes principis nostri, habetis uelut  
seminarium, unde orationum uestrarum iugera com- 460  
pleatis. ego ista perstrinxii atque, ut sciunt omnes,  
possum uideri familiaris notitiae secretus interpres  
domestica istaec non tam praedicare quam prodere.  
atque ut ista dixi de cognitis mihi atque intra aulam  
familiaribus, possem et foris celebrata memorare, nisi 465

xxxi 71 omnia omnes et separatim sibi quisque nouisset. pos-  
sem pari breuitate dicere, qua superiora: EMENDATIS-  
SIMI VIRI EST PIGENDA NON FACERE: at tu numquam  
paenitenda fecisti et semper ueniam paenitentibus ob-  
tulisti. PVLCHRVM EST INDVLGERE TIMENTIBVS: sed 470  
tu perpetuae bonitatis edictis occurristi omnibus, ne  
timerent. MAGNIFICVM LARGIRI HONORES: tu hono-  
ratos et liberalitate ditasti. LAVDABILE EST IMPERA-  
TOREM FACILES INTERPELLANTIBVS PRAEBERE ADITVS  
NEC DE OCCUPATIONE CAVSARI: tu confirmas adire 475  
cunctantes; et iam querimoniis explicatis, ne quid  
adhuc sileatur, interrogas.

72 XVI. Celebre fuit Titi Caesaris dictum, PERDIDISSE

478 Sueton. Tit. c. 8

453 in Cyro] in om. G 454 ciro T 455 quae] qua G  
quasi *Vgoletus* quae quasi *Toll* 456 quamquam G et quamquam  
*Acidalius* | copiosius T copiosus MG 458 neque huius M  
459 dicituri M | principi G 465 celebritate T 467 qua  
add. *Acidalius*, om. Z 468 pigenda Z (pingenda M) poe-  
nitenda *Paris*. | nunquam G 469 poenitenda et poenitentibus T

471 occuristi G 472 magificum G magnificum est *Souchay*  
est om. Z 474 additus G 476 et iam T 477 sileatu M  
scileatur M | interrogas Z

XVI 478 Caesares G

SE DIEM, QVO NIHIL BONI FECERAT; sed celebre fuit,  
quia Vespasiani successor dixerat, cuius nimia parsimonia et austeras uix ferenda miram fecerat filii  
lenitatem. tu Valentianus genitus, cuius alta bonitas,  
praesens comitas, temperata seueritas fuit, parto et  
condito optimo reipublicae statu, intellegis posse te  
esse lenissimum sine dispendio disciplinae. neque uero unum aliquod bonum uno die praestas: sed indulgentias singulares per singula horarum momenta multiplicas. uel illud unum cuius modi est de condonatis residuis tributorum? quod tu quam cumulata bonitate fecisti! quis umquam imperatorum hoc prouinciis suis aut uberiore indulgentia dedit, aut certiore securitate prospexit, aut prudentia consultiore muniuit? fecerat et Traianus olim, sed partibus retentis non habebat tantam oblectationem concessi debiti portio, quanta suberat amaritudo seruati. et Antoninus indulserat, sed imperii, non beneficii successor inuidit, qui ex documentis tabulisque populi condonata repetiuit. tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iussisti.  
uidere in suis quaeque foris omnes ciuitates conflagrationem salubris incendii. ardebat stirpes fraudum ueterum: ardebat semina futurarum. iam se cum puluere fauilla miscuerat, iam nubibus fumus se inuoluerat: et adhuc obnoxii in paginis concrematis ductus apicum et sestertiorum notas cum substantiolae

479 nil *M* 480 uespaxiani *T* uespaxiani *M* | nimia *om.* *T*  
481 fereudā *M* 482 ualentiano *TG* 484 optimo *T* optimae *M* optime *G* | rei .p. *T* rei pu. *M* | intelligis *Z* 485  
leuissimum *M* 487 singulares *T* seculares *MG* 490 unquam *Z* | imperatorem *G* | suis] suit *M* 491 tyrayanus *M*  
493 recentis *G* 495 — 570 (Et Antoninus — eibi) *iterum excidit folium exempli Vindobonensis G* 495 indulxerat *M*  
497 populi *om.* *M* populis *Mommsen* populo *Schenkl* | repeatunt *M* 499 conflagrationem *M* 500 stupes *M* | fraudum *G*  
501 semina *T* seminaria *MG* 502 fumus se] se *om.* *Z*  
add. *Acidalius* 703 concretis / 704 sexteriorum *T Mf* |  
cum substantiolae ratione *Pepier* coniuuantia d rōe (uel coniuau-

ratione cernebant, quod meminerant lectum, legi posse 505  
 metuentes. quid te, imperator Auguste, indulgentius,  
 quid potest esse consultius? quae bona praestas, effi-  
 cis, ne caduca sint: quae mala adimis, prospicis ne  
 75 possint esse recidiua. haec prouincialibus indulgentiae  
 bona. quid illa nostro ordini? quid illa militibus? 510  
 Antoninorum cognita fuit et iam ante Germanicorum  
 in cohorte amicorum et legionibus familiaris humani-  
 tas. sed ego nolo benevolentiam tuam aliorum colla-  
 xxviii tione praecellere. abundant in te ea bonitatis et uir-  
 tutis exempla, quae sequi cupiat uentura posteritas 515  
 et, si rerum natura pateretur, adscribi sibi uoluisset  
 antiquitas.

XVII. Necessus est tamen aliquid comparari, ut  
 76 possit intellegi, bona nostra quo praestent. Aegro-  
 tantes amicos Traianus uisere solebat: hactenus in eo 520  
 comitas praedicanda est. tu et uisere solitus et me-  
 deri praebes ministros, instruis cibos, fomenta dispen-  
 sas, sumptum adicis medellarum, consolaris adfectos,  
 reualescentibus gratularis. in quot uias de una eius  
 77 humanitate progrederis! legionibus uniuersis, ut in 525  
 communi Marte euenit, si quid aduersi acciderat, uidi  
 te circumire tentoria, ‘satin saluae?’ quaerere, tractare

---

519 cf. Eutrop. VIII 4 amicos salutandi causa frequentans  
 uel aegrotantes.

---

tia) *T* cum iuuātia de ratiōe *G* cum uiuacia de ratione *M*?  
 505 adaeratione *Vngerus* | posse metuentes *Bachrens*, possent  
 et ueteres (n pr. ss.) *T* posse; τ ueteres *M* posse et ueteres *G*:  
 ueteres ex uentes male intellecto compendio natum; et (etiam  
*Acidalius*, etiam tunc *Toll*, et tum *Schenkl*) uerentes *Aldus*  
 509 recidiua *T* recidiua *G* rediuiua *M* 510 nostro] uro *M*  
 511 cognita *Peiper* comitas *Z* | ante *Schenkl* inde *Z* 512 in  
 cohorte *Schenkl* in om. *Z* 514 percancellere *Toll*. | habundant *Z*  
 515 sequi] siqua *M* 516 asseribi *T*

XVII 519 intelligi *Z* 520 trayanus *M* 523 adiicis / |  
 medellarum *TM* | adfectos] *M* 524 quot] quod *M* 526 martē  
*M* 527 satin] satiri *M*

uulnera sauciorum et, ut salutiferae adponerentur  
XXXV medellae atque ut non cessaretur, instare. uidi quos-  
dam fastidientes cibum te commendante sumpsisse. 530  
audiui confirmantia ad salutem uerba praefari, occur-  
rere desideriis singulorum: huius sarcinas mulis aulicis  
uehere, his specialia iumenta praebere, illis ministeria  
perditorum instaurare lixarum, aliorum egestatem to-  
lerare sumptu, horum nuditatem uelare uestitu, omnia 535  
agere indefesse et benigne, pietate maxima, ostentatione nulla, omnia praebere aegris, nihil exprobrare  
78 sanatis. inde cunctis salute nostra carior factus me-  
ruisti, ut haberes amicos obnoxios, promptos, deuotos,  
fideles, in aeuum omne mansuros, quales caritas po- 540  
tius quam fortuna conciliat.

79 XVIII. Concluam deinceps orationem meam, pi-  
issime Auguste, sermonis magis fine, quam gratiae.  
namque illa perpetua est et spatio non transmeabili  
terminum calcis ignorat. flexu tamen paruo, nec a te 545  
XXXVI procul, conuertar ad deum. aeterne omnium genitor,  
80 ipse non genite, opifex et causa mundi, principio  
antiquior, fine diuturnior, qui tempa tibi et aras  
penetrabilibus initiatorum mentibus condidisti, tu Grat-  
tiano humanarum rerum domino eiusmodi semina nostri 550  
amoris inolesti, ut nihil in digressu segnior factus  
meminisset et relieti, illustraret absentem, praesen-  
tibus anteferret; deinde quia interesse primordiis di-  
gnitatis per locorum interualla non poterat, ad sol-

547 Paulus ad Corinth. I 3, 16

528 appon. *Z* 529 medellae *TM* 531 praeferi *TM*  
profari *G* | occurrente *M* 534 tollerare *M* 537 exprobrare *T*  
539 pntos *M* 540 charitas *T* karitas *f*

XVIII 543 sermonē <sup>is</sup> *T* 544 nanque *T* 546 O Eterne  
(O minio scr.) *T* 549 penetrabilibus *Tf* penetralibus *M?* in  
pen. Schenkl 550 humarum *T* 551 molesti *M* 552 et  
*TG* om. *M* 553 deiñ *T* dein *MG* | interōe *M* 554 solen-  
nitatem *Tf* solemnitatē *M*

lemnitatem condendi honoris occurreret, beneficiis ne 555  
 81 deesset officium. quae enim maiorum umquam me-  
 moria transcursum tantae celeritatis uel in audacibus  
 Graecorum fabulis commenta est? Pegasus uolucer  
 xxvii actus a Lycia non ultra Ciliciam permeauit. Cylla-  
 560 rus atque Arion inter Argos Nemeamque senuerunt.  
 ipsi Castorum equi, quod longissimum iter est, non  
 82 nisi mutato uectore transcurrunt. tu, Gratiane, tot  
 Romani imperii limites, tot flumina et lacus, tot  
 ueterum intersaepta regnorum ab usque Thracia per  
 totum, quam longum est, latus Illyrici, Venetiam 565  
 Ligurianaque et Galliam ueterem, insuperabilia Rhae-  
 tiae, Rhēxi uadosa, Sequanorum inuia, porrecta Ger-  
 maniae, celeriore transcurso, quam est properatio  
 nostri sermonis, euoluis, nulla requie otii, ne somni  
 quidem aut cibi munere liberali, ut Gallias tuas in- 570  
 opinatus illustres, ut consulem tuum, quamuis deside-  
 ratus, anticipes, ut illam ipsam, quae auras praecedere  
 solet, famam facias tardiorem. hoc senectuti meae,  
 xxxviii hoc honori a te datum. supremus ille imperii et  
 83 consiliorum tuorum deus conscientius et arbiter et auctor 575  
 indulxit, ut sellam curulem, cuius sedem frequenter  
 ornabis, ut praetextam meam purpurae tuae luce fu-  
 catam, ut trabeam non magis auro suo quam munere  
 tuo splendidam, quae ab Illyrico sermonis dignitas  
 honestauit, apud Gallias illustriora praestares, quae- 580

---

556 maiorum umquam memoria *Peiper*: memoriam (me-  
 moriā T memoria M?) unquam memoria Z 558 grecorum T  
 comenta Tf 559 licia f | cyliciam T 560 nemeam T  
 561 interest MG inter est (pu iter pr. ss.) T iter est ψ *Acidi-*  
*lius* 564 tracia M 565 longum est latus *Graeuius*,  
 longus est locus Z | illirici Z 566 lyguriam f 567 rhe-  
 tiae (rhetie M) Z | uadosa *Peiper* accolas Tf accolis M, aquosa  
*Acidalius* | inuia] iniuria M 568 transuersu cursu M 569  
 somni] semini M 570 inoppinatus M 572 anticeps G  
 574 datū T dati M 575 consiliorum G 576 currulem MG  
 577 fugatam T 578 rabeam M 579 illirico Z 580  
 illustrauit onestauit T | gallia T .

storem ut tuum, praefectum ut tuo praetorio, consulem tuum et, quod adhuc cunctis meis nominibus anteponis, praeceptorem tuum, quem pia uoce declarueras, iusta ratione praetuleras, liberali largitate ditaueras, Augustae dignationis officiis consecrares. 585

FINIT GRATIARVM ACTIO.

---

582 adh<sup>o</sup> T || finit gratiarum actio (*min.*) T FINIT GRATIARVM ACTIO DE CONSULATV APVD GRATIANVM AVGVSTVM MG

---

[420-468]

## XXI.

### INCERTI

### P E R I O C H A E

### HOMERI ILIADIS ET ODYSSIAE.

⟨PERIOCHA ILIADIS.⟩

Si Homerum scriptorem Troici belli eatenus, qua  
Iliadem suam incipit quaque finit, percenseamus, orsum  
ab iracundia Achillis ad sepulturam Hectoris quattuor  
et uiginti libros contexuisse monstrabimus. haec eius  
species appetet summam cutem primi operis intuenti. 5  
Verum hoc scripturae ipsius tempus Troiano bello non  
totum, sed paene ultimum fuit. nam si ratio putanda  
est, oppugnationis decennis nonus fere annus, idemque  
prope finem sui, ea negotia continebit, quae ab ini-  
uria Agamemnonis ac Briseidis usurpatione usque ad 10  
funus Hectoris digna memoratu ⟨sunt: non⟩ erit illa  
temporum series, quae ab eiusdem belli causis atque  
origine pertinent ad urbis excidium. atque ex eo  
eueniet, ut iguaris iudicandi et poeticae oeconomiae  
expertibus multa nobilia ab exordio belli usque ad 15

---

inscr. om. P add. Vgoletus ex inscr. periochae Odyssiae. P  
3 quatnror P 6 temporis P 9 contrebit P (contremebit P<sup>6</sup>)  
10 agamēonis P 11 sunt: non erit Peiper erit P | non illa  
Gronouius 14 economiae P 15 expertilius P

Achillis iurgium omissa uideantur, nec minus multa ab Hectoris funere ad usque deletum Ilium. quorum quidem maxima expectatio erat propter tam longi certaminis consummationem; sed ut diuinum poetam nihil, quod illustre fuerit, omisso appareat atque 20 omnia, quae finiri oportuit, contigisse, breuiter et in epitomae speciem belli Troici causam, origines, apparatus quaeque annis superioribus acciderunt, retexuimus. horum omnium prima origo est Paridis iudicium inter deas, deinde classis contextio, qua idem Paris 20 in Europam nauigauit; tum raptio Helenae, quae opinione ueterum bipertita est, quod plerique Helenam iuxta Homericum plasma ad Troiam deportatam fuisse existimauerunt, nonnulli autem opinati sunt, cum Alexander cursu deerrasset delatusque ad Aegyptum fuisset, cognita hospitalis foederis iniuria per Aegyptium regem, seruantissimum iusti uirum, Helenam cum is, quae una cum eadem fuerant abrepta Paridique sublata, expugnato demum Ilio Menelao restitutam.

I.

*Mῆνιν ἀειδε, θεά, Πηληιάδεω Ἀχιλῆος  
Οὐλομένην ἦ μνοῖ Ἀχαιοῖς ἄλγες ἔθηκεν*  
Iram, diua, refer nati Peleos Achillei  
Pestiferam, quae mille dedit discrimina Achiuis.

Chryses Apollinis sacerdos ob redimendam filiam 5  
cum Agamemnoni supplicasset, contumeliose repulsus

29 sqq. Herodot. II 118 sq.

16 uideatur *P*    17 hector *P*    19 consumationem *P*  
20 nichil *P* | ômisso *P*    22 epithome *P* | originis *P corr.*  
*Schenkl* | apparitus *P*    23 que quae *P* que quaeque *Schenkl* |  
reteximus *P*    28 iusta *P*    31 federis *P* | per om. *P add.*  
*Auantius*    32 is] *P*    33 arreptaqz paridiqz *P* abreptam  
*Auantius* (areptam), *Paris.*; *prius* que *Auantius*, *utrumque*  
(arrepta Paridi) *Accursius* *cl.* sublatam *Auantius*.

I *periocharion tituli et numeri om.* *P*    1 *αἰακεῖα P* |  
αχιλλῖος *P*    2 *οὐαομένης π. αἱριαχαιοίατε P*    3 *pelleo P*  
5 *chrises appolinis P*    6 *agamenonii P*

deum precatur ultorem. insecura subinde graui pestilenta cum Graecorum exercitus interiret, cogitur Achilli concilium et ab eodem inuitus Calchas morbi causam compellitur indicare. qua cognita Agamemnon 10 concitatur in Achillem. qui percitus iracundia etiam caedem regis audebat, nisi eum in ultimum furorem progrederi Minerua uetusset. a quo Briseis concubina in locum Chryseidis, quae reddebatur, abducta est. inde Thetis mater ad caelum lacrimas et contumeliam 15 filii miserata proficiscitur. quae fiducia defensi quondam cum Aegeone Iouis ultum ire affectat iniuriam obtestaturque summum deorum, ut Troianos in rebus bellicis superiores esse patiatur. quibus Iuno compertis iracunde aduersum coniugem commouetur. sed 20 gliseens iurgium, per deridiculum ministrante Vulcano, simul consilii specie intercedente, lenitur.

## II.

"Ἄλλοι μέν δα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἵπποκορυσται  
εῦδον παννύχιοι, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὑπνος.

Caelestes hominumque genus superabile curis  
Tranquilla obscuri carpebant munera somni.  
At non peruigilem nox inrequia tonantem  
Leniit, inmodicos uoluentem corde paratus,  
Caedibus ut Graium laesum ulciscatur Achillem. 5

Iuppiter Agamemnonem somnio monet proelii faciendi tempus adesse: ne cunctetur dimicare. tum ille

---

II 3 Ausonius epist. XXIII 5 iam uolucres hominumque genus superabile curis. 4 Vergil. A IIII 555 carpebat somnos.

---

8. 9 cogitū achille *P corr. Peiper* (ab Achille Schenkl) cogit tum Achilles *Hartel* 10 quia *P<sup>s</sup>* | agamenou *P* 14 chriseidis *P* | quae patri reddebatur *Auantius* 16 profiscitur *P<sup>s</sup>* | condam *P<sup>s</sup>* 17 ire *P<sup>s</sup>* corr. *Auantius* | affectanti *P corr. Schenkl* 19 superioris *P<sup>s</sup>* 21 consiliis petie *P*

II 1 ααλοιην *P* | ιππορυπαται *P* 2 ευλοηπλη. υκιοι  
εια ηογ κεκεηηαунос ииис *P* 3 suparabile *P<sup>s</sup>* 4 carpebat  
*P* | munera] mundi *P* 5 nox] nos *P<sup>s</sup>* 8 agamenonem *P* |  
somno *Vgoltus* | prelii *P*

in concilium proceribus aduocatis mandatum Louis et 1  
speciem nocturnae quietis explanat. mox in contionem  
multitudine congregata pertemptat militum uoluntatem  
utque deposito bello ad sua quisque redeant, cohorta-  
tatur. iamque omnibus nauigationem adornantibus  
foeda discessio ab Vlixe cohibetur. a quo etiam Ther-  
sites deformis et loquax et in heroum contumelias  
uerborum licentia promptus cum acerba obiurgatione  
pulsatur. ipse Mineruae monitu cunctos a profectione  
deterret. sumpto deinde cibo armatur exercitus. neque  
setius a Troianis instructa acies, Iride ita monente, 2  
producitur. sequitur enumeratio copiarum uiritim, ut  
per catalogi seriem milites, naues, duces, patriae,  
retexantur.

### III.

*Αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἄμ’ ἡγεμόνεσσιν ἔκαστοι*

Argiuos sua quemque acies in bella secuntur,  
Dispositi in turmas equitum cuneosque pedestres.  
Turbida clangentes confundunt agmina Troes.

Instructum proelio exercitum, priusquam ferueret 5  
acies, Priamus spectat e muris et monstratu Helenae  
de uiris insignibus edocetur. dehinc Menelaus ad sin-  
gulare certamen ab Alexandro prouocatur. qui frustra  
Agamemnōne dehortante congreditur, facta inter utros-  
que populos sponsione et foedere per sacra firmato 10  
sub ea condicione, ut uictorem Helena cum dote se-  
queretur. sed superatus Paris regressusque ad urbem

---

11 concione *P corr. Peiper* 13 quisque *P\** quique *Vgo-*  
*letus* | cohartatur *P* 14 nauigationibus *P* 15 feda *P* |  
*thersitis P* 16 herorum *P\** 17 promtus *P* 20 tro-  
ianos *P\**

1 Αὐταρέτης ρεκμηοῖς αμήτ εμονειμέρctoi *P* 4 Troes]  
reos *P* 5 πλο *P* | ferueret *Peiper* feriret *P* 8 alex *P*  
9 agameone *P* | deortante *P* 10 federe *P* 11 con-  
dictione *P corr. Auantius*

iurgio uxoris excipitur. ab Agamemnone foederis pacta  
repetuntur.

III.

*Oī δὲ θεοὶ πὰς Ζηνὶ ναθῆμενοι ἡγορόωντο*

Iuppiter interea cum dis genitalibus una  
Concilium cogit superum de rebus Achiuis.

Ioui placet delere Troiam: ad quod pertinacia Iu-  
nonis urgetur. cumque id fieri Minerua properaret, 5  
discidium foederis comminiscitur et Pandarum sagit-  
tandi peritum astu suadentis adgreditur, ut clam uul-  
nerato Menelao belli causa crudescat. quo facto a  
Graecis proelium instauratur congressisque exercitibus  
mutua clade decernitur. 10

V.

*"Ενθ' αὖ Τυδείδη μιομήδει Παλλὰς Ἀθήνη*

Hic et Tydidae mentem Tritonia Pallas  
Audaci uirtute replet. uomit aurea flamas  
Cassis et undantem clipeus diffulgurat ignem:  
Ipse autumnali clarum micat aemulus astro. 5

Diomedes auxilio Mineruae strenue proeliatur.  
Venus quoque filio subuenire conata uulnere adfecta  
digreditur. Mars etiam fit saucius exeditque bello.

---

III 2 Ennii Ann. 119 (Seruius in Aen. VI 764): Romulus  
in caelo cum dis genitalibus aeunum degit.

V 3 Verg. A VIII 620 terribilem cristis galeam flamas-  
que uomentem.

---

13 agamenone *P* | federis *P*

III 1 οἱ δέ τεοι τιαρζη ἦν βασικέρον τορούντο *P* 2 dis]  
dñs *P* 6 sagitandi *P* 7 aggreditur *P* 9 pliūm *P*

V 1 ενεάντυδιαι λιομπλεει τι ααας αονη *P* 2 tididem mo-  
nitum *P* (tididem *P<sup>s</sup>*) corr. Wakefield | tritoniam *P* 4 de-  
fulgurat *P* corr. Wakefield 6 minerua *P* | preliatur *P*  
7 filios *P* | affectat *P* 8 sacius *P* | excidit *P*

sequitur Tlepolemi Sarpedonisque congressio, et Tlepolemus Herculis filius certamine uictus occiditur.

VI.

*Τρωῶν δ' οἰώθη καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή  
Solae decertant acies sine numine diuum,  
Cessante auxilio: sua cuique exorsa laborem  
Fortunamque ferunt, proprii discrimine fati.*

Troianis fortuna inclinatiore pugnantibus suadet 5 Helenus, ut Minerua placetur. igitur Hecuba ab Hectore monita, ut peplum in areem inferat, peragit uota cum matribus. Alexander obiurgatus a fratre pergit in proelium. Glaucus Lycius Aetolusque Diomedes congressi, ut dimicarent, cum iam certamen 1 oriretur, paterna inter se hospitia recordati facta armorum permutatione discedunt.

VII.

*Ὡς εἰπὼν πυλέων ἔξεσυτο φαίδημος Ἔκτωρ  
Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit Hector.*

Mineruae Apollinisque consensu fortissimus Graecorum ab Hectore prouocatur. nouem ducibus ad dimicandum paratis pugnaturum diligi placet sortis euentu. 5 ab Aiace Telamonio proelium singulare conseritur: in

---

VI 2 Verg. A II 777. V 56. VI 368 sine numine diuom:  
3. 4. Vergil. A X 111 sq. sua — ferent.

VII 2 Verg. A XII 441 haec ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens.

---

9 treptalemi *P* | treptalemus *P*

VI 1 οἰώθη] ονει *P* | φύλοπις] φιαοις *P* 2 nomine *P*  
3 sua cuique *Accursius* nacuique *P* 4 ferunt] fer' *P* 5 sua-  
det Helenus] uates helenus *P* uates Helenus suadet *Vgoletus*

9 p̄lum *P* | clausus lytius zholusq; dyomedes *P*

VII 1 πυλέων] ιτυαειη *P* | φαγλημος *P* 3 appolinis *P*  
4 dimicandum *P* 5 deligi *Vgoletus* | placet. Sortis euentu  
ab aiace *P* 6 thelamonio *P* | p̄lum *P*

quo Hector lapide ictus in suorum se recipit multitudinem. perseverante certamine caduceator Idaeus interuenit. tum inuicem missis muneribus pugna sedatur. Hector Aiacem gladio, Ajax Hectorem balteo muneratur: 10 intercessu noctis exercitus quisque in sua discedunt. die altero interfectorum humatio procuratur. Graecorum etiam naualia fossa ac uallo circumdata muniuntur.

VIII.

*Ἡώς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἰῶναν  
Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.*

Acto deorum concilio Iuppiter propere pronuntiat, sua ut quisque exercitus sorte decernat, nullus deorum odio in alteros uel fauore procedat. In Idam montem 5 ipse digressus. unde Graecos inmisso terrore conterritos . . . turpi fuga ad munimenta compulsi fossa et aggeribus sese tuentur. Iunonem ac Mineruam Graecis auxiliari uolentes monitis Louis Iris exterret diremp-toque ob noctem certamine uictores Troiani in ipso 10 proelii loco excubias obsidionis instituunt multisque ignibus factis per totam noctem deliberatione consultant.

---

VIII 2 Vergil. A. VII 26 Aurora in luteis fulgebat lutea bigis.

---

8 caduceatori dīs P      9 missis] datis *Accursius* mistis  
*Hartel*      10 baltheo P      13 ualle P | minuuntur P

VIII 1 *ΕΡΙΔΗΑΤΟ* P      3 Fdcto P | propere *Peiper*  
pro parte P      6 cont'itos P *lacunam indicauit Peiper* inde  
. . . conterritat qui *Schenkl; an* compulit, ubi?      8 tuetur P  
9 nolēs P | dirimpta P      11 prelii P | abscidionis P | multi P  
12 delib'atōeʒ P corr. *Schenkl* de belli ratione *Vgoletus.*

VIII.

Ὡς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον· αὐτὰρ Ἀχαιούς  
Interea uigilum excubiis cohibentur Achiui.

Graecis et praeterita dimicatione perculis et instante conterritis proceres ab Agamemnone conuocantur. quibus rex fugae consilia et apparatus ordinandae per noctem nauigationis indicit Diomede et Nestore dehortantibus. suadente autem Nestore Ajax et Vlices legantur ad Achillem dona ingentia pollicentes, si desistat irasci seque auxiliatorem fessis rebus accommodet. sed Achille in iracundia pertinaciter permanente legati Achiuorum re non impetrata irriti reuertuntur.

X.

"Ἄλλοι μὲν παρὰ νησίν ἀριστῆς Πα(ναχαιῶν)  
εῦδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὑπνῳ

Cetera per naues somno sopita manebat  
Turba ducum; solum cura anxia uexat Atridem.

Vlices et Diomedes speculatum nocte progressi Dolonem conspicantur, qui et ipse promissis Hectoris incitatus Graecorum consilia exploratum prodierat, et fateri uniuersa compulsum eodem loco interficiunt. a quo aduentum Rhesi Thracum regis edocti ipsum cum duodecim obtruncant equosque eius praemium simul et testimonium grassationis abducunt insignes candore et celeritate, ut niuibus et uentis antecederent.

---

VIII 1 φυλακὰς] φυααραс P 2 uigilum P 4 ἀγαμενονе P  
5 conseilia P 7 deortantibus P | nestare aias et ulixis P  
8 pollicentes. Si P 9 seque Peiper sese P et se Vgoletus |  
accommodet P

X 1 αρυσθ εс тia [ναχαιων om.] P 4 uexata tridē P  
5 ulixis P 9 aduentu P, corr. Mommsen, de aduentu Auanius | resi P | trachum P | ipsum XII. P cum add. Accursianus liber, et cum eo add. Vgoletus 10 que] ̄ P etiam Accursianus 12 ut et Vgoletus | nentis] uenit P

XI.

*'Hòs (δ') ἐν λεγέων παρ' ἀγανοῦ Τιθωνοῖ  
Tithoni croceum linquens Aurora cubile  
Spargebat terras referens opera atque labores.*

Ab omnibus Graecis egregie quidem, sed inprospere dimicatur. quorum proceribus uulneratis incognitae 5 multitudini pugna committitur. qua afflictione fortunae Achilles paulisper inflexus Patroclum mittit in praesentia cognitum. qui cum aduersi status nuntius reuerteretur, Eurypylum contemplatur aegrum ex uulnere fomentisque medicae artis admotis redintegrat 10 sanitati.

XII.

*Ὥς ὁ μὲν ἐν οὐλισίγοι Μενοιτίον ἄλημος νῖός  
Actorides fouet Eurypylum dum uulnere fessum*

Res dubiae apud Graecos uel potius afflictae ultimae fortunae statu aguntur praestantibus procerum uulneratis, cetero exercitu fuga aut formidine perculso. 5 Troiani naualium munimenta rescindunt uallumque transgressi auguriis iuantur ex euentu ambiguis. itaque et pars muri ab Sarpedone conuellitur, et ab Hectore ictu lapidis porta dissicitur, et in ipsis nauilibus pugna conseritur. 10

XI 2. 3. Verg. A IIII 584 sq. VIIII 457 sq. (G I 447) Et iam prima nouo spargebat lumine terras Tithoni — cubile. XI 183 Aurora ... extulerat lucem referens opera atque labores.

XI 1 *νυκ εραεχεωνταραπαταγον* *P* 2 *Thithoni* *P* 6 multitudī *P* | *quia* *P* 9 *euriplum* *P*

XII 1 *ἐν οὐλισίγοι]* *εκιασιν* *P* | *ἄλημος νῖός*] *αμσιμοοιο* *P*  
2 *euriplum* *P* 3 *Rex* *P corr. Accursianus* | *in u. f. statu*  
*Schenkl* | *presentantibus* *P* *perstantibus* *Heinsius* | *uulneratis* *P*  
5 *fuga* *P<sup>s</sup>* *fugato* *Vgoletus* 8 *sarpone* *P* | *conuelli* *P*  
9 *plapidis* *P* | *disciebitur* *P corr. Peiper* *discutitur* *Paris.*

XIII.

*Zεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶας τε καὶ Ἐκτορα νησὶ π(έλασσεν)  
Iuppiter admouit Troas<que> atque Hectora classi.*

Neptunus miseratione commotus Argiuorum tuendis nauibus auxiliator accedit et usurpata uatis effigie Aiaces duos in proelium cohortatur nec minus ceteram 5 multitudinem praesentia maiestatis instigat. Idomeneus egregio certamine eminet. Troiani iam referentes gradum firmati sunt rursum per Hectorem et ingenti clamore utrimque certatur.

XIII.

*Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν λαχὴ πίνοντά περ ἔμπης  
Concussit quamuis potantem Nestora clamor  
Attonitasque aures pepulit grauitate tumultus.*

Iuno uinculum Venerium, cui cesto nomen est, mutuata ad Iouem pergit in secessum montis Idae exornatque Somnum, ut deum coniceret in soporem, ac dehinc uigilias eius uxoriis labefactat illecebris. cuius iguoratione Neptunus abutitur fortunamque Graecorum promptius auxiliando restituit Aiace Locro ultra ceteros proeliante. 10

---

XIII 1 *ἐπεὶ οὖν*] ετουογη *P* | *τε καὶ Ἐκτορα etc.*] τοῦταιε<sup>ττο-</sup>ραν μετι [*ελασσεν om.*] *P* 2 admonuit *P* | que add. *Peiper*, *om.* *P* 5 aiacis *P* | plium *P* | cohartatur *P* 8 firmati sunt *Peiper* firmatis *P* 9 utrinque *P*

XIII 1 *πίνοντά περ ἔμπης*] πειπονταεπερμπης *P* 2 pota-tem *P* corr. *Auantius* 4 nomen add. *Vgoletus, om.* *P* 5 ydae *P* | exoritatoque somno *P* corr. *Peiper* 6 deum *Peiper* dum *P* | coniecat *P* 9 auliando *P* 10 preliante *P*

XV.

*Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν  
Iam uallum fossamque super Troiana innentus  
Institerat captae minitans incendia classis.*

Iuppiter somno expergitus uidet statum certaminis innouatum pellique Troianos, Graecis opem ferente 5 Neptuno. itaque aspere Iunone increpata et minaciter per Iridem fratre conterrito iubet auxiliatorem desistere. ipse Apollinem recreando allegat Hectori monetque pro Phrygibus belli instaurare fortunam. tum et Ajax Telamonius strenue proeliatur et plurimis 10 hostium interfectis conflagratio classis arcetur.

XVI.

*Ως οὖ μὲν περὶ νηὸς ἐνσελμοῖο μάχοντο  
Dum face, dum ferro celsam adfectare carinam  
Troes et Argolici pergunt defendere reges.*

Achilles Graecorum statum iam sub extrema sorte miseratus tegminibus suis Patroclum permittit armari. 5 qui cum Myrmidonum produxisset exercitum consternatosque Troianos Achillis specie fefellisset, ruentes supra uallum et inuicem officientes caeco pauore usque ad campi aperta compellit. deinde congressus Sarpedonem perimit multisque hostium caesis ipse ab 10 Hectore interficitur prius ab Euphorbo uulneratus.

---

XV 1 ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ] εἰπι αιχτεσκολοπαοαυ P  
3 insidia classis P classi Vgoletus 7 fratrem conterrita P corr.  
Accursianus 8 appolinem P 9 phrigibus P 10 thelamonius P | strenue Vgoletus grene (add. cruce in marg.) P  
preliatur P | et plurimis] et om. P et ab eodem add. Vgoletus

XVI 1 περὶ] περὶ P | εγκέλμοι P 2 cum face tum ferro  
Heinsius | adfectare Peiper, Schenkl, affecta P 3 troeos P  
4 achillis P 5 miseratur P | agminibus P corr. Schenkl  
6 mirmydonum P 7 fefelisset P<sup>s</sup> 8 supra] sūt P | effi-  
cientes P corr. Accursius 10 ipse ad || ab hectore P

## XVII.

*Oὐδ’ ἔλαθ’ Ἀτρέος νῖστρον ἀρηίφιλον Μενέλαον*  
Actoridem caesum nec te, Menclae, fefellit.

Circa interemptum Patroclum pugna contrahitur: cum diuersi exercitus tenderent, Graeci, corpus ut defenderent, Troiani, ut ad ludibrium cadauer eriperent. 5 a Menelao Euphorbus occiditur et ad ostentationem gloriosi facinoris Achillis exuuiis Hector armatur. Antilochus ad Achillem nuntius cladis acceptae Menelao instante festinat. qui et ipse postea cum Merione intra naualium munimenta se recipit, cum tota moles 10 belli a Menelao Aiacibus ingruisset.

## XVIII.

*Ως οἱ μὲν υάρωντο δέμας πνοὸς αἰθομένοιο*  
Dum furit in medio ualli uis ignea Martis

Achilles in miserabilem modum Patrocli deflet in-  
teritum. quem ui doloris affectum consolantibus uer-  
bis mater alloquitur: nec inultum amicum fore polli- 5  
cens perlaturam sese Vulcani arma promittit. interea  
et Iris ab Iunone demittitur; cuius instantia Achilles  
extra uallum quainquam inermis egreditur conterritis-  
que Troianis super alios aliis praecepitantibus late  
fuga et latius formido porrigitur. eodemque tempore 10  
et Vulcanus exoratus a Thetide tota nocte, quam  
longa est, caelestia in gratiam Nymphae arma molitur.

XVII 1 *vīōv]* yien *P* 6 euphorbius *P<sup>s</sup>* 8 antilocus *P*  
9 infante *P* 11 a menelao Aiacibus *Peiper* menelao et aia-  
cibus *P*

XVIII 2 ualli *Heinsius*, belli *P* | marti *P* 4 afflictum  
*Floridus* 7 yris *P* | demittitur *P<sup>s</sup>* | achill' *P* 8 inhermis *P*  
9 lata *P* 11 thethide *P* 12 nympha *P*

XVIII.

*'Ηώς μὲν ορούπεπλος ἀπ' Ωκεανοῖο φοάων  
Oceanum interea surgens Aurora reliquit.*

Achilles armis caelestibus ope Vulcani et munere matris instruitur. dein Graecorum primoribus in concilium uocatis iracundiam sub abolitione deponit et 5 promissis ab rege muneribus coram contione ditatur. tum militibus cibum capere iussis ipse abstinet. infesto deinde atque intento exercitu pergit in proelium.

XX.

*Ὡς οὖ μὲν παρὰ νησὶ κορωνίσι θωρήσσοντο.  
Iamque adeo celsis armati e nauibus ibant  
Milia, quot magnis umquam uenere Mycenis.*

Vt integris amborum copiis inter utrosque exercitus pugna conseritur. dein permissu Iouis in partes 5 deorum studia diuiduntur, cum pro Graecis Iuno et Minerua discederent neque segnius eos Neptunus et Mercurius et Vulcanus adsererent, Troianos Apollo cum Venere et Diana cum matre, Mars etiam et cum eo Scamander adiuuarent. tum et Aeneam dis et uiribus iniquis cum Achille congressum quamquam studens Graecis nube circumdatum Neptunus eripuit.

---

XVIII 2 Vergil. A IIII 129 XI 1.

XX 3 Vergil. A II 331 milia quot — Mycenis.

10 Vergil. A V 809 Pelidae tunc ego forti congressum Aenean nec dis nec uiribus aequis nube caua rapui. cf. I 145 inpar congressus Achilli.

---

XVIII 1 ἀπ' Ωκ.] λυκόκεανοιορολην P 3 muuere] mineruiae P<sup>s</sup> 5 sub] suam *Gronouius* 6 dicatur P 7 infesta P 8 prelum P

XX 1 υε οιμη παραι ινυci κορωcie σορηсonto P 2 armate<sup>a</sup> nubib' P corr. *Auantius* (armati *Vgoletus*) 3 quot Vergil. q3 P uenē P | moecynis P 4 Vt P<sup>s</sup> At *Vgoletus* 5 permissa P 6 pro] p P<sup>s</sup> 7 deceđet P corr. *Peiper* 8 assererent P 9 dyana P | Mars] mas P 10 tum et P<sup>s</sup> et om. *Vgoletus* | dis] dix P 12 circumatum P

XXI.

*Ἄλλ' ὅτε δὴ πόρον ἤξον ἐνῷσεῖσος ποταμοῖο  
Intulerat fluuiο trepidas fuga foeda cateruas.*

Troiani usque ad Seamandri fluminis alueum fuga et terrore compulsi, cum iam longius abeundi spatum non pateret et in ipso amne cum flumen exundat . . . . 5 ibi et duodecim Troianorum iuuenes uinciuntur, qui Patrocli inferiis immolarentur. ipse Vulcanus ardoribus suis uim torrentis exurit. tum in campum Achille progresso, passim studia deorum pro sua singuli parte depugnant. Troianorum exercitus instante uicatore in moenia urbis inpingitur. 10

XXII.

*Ως οἵ μὲν κατὰ ἄστυ πεφυγότες ἡύτε νεβροί  
Pulsa metu Phrygios lustrabant agmina muros.*

Hector singulari certamine cum Achille congreditur, Priamo atque Hecuba, ne pugnet, orantibus, Minera e contrario specie Deiphobi, ut dimicet, adhortante. 5 Hector imperfectus et religatus ad currum ter circum moenia Troiana raptatur: deinde lacerum corpus defertur ad naues, ultiōni Patrocli uictoris iracundia ad ulteriora supplicia reseruandum.

---

XXII 6 Vergil. A I 483 ter circa Iliacos raptauerat Hectora muros. Ilias latina (Pindarus Theb.) 1006 ter circa tumulum miseros rapit Hectoris artus. cf. 999.

---

XXI 1 αὐλοῦ P | βοηγγρεύος ποταμοῖο P 2 fugas P |  
feda P 3 stamandri *I<sup>st</sup>* | Troianis . . . compulsis *Lugdun.*  
5 pateret et P et om. *Vgolitus* | cum] dum *Schenkl* qui post  
exundat *lacunam indicauit* 6 duodecim] XII milia P corr.  
*Paris.* (ab Achille duodecim) | uinciuntur P corr. *Accursius*  
8 campo P 11 menia P

XXII 1 πεφυγότες] cievzotec P 5 adortante P 6 rele-  
gatus P

XXIII.

Ὡς οἱ μὲν στενάχοντο κατὰ πτόλιν· αὐτὰρ Ἀχαιοί  
· Troia uacat lacrimis, ludis Argiua iuuentus.

Funebres ludi in honorem Patrocli frequentantur.  
quibus Diomedes equis superat, lucta et cursu Vlices,  
alioque alii genere certationis antestant. 5

XXIIII.

Ἄντο δ' ἀγῶν, λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆσος ἔκαστοι  
Quisque suas repetunt misso certamine naues.

Iuppiter Thetidem mittit ad filium cum mandatis  
eiusmodi, ut in defunctum saeuire desistat fatique  
hominum in exanimo hoste uereatur ad sepulturam 5  
corpo restituto. eiusdem iussu et Iris cohortatur  
Priamum, ut auro filium rependat exanimum. qui  
Mercurio duce inter nocturnas hostium profectus ex-  
cubias Achilli supplex aduoluit redemptumque filium  
iustitio publico et deflet, et sepelit. 10

XXIIII 2 Vergil. A V 545 nondum certamine misso.

5 Ouid. Tr. III 11, 67 M XV 494. Vergil. A XII 43. Ilias  
latina 1041 sortis reminiscere uictor humanae.

6 Verg. A I 484 exanimumque auro corpus uendebat Achilles.  
cf. Ouid. Tr. III 11, 25 sqq.

8 cf. Ilias latina 1027 sqq.

XXIIII 1 στενάχοντο] οτενακόντο P | πτόλιν αὐτὰρ] πτοαπαι-  
ταρ P 2 argiūa P 4 alio *Vinetus* alios P | antistant P

XXIIII 1 λῆτο δ' ἀγῶν λαοὶ] αυτοαατοααοι P | ἐπὶ νῆσος]  
οπηηηζο P 2 redeunt P repetunt *Auantius* repedant *Peiper*  
3 ad] ut ad P ut del. *Vgoletus* 4 ut iu *Vgoletus* in om. P  
5 hominum] memor add. *Accursius* | in exanimō] in om. P ex-  
animum hostem *Accursianus* 6 yris P | cohartatur P 7 Pri-  
amum om. P 10 sepellit Ps || Finiunt piocha yliades | In-  
cipit /// ocha odissie. P

PERIOCHA ODYSSIAE.

I.

*Ανδρα μοι ἔντεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλά  
Dic mihi, Musa, uirum, captae post moenia Troiae  
Qui mores hominum multorum uidit et urbes.*

Minerua in Ithacam Ioue ita uolente descendit  
Mentisque Taphiorum ducis sumit effigiem, suasura 5  
Telemacho, ut ad Nestorem Menelaumque festinet, qui  
recens domum regressi certi aliquid de Vlide nouissent.  
tunc et Phemius citharista adhibitus conuiuio proco-  
rum incohatur flebilem cantilenam nauigationis inpro-  
sperae, quae profectos ab Ilio Graecos diuersis sparsit 10  
exiliis. quem Penelope degressa chalcidico, argumento  
tam miserabilis offensa materiae, ut alia concinat,  
adhortatur.

II.

*Ἅμος δ' ἡριγένεια φάνη φοδοδάκτυλος ἡώς  
Oceano extulerat roseos Aurora ingales.*

Telemachus Ithacensios proceres cogit ad curiam  
atque ibidem de contumelia domus et bonorum pro-  
fligatione conquestus consilia profectionis exponit, An- 5  
tinoo resistente, qui eum, priusquam mater nuberet,  
abire prohibebat. qua altercatione diu protracta con-

---

I 2. 3 Horat. Ep. II 3 141 142 Dic — urbes.

---

I 1 πο|αυτροπον οс ма|и по|ия P 2 menia P tempora Horatius 4 ithaca P 5 mentoris P corr. Accursius | thapiorum P 6 thelemaeo P (sic ubique) | qui] si Heinsius 8 tunc τphimius P | prochorum P | inchoat P 10 Ilio] ilic P 11 penolope P | digressa P corr. Accursianus | calcidico P 12 offensam P 13 adortatur P

II 1 πρι|εпia P 2 оceano P | roseas P corr. Accursius 4 ibidem de] de om. P<sup>s</sup> ibi de Schenkl | contentumelia P<sup>s</sup> (?) 6 eum] cum P 7 qua] quia P

cilium dissolutum est. Telemachus ad litus procis ignorantibus pergit, adstantem sibi adorans Mineruam peregrinationi accommoda parat, hortante maxime dea, 10 quae populum ipsumque Telemachum Mentoris simulatione fallebat. instructo ergo remigio et naue deducta Telemachus et Minerua de portu uespere instante soluerunt.

III.

*'Ηέλιος δ' ἀνόρομοντες λιπῶν περικαλλέα λίμνην  
Iam Sol Oceano radiatos prompserat ortus.*

Telemachus Nestorem de patre percontans nihil noui accipit ab ignorantе. uerum idem senex sequenti die, cum Pisistrato filio ut ad Menelaum perget, hor- 5 tatur. nec mora facta consilio. nocte quippe ea, quae consecuta est, apud Pheras oppidum hospitio Dioclis deuersati die altero Lacedaemonem peruehuntur.

III.

*⟨Οἱ δ' ἵξον κοῖλην Λακεδαιμονα κητώεσσαν⟩  
Iamque adeo uentum ualidae ad Lacedaemonos arces.*

Telemachum et qui cum eo uenerant, Menelaus comiter hospitio accipit iamque sub uespera quaedam de Vlixe cognoscunt. die uero altero totum nauigationis suae ordinem Menelaus explanat, quodque in Ogygia insula promissis et illecebris nymphae Calypsonis Vlixes retineatur, exponit. quae quidem Proteus

12 remigio *P*

III 1 ΗΛΙΟΣ *P* | λιπῶν *etq. s.*] ηιπερικαααα *P* 2 occeano *P*  
3 percūctas senex seq̄ nichil *P* 5 ortatur *P* 7 opidum *P* |  
diolede uersati *P* dioclis uersati *Vgoletus* dinersati *Gronouius*

III desiderantur Homericī uersus librorum *IIII—XII*  
2 Namque *P* corr. *Auantius* | adeo] adam *P* | ualide alacede-  
monos *P* ad Lacedaemonis *Auantius* | artes *P* corr. *Auantius*  
6 suo: sed o in e corr. *P* 7 ogygya *P* | nimphe *P* | caly-  
psoni *P* 8 quae] queq; *P* corr. *Auantius* | protheus *P*

eidem mandauerat de Graecorum ducibus requirenti. proci autem postquam de abitu Telemachi conpertisunt, instructa deductaque naui uiginti, qui sese legerant, enauigauerunt redeuenti insidias molientes. circa Asteriam ergo insulam, quae Ithacam Samumque interiacet, delitescentes occasionem fraudis expectant.

V.

⟨*Hώς δ' ἐν λεχέων παρ' ἀγανοῦ Τιθωροῖ*⟩  
Liquerat in tepido Tithonum Aurora cubili.

Mercurius in Ogygiam insulam deuolat, ut Iouis monitis Calypso conterrata Vlixem patiatur abscedere. qui contextu ratis temere properatae nauigationem solus aggreditur. duodeuicensima die tempestate commota, ex iracundia infestante Neptuno, trabium compago dissoluitur. quo casu proditur ultimae spei et irritis conatibus natando ab Ino dea misericorde seruatur. quae calauticam capiti suo demptam natanti accommodat, cuius ille sustentatu ad usque Phaeacum litus euadit.

VI.

⟨*Ως δὲ μὲν ἐνθα καθεῦδε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς*⟩  
Carpebat somnos dudum aerumnosus Vlices.

Vlices postquam ad Phaeacum litus enauit, fati-

9 manauerat *P corr. Peiper* narrauerat *Vgoletus* 10 proci autem] pro tiaz *P* | habitu *P corr. Paris.* | conpertisunt *Peiper* operetis *P* 12 enauigauerunt *Hartel* et nanigauueř. *P* | mollientos *P* 14 dilitiscentes *P*

V 2 tythonum *P* | cubile *P corr. Paris.* 4 calipso *P* | conterita *P<sup>s</sup>* | aliscedere *P corr. Peiper*, discedere *Vgoletus* 5 properat at *P corr. Barthius* properate *Vgoletus* 6 duo-deuicensima *P* 8 proditus *Mommsen* 9 natas *P corr. Peiper* natans *Schenkl* | inodam (uel dam) *P* Ino dea *Accursianus* 10 calauticam] *P* | capti *P* 11 sustentatuž *P* | pheatum *P*

VI 3 pheatum *P* | enauerat figationem *P corr. Peiper* (fatigationem *Vgoletus*)

gationem diluit somno. sed cum uirgo Nausicaa, filia regis Alcinoi, ludum in acta cum aequalibus exerceret, 5 somno excitatus, ut erat nudus, erupit, foliorum oppositu pudenda uelatus. et cum supplex genua regiae uirginis aduolueretur, Mineruae instinctu mouit misericordiam salutarem impositusque carpento et ueste donatus usque ad templum Mineruae, quod ante urbem 10 est, suadente uirginis pudore, prouehitur ibique familiare sibi numen solita precatione ueneratur.

VII.

⟨Ως ὁ μὲν οὐρανὸς ἡράκλειος πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς⟩  
Orabat superos dudum Laertia proles.

Minerua puellae speciem mutuata, Vlixem primum in oppidum, mox in domum regiam ducit. cumque Arete uxor Alcinoi et unde uestem haberet et cuias 5 esset et qua sorte delatus, sermone ipsius conperisset, bonum animum habere iussus suadente uespera concedit quieti.

VIII.

⟨Ημός δ' ἡριγένεια φάνη φοδοδάκτυλος ἥώς⟩  
Iam caelum rutilat roseis Aurora quadrigis.

Alcinous nauigationis aerumnam summatim ab Vlide cognoscit. exinde iussis primoribus in curiam conuenire, aduentum hospitis et infortunia diutinae 5 iactationis explanat. accitoque ad conuiuum Vlide, eitharam iubet pulsare Demodocum: qui cum de Durio equo et de Troico cantaret excidio, lacrimas Vlidi

---

5 aleynoi *P* 6 sompno *P* | foliorum *P* 7 supplex *P*  
ad genua *Vgoletus* 8 aduolueretur *P* 11 peruehitur *P<sup>s</sup>*  
12 solita || solita *P*

VII 2 lacertia *P* 3 in p. s. mutata *Vgoletus* 5 Arete]  
arege *P* | altinoi *P<sup>s</sup>* | habere et *P* | cui || adesset *P* cuiā esset  
*Vgoletus* cuias *Accursius* 6 qua forte *P* 7 concidit *P*

VIII 7 cytharam *P* | demōcum *P* | dorio *P*

memoria fortunae superioris elicit. quas cum occultare sedulo conaretur aut uultu dissimulans aut ueste 10 detergens, oculos in se omnium et maxime regis aduertit. tum Alcinous causa fletum cognita, ut ex ordine tolerata dissereret, benigne pollicitus adhortatur.

## VIII.

*⟨Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὄδυσσεύς⟩*  
Tum uice sermonis fatur Laertius heros.

Quattuor istinc libri de Vlixis errore contexti sunt. namque ab Alcino rogatus seriem multiplicis erroris exponit, ut ab Ilio profectus primum ad Ciconas de- 5 latus sit atque illic expugnata Ismaro ciuitate multis amissis fugatus abscesserit, utque inde Maleam Laco- niae promontorium circumegerit ac deinde ad Loto- phagos *⟨uenerit, mox ad Cyclopum insulam, quae Lotophagis⟩* obiacebat, cum una naue processerit 10 eaque sedulo occultata ipse cum duodecim sociis in antrum Polyphemi penetrauerit: qui cruentis dapibus expletus, quas caede sociorum eius instruxerat, uino etiam, quod Vlices ingesserat, temulentus cum in somnum procubuisset, ab Vlixe caecatus poenas in- 15 manitatis exsoluit.

VIII 12 Vergil. A III 618 dapibusque cruentis A III 630 expletus dapibus uinoque sepultus

9 superiori lecuit *P* | uulta Quas *P* 11 omnium] om̄eʒ *P*  
12 tum] Cum *P* | ut *P* ut cuncta *Vgoletus* 13 tollerata *P*  
adortatur *P*

VIII 2 uices hermonis fatatur l. heres *P* 3 quatuor *P* |  
libris *P* 4 altinoo *P* 6 hismaro *P* 7 mala eum la-  
conica *P* 8 deinde ad] ad add. *Accursius, om. P* 9. 10  
uenerit — *Lotophagis suppl. Vgoletus, om. P* 10 cum una]  
cum in *P* 11 XII. *P* 12 poliphemi *P* 14 Vlices] ulnoes  
*P* | inḡsserat *P*

X.

⟨Αἰολίην δ' ἐσ νῆσον ἀφικόμεθ'. ἔνθα δ' ἔναιεν⟩  
Aeoliam uentorum agimus patriamque domumque.

Hinc refert Aeoliam se fuisse peruectum donisque  
donatum ab Aeolo rege uentorum, qui omnibus co-  
miter praebitis, quo securior nauigaret, flatus etiam 5  
dederit utre conclusos: utque, cum iam ad Ithacam  
propinquaret, refusus sit in soporem sociique eius  
opes aliquas in soraco esse existimantes dormiente  
ipso uincla dissoluerint aduersisque flatibus iam ab  
ipsa patria sint relati. inde ut ad Antiphaten Lae- 10  
strygonasque delatus sit: ibi amissis una minus ceteris  
nauibus Circaeum litus accesserit ibique ueneficio po-  
tentis deae Eurylochus et praemissi cum eo socii in  
ferarum ora conuerterint: ipse etiam similia passurus  
Mercurio procurante uitauerit ceterosque socios ad 15  
speciem pristinam redigi uirtutis admiratione com-  
pulerit.

XI.

⟨Ἄνταρ ἐπειδ' ὁ ἐπὶ νῆσα κατήλθομεν ἡδὲ θάλασσαν⟩  
At postquam uentum ad naues et litora ponti

Digressus a Circa Auernum peruenit, qui locus  
descensus ad Manes existimatur. ibi sacris rite per-  
fectis scrobem complet sanie uictimarum et circum- 5  
uolitantibus animabus nullam sinit haustum crux  
attingere, nisi, ut Circa monuerat, prius Teresias  
uates inde libasset. ibi et heroidas plurimas uidet,

X 3 peruentum *P* 5 flatus *Peiper* lictos *P* uentos *Vgoletus*  
6 utre] utros *P* utere *Vgoletus* | ad Ithacam *Peiper* athacam *P*  
Ithace *Vgoletus* 8 apes *P* | sorato *P corr. Peiper* 10 ut ad  
*Schenkl* ad om. *P* | antifaten lertrigonasque *P* 12 circa eum  
litis *P* 13 eurylocus *P* 14 conuerterit *P corr. Peiper*  
*Schenkl* 16 uirtutes *P*

XI 2 ad nubes *P* 5 sane *P corr. Peiper* sanguine *Vgoletus*  
circumuoluntatibus auibus (uel anibus) *P* 7 tharesias *P*

quarum enumerationem multa ueterum fabularum ue-  
nustate contexit.

10

XII.

⟨Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν φόον Ωκεανοῖο⟩

Iamque adeo Oceani liquidos pede liquerat amnes.

Compertis a Teresia uate, quae oportuit scire, regreditur ad Circam ab eaque, ut euitet, de malis ceteris edocetur: ut Sirenas praetereat, letalem nauigantium cantilenam: ut Scyllam praeteruehatur et Charybdin, freti Siculi famosa portenta. quibus malis non sine graui perpessione superatis Trinacriam peruehitur, ubi et incustodita Solis armenta, frustra prohibente ipso, ceteri socii penuria cogente dilaniant dirisque prodigiis admissa boum caede terrentur: ac mox inde nauigantes fulmine ad unum omnes intereunt excepto Vlide, qui fragmento carinae cohaerens et adminiculo eius adiutus ad Ogygiam insulam solus enauit.

11

XIII.

‘Ως ἔφαθ’, οἱ δ’ ἄρα πάντες ἀνὴν ἐγένοντο σιωπήν  
Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Enarratis omnibus, quae in multiplici errore pertulerat, a principibus Phaeaciae uiris donis plurimis honoratur. a quibus remigio et necessariis omnibus 5 nauis instruitur dormiensque in Ithacam quietissima

---

XIII 2 Vergil. A II 1 conticuere — tenebant.

---

XII 2oceani P | annes P 3 teresia P 4 de add.  
Peiper, om. P | mala cetera Vgolitus 5 syrenas P 6 scillam P  
7 carybdin P 8 trinachriam P 9 ubi et] et del. Auantius  
11 boum] ad boñ P 12 flumine P 14 agygyam P  
XIII 1 ἔφαθ’] εφα P | ciuipii P 2 omnes omnes P  
3 Ennarratis P 4 fetie P 5 a quibus] Quibus P Vgolitus  
6 ythacam P

nauigatione deuehitur. atque illic in portu patrio cum muneribus uniuersis quiescens et omnium ignarus exponitur, Phaeacibus eo dormiente remeantibus.

XIII.

*Αὐτὰρ ὁ ἐν λιμένος προσέβη τρηχεῖαν ἀταρ(πόν)*  
Egreditur portū, tenuis quo semita dicit.

Somno expergitus Vlices portum et litus patriae non sine animi consternatione cognoscit admiraturque, ut adiectus, ut expositus, ut relictus sit. ut cuncta 5 nesciens requirit uniuersa donorum: quae postquam incolumia uidet, quam potest tutissime occultat consiliisque a Minerua confirmatus ad seruum Eumaeum subulcum simulatus accedit naufragi et mendicantis imitatu. interrogatus deinde, quis esset, ait esse se 10 Cresum: in Aegyptum nauigantem Troiam fuisse delatum. Eumaeum tum affectione maestissima pergens et . . . . cogente denique nespera et imbre continuo sagulo amicitur. atque ibidem multa secum uoluens tandem concedit quieti.

15

XV.

*Ἡ δ' εἰς εὐρύχοον Λακεδαιμονίαν Παλλὰς Ἀθήνη*  
Ad Lacedaemonias arces Tritonia Pallas

Telemachus a Minerua per somnium commonetur,

XIII 2 Vergil. A XI 524 tenuis quo semita dicit.

8 οἵτε *P* 9 phiacibus *P*

XIII 1 ayta poēkaimēnōc tī posēvīgphxēianata [πόν om.] *P*  
3 expergīt *incertum* tur *an* *tus*) *P* 6 nesciens Schenkl ne-  
sciet (i. nesciret) *P* 7 iucolumina *P* | consilii *P* 8 eubeum  
*P* 10 imitata *P* 11 cresum *P* corr. Auantius | egyptum *P*  
Troia *Toll*, *an* Thesprotiam? 12 cum] tum Schenkl | mestis-  
sima *P* | pergens *P* *Vgoletus* perurgens *Vinetus* peragens Schenkl  
*an* perducens? 13 et cogente *P* lacunam indic. Peiper  
14 amicetur *P* | mltā *P* 15 concidit *P*

XV 1 ευριχορηλακεδαι λονατιλλασαενη *P* 2 Ad om. *P* at  
*Vgoletus* ad uel it *Accursius* | artes *P* corr. *Paris*. 3 sompnium *P*

domum ut rediret, maturoque digressus cubili a Menelao ueniam reuersionis exorat. qua comiter impe-  
trata regreditur ad nauem portu Pylio molientem Pisistratoque ad urbem atque ad patria remisso ipse propere soluit e litore, comite nauigationis assumpto Theoclymeno uate Argiuo, uno ex his, quos Melampus Amythaonis erudituit. uitatisque insidiatoribus procis aduehitur in patriam. et sociis quidem portum petere iussis ipse diuerso itinere ad agrum Eumaeumque proficiscitur.

XVI.

*Tὸ δ' αὖτ' ἐν κλισίῃς Ὀδυσσεὺς πατὴ δῖος ὑφορβός*  
Commune Eumaeus mapale et diuus Vlices.

Telemachus Eumaeum nuntium redditus mittit ad matrem. patrem Minerua ita uolente cognoscit et cum eo deinceps agenda disponit. Penelopa autem cognito filii redditu in conuentum procorum, qua uerecundia sinebat, egreditur increpatisque insidiatoribus filii non minus irata quam maesta discedit.

XVII.

*Ημος δ' ἡριγένεια φάνη δοδοδάκτυλος ἡώς*  
Iam caelum roseis rutilat Tithonia bigis.

Telemachus anxiae matri ordinem peregrinationis

4 degressus *P* 5 quia *P* 6 nauem] nauem in *P corr.*  
*Peiper* nauem in *Vgoletus* | pilio *P* | manentem *Vgoletus* | pisistrato *P<sup>s</sup>* 7 ad patriam *P corr.* *Peiper*, ad patrem *Toll* | emissio *P corr.* *Heinsius* 9 Theoclymeno] clemono *P* | nate *P* 12 aduerso *P corr.* *Accursius* | ad agrum meum meumque *P*

XVI 1 οὐγοεὺς κλι *P* 2 comune *P* | mapalale *P corr.* *Auantius* | dirus *P<sup>s</sup>* diuis *Vgoletus*, *corr.* *Auantius* 3 nuntium] nunc *P* | redditus *I'* 4 patrem post matrem *add.* *Peiper*, *om.* *P* ipse Minerua i. u. patrem cognoscit *Vgoletus* 5 autem] aut *P* 6 in *om.* *P<sup>s</sup>* 8 descendit *P corr.* *Auantius*

XVII 1 πρήπεια *P* | δοδο-] ρωα *P* | νος *P* 2 titonia *P corr.* *Auantius*

enarrat. Vlixes ad oppidum Eumaeo opitulante perducitur. domum, in qua proci epulabantur, ingressus 5 emendicat cibos miserabiliter ambiendo. inde ab Antinoo iniuriouse afficitur. cui Penelopa diras ob inhumanum facinus imprecatur. a qua missus Eumaeus est, ut hospes, sic enim se ferebat, adeubitum prouocaretur. ac tum quidem inuitatus gratiam facit, sed 10 uenturum sese ad uesperam pollicetur.

XVIII.

*Ηλθε δ' ἐπὶ πτωχὸς πανδήμιος, ὃς οὐτὰ ἀστυ  
Irus adest populis per mendicabula uotus.*

Mendicante intra lares proprios Vlide, alius quoque pari et egestate Irus accessit, popularis Ithacensis, stipes in triuiis solitus rogare. iurgium ergo inopiae 5 communis aemulatione conseritur, quod ex uerbis processit ad manus, hortantibus procis, quo magis rixa crudiceret, propositoque praemio caprini uentris omento. Victor igitur Vlixes seminecem Irum extra ianuam proicit, ridicula adhortatione compellans. Penelopa 10 etiam munera sibi a procis pro opibus cuiusque conferri, singulorum studia experiens, depositit: quae mature utpote a cupientibus offeruntur.

---

4 cumeo oppitulante *P* 6 cibos] *άbos P* | ambiendos *P* | antino *P* 7 ob] ab *P* 9 adeubitum *Peiper* at cum *P* ad cū *Vgoletus* ad eam *Gronouius* ad mensam *Barth* 10 uocaretur *Gronouius* | ac *Peiper* cui (*uel* cuius) *Heinsius* qui *Barth.*, is *Schenkl*, om. *P* | inuitus *Heinsius*

XVIII 1 *ῆλθε*] *ηαεε P* | πανδήμιοοκata *P* 2 populi *P corr.* *Peiper* populo *Heinsius* 3 mendicate *P* 4 pari et *Peiper* parit *P* 5 stipem *Heinsius* 6 communis *P* 7 ortantibus *P* 8 uetris *P* 10 adortatione *P* | penolopa *P* 11 cuiusque || que *P*

XVIII.

*Αὐταρ ὁ ἐν μεγάρῳ ὑπελείπετο δῖος Ὄδυσσεύς*  
At parte interiore domus secretus Vlices

Vlices cum Telemacho omnia de medio amoliuntur procis perniciem comparantes, ne quidquam munimenti aut teli relinqueretur, qui uel cauere uim uel inferre possent. ad Penelopam deinde accitu ipsius pergit ibique, ut Eumaeo dixerat, Cretensem se esse mentitur Vlixenque apud se hospitio deuersatum comminiscitur. mox cum Euryclia ipsius nutrix hospitalis officii causa pedes eius elueret, tactu manus animaduertit cicatricem, quam habebat ex uulnere in Par-naso quondam suis dente percussus. quo argumento alumnum suum esse cognoscit, sed ab eodem, ne quid ultra uel quaerat uel garriat, cohercetur.

XX.

*⟨Αὐταρ ὁ ἐν προδόμῳ εὑνάζετο δῖος Ὄδυσσεύς⟩*  
Iamque procos genua amplectens orabat Vlices.

Epulantibus procis Ctesippus in Vlixen crux bubulum iacit, sed destinatione non potitur. Theoclymenus autem, apud Ithacensios diuinationis expertae, inminens 5 procis uaticinatur exitium. quorum multa cauillatione derisus mensa et domo tamquam furiosus excluditur.

XVIII 1 ὑπελείπετο δῖος Ὄδυσσεύς] υπελεγοαιοcoayccεyc P  
2 ulnoes *P<sup>s</sup>* 3 omnia] arma omnia *Vgoletus* 4 proniciem  
*P* | quidquani] quidq̄ *P* quid aut *Vgoletus* 5 reliqueretur *P<sup>s</sup>*  
6 ad] ad in *P* in *del. Auantius* | penelopem *P* 7 cumeo *P* |  
certensem *P<sup>s</sup>* 8 ulixē *P* 9 euriclia *P* 10 aīauertit *P*  
12 quo] qui *P* 14 garriat] cariat *P* | coeretur *P*

XX 1 *om. P* 3 tesippus (*i. etesippus*) *P corr. Accursius*  
4 thecolimenus *P* 5 aput *P<sup>s</sup>* | ex parte *P corr. Paris.* ex-  
pertus *Auantius* 6 cauilatione *P* 7 derrisus *P<sup>s</sup>*

XXI.

*Tὴ δ' ἄρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆνε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη  
Hic mentem dedit Icariae Tritonia Pallas*

Vlices Eumaeo et Philoetio, fidei eorum industriae-  
que confisus, qui sit reuelat. et postquam facta cogni-  
tio est, caedem procorum pro tempore instrui placet. 5  
quos Vlices astu aggreditur, ut ipsum quoque inten-  
dendo arcum uires seniles explorare patientur. quem  
uni quondam Vlixi facilem si quis intenderet, habiturus  
esset praemium ipsius Penelopae nuptiarum. sed pro-  
hibentibus procis, ne id ridiculus et mendicus auderet, 10  
quod frustra iuuentus tam electa temptasset, dat Tele-  
machus Vlixi ceteris abnuentibus experiendi potesta-  
tem. et hinc nascitur admiratio persona uirtutis,  
dedecore suo ceteris erubescientibus, quorum ignauiam  
senex et mendicus arguerit. 15

XXII.

*Ἄνταρ ὁ γνηνώθη φανέων πολύμητις Ὄδνοσεύς  
Squalentes humeris habitus reiecit Vlices.*

Vlices loco ulteriore capto intendit areum omnibus-  
que foribus oclusis, ne qua pateret effugium, pleros-  
que uino saueios aut nouitate rei stupidos aut quid- 5  
libet aliud meditantes conficit. cum primum omnium  
confixisset Antinoum, qui audacia et petulantia ceteros  
superauerat, Eumaeus et Telemachus et Philoetius  
sumptis et ipsi armis egregia in consternatos caede  
grassantur. iamque omnibus interemptis duobus tan-  
tummodo pareitur: Phemio eitharoedo, qui ministerii 10

XXI 1 φρεσὶ] φρες *P* | θεὰ] εεα *P* 3 philotio *P* 4 con-  
fixus *P* 5 pro tempore] *P* et *Vgoletus* 9 ipsius *Peiper* ius *P*  
11 tam lecta *Vgoletus* | thelamacus *P* 13 persona *P* (*an*  
*personata?*), prima *Vgoletus*

XXII 1 om. *P* 4 exclusis *P* 9 consternantes *P*  
10 ḡssantur *P* 11 phoemio cythardo *P*

causa adhibitus nihil omnium in Vlixis domo, quod contumeliosum esset, ediderat, et Medonti praeconi, cuius modestiae etiam Telemachus suffragatur. atque qui cum Telemacho erant, Melanthium famulorum Vlixis unum, qui procorum proteruiam semper armaverat, cruciabiliter occidunt. puellas inde duodecim, quae eum procis flagitiose consueuerant, suspendio perimunt. Vlices caede ad plenum perpetrata ignem adolet incensoque sulphure domum piaculo purgat.

XXIII.

⟨Γρῆνς δ' εἰς ὑπερῷ ἀνεβήσετο ναγκαλόωσα⟩  
Chalcidicum gressu nutrita superabat anili.

Euryclia nutrita gestae rei nuntia Penelopam de somno excitat. quae aduenientem ad se maritum non temere ipsum esse sibi persuadet et quadam cubiculi lege et genialis lectuli positu sibi tantum et Vlixii cognito, an ipse sit maritus, explorat. in coetum deinde conueniunt totamque noctem mutuo sermonem consumunt. et hic quidem elegans replicatio laborum, quos Vlices pertulit, mira concinnatione colligitur.

---

12 nihil omnium *Peiper* nich'ominus *P* nihil omnino *Accursius* 13 cūtumeliosum *P<sup>s</sup>* | praeconi *Accursius* uni *P* unius *Heinsius* 14 suffragatura quicunq; *P* suffragabatur. Et qui cum *Vgoletus* (at *Schenkl* atque *Peiper*) 15 melanitum *P* 16 proterinam *P* 17 XII *P* 18 prosis *P* 19 permunt *P* 20 sulphore *P*

XXIII 1 om. *P* 2 haleidicum *P* | superabat bis scr. *P* 3 euritia *P* | gestu *P* 5 timere *P* | esse sibi *Peiper* esse *P* esse se *Schenkl* | et *Schenkl*, om. *P* 6 geniali lectulis positus ibi *P* | ulixe *P* 7 in cetum. Deinde *P* coetum *Accur-sianus*, coitum *Vgoletus* 8 sermonem *P<sup>s</sup>* 9 h<sup>1</sup> *P* hinc *Paris*.

XXIII.

⟨Ἐρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἔξεναλεῖτο⟩  
Tartaream vocat in sedem Cyllenius umbras.

Procorum animas recenti et communi caede con-  
gestas cateruatum Mercurius ad inferna compellit. tunc  
circa Agamemnonem manes heroici congregantur. mi- 5  
ratique lectorum iuuenum congregem densitatem uno  
agmine commeantem causas interitionis accipiunt. tum  
apud inferos quoque uirtus Vlixis et Penelopae pudici-  
tia praedicantur, ab Agamemnone p[ro]ae ceteris, cui  
dispar fuerat in utroque fortuna. Vlices ad Laertem 10  
patrem in agrum profectus inopinato et reditu et rerum  
gestarum relatu afficit senem: afficitur ab eo cognitis,  
quas exanclasset, aerumnis. subinde et patres procorum  
neces iuuenum properant ultum ire: consilioque et ui  
communicatis ante expectatum agro superueniunt. sed 15  
eos iam comitatior Vlices fundit fugatque. uerum  
gliscentibus odiis et maiore seditione aut tumultu  
expectato ex sententia Iouis in Ithacam Minerua de-  
scendit et conciliata utrimque pace studia et motus  
partium rerum gestarum abolitione componit. 20

---

XXIII. 1 om. P 3 retenti P | comuni P 5 agame-  
nonem P 7 commeantum Graeuius 8 ulixes P 10  
laertē P 11 inoppinatu et P (corr. Paris.) et inopinato Sca-  
liger 12 elatu affēt (č an ē?) P affecit Vgoletus 14 ultu  
ire P (sic ultu isse Auit. ep. 72 p. 90, 7 P.) 15 in agro  
Schenkl 17 maiores seditiones P corr. Auantius 18 spectato  
P corr. Peiper | sententia] siña P | ytacam P

XXII.  
INCERTORVM  
OLIM CVM AVSONIANIS EDITA.

I.

[309—316] SEPTEM SAPIENTVM SENTENTIAE.

I [309] BIAS PRIENEVS.

Quaenam summa boni est? mens semper conscientia recti.  
Pernicies homini quae maxima? solus homo alter.  
Quis diues? qui nil cupiet. quis pauper? auarus.  
Quae dos matronis pulcherrima? uita pudica.  
Quae casta est? de qua mentiri fama ueretur. 5  
Quod prudentis opus? cum possis, nolle nocere:  
Quid stulti proprium? non posse et nolle nocere.

II [310] PITTACVS MITYLENAEVS.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciat.  
Bono probari malo quam multis malis.

I  $\alpha$  = *P* (*Paris. S. Germ. lat. 1044*) et *A* (*Angelicanus V 3, 22*)  $\beta$  = *L* (*Laudianus Misc. 87*) et *R* (*Paris. lat. 9344*)  
 $\omega$  =  $\alpha\beta$ ,  $\psi$  nouitii in primis *Burdegalensis Vineti* || sapientium *R* septenis uersibus explicatae add. *A*  $\beta$  om. *P* | additur: in quibus (quis *L*) aliquid ipsarum est obseruatum ut bini ultimi uersus (uersus ultimi *R*) per antitheta finiantur  $\beta$  Nomina septem sapientum qui fuerunt in diebus iochim regis indee cum quo daniel captiuatus est fueruntque in tempore seruui principis romanorum. *A* || perieneus *L* perithneus *R* 1 semper  $\alpha$  om.  $\beta$  quae sibi  $\psi$  2 hominum *A* 3 quis nil *A* | cupitet al. corr. *A* 6 prudenti *A* | opus ē p cum *A* | possis *P* possit *A*  $\beta$  7 quod  $\beta$  | non] nee *A* || mithillenus *L* mitilenus *R* 8 nesciat *P* nesciet *A*  $\beta$

Demens superbis inuidet felicibus;  
Demens dolorem ridet infelicium.  
Pareto legi, quisque legem sanxeris.  
Plures amicos re secunda comparas:  
Paucos amicos rebus aduersis probas.

10

III [311]

## CLEOBVLVS LINDIVS.

Quanto plus liceat, tam libeat minus.  
Fortunae inuidia est immeritus miser.  
Felix criminibus non erit hoc diu.  
Ignoscas aliis multa, nihil tibi.  
Parcit quisque malis, perdere uult bonos.  
Maiorum meritis gloria non datur:  
Turpis saepe datur fama minoribus.

15

III [312]

## PERIANDER CORINTHIVS.

Numquam discrepat utile ab decoro.  
Plus est sollicitus magis beatus.  
Mortem optare malum, timere peius.  
Faxis, ut libeat, quod est necesse.  
Multis terribilis caueto multos.  
Si fortuna iuuat, nihil laboris:  
Si non adiuuat, hoc minus laboris.

25

V [313]

## SOLON ATHENIENSIS.

Tunc beatam dico uitam, cum peracta fata sunt.  
Par pari iugator coniunx. quidquid inpar, dissidet. 30

10 uersum hic omissum post u. 14 add. R | /felicibus A  
12 parcito R 13 comparas P comparas Aβ || lydius β 15  
tantὶ (tὶ al. in ras.) L 16 immeritus R? 17 hoc] hic β  
22 nunquam L | decoro P decore Aβ 24 malum est β  
25 fac sis β 27 nichil A nil β | labores utrobique Baehrens  
28 om. P | hoc om. A || Salon P 29 tum A | péracta cūm  
A | fata ψ facta ω | sunt P sint Aβ 30 ingator ψ (Burdegal.)  
iugato ω (iungato A<sup>1</sup>) | coniux PL | quiequid Aβ | inpar] P?

Non erunt honores umquam fortuiti muneris.  
Clam coarguas propinquum, quem palam laudaueris.  
Pulchrius multo parari quam creari nobilem.  
Certa si decreta sors est, quid caueri proderit?  
Siue sunt incerta cuncta, quid timere conuenit? 35

VI [314]

CHILON LACEDAEMONIVS.

Nolo minor me timeat despiciatque maior.  
Viue memor mortis, item uiue memor salutis,  
Tristia cuncta exsuperans aut animo, aut amico.  
Tu bene si quid facias, nec meminisse fas est;  
Quae bene facta accipias, perpetuo memento. 40  
Grata senectus homini, quae parilis iuuentae:  
Illa iuuenta est grauior, quae similis senectae.

VII [315]

ANACHARSIS SCYTHES.

Turpe quid ausurus te sine teste time.  
Vita perit, mortis gloria non moritur.  
Quod facturus eris, dicere distuleris. 45  
Crux est, si metuas, uincere quod nequeas.  
Cum uere obiurges, sic inimice iuuas:  
Cum falso laudes, tunc et amice noces.  
Nil nimium. satis hoc, ne sit et hoc nimium.

---

31 honoris *A* | fortuitu *A* fortuti *L*    32 quem palam *P*  
propalam *A* *β*    33 pulcrius *AL* | est parari *P*    34 est *om.* *P*  
| caueri *ω* canere *ψ* | poterit *β*    35 siue: *u* *ex s* *A* |  
timere *P* timeri *A* *β*    38 exsuperans *P* exuperans *AL* ex-  
uperas *R*    39 nec *om.* *A*    41 hominis *β* | quae similis *β* |  
iuuentae *P* iuuentute *A* iuuentus *β*    42 senecta *β* || scythes *α*  
scitha (schita *L*) *β*    44 mortis *ω* meriti *Schenkl*, uitiae *Bach-*  
*rens*    46 metuis *A*    47 uero *AR* | obiurgas *β*    48 lau-  
das *β* | tunc] sic *β*    49 ante *u.* 47 *ψ* | satis est hoc *A* | ne]  
nec *β* || Finiunt *β*

---

VIII [316] [DE SEPTEM SAPIENTIBVS EX GRAECO.

Septenis patriam sapientum, nomina, uoces  
Versibus expediam: sua quemque monosticha dicent:  
Chilo, cui patiens Lacedaemon, noscere se ipsum.  
Periander, trepidam moderare, Corinthius, iram.  
Ex Mitylenaeis, nimium nil, Pittacus oris. 5  
Mensuram optimum, ait Cleobulus Lindius, in re.  
Expectare Solon finem docet, ortus Athenis.  
Plures esse Bias prauos, quem clara Priene.  
Miletii fugisse Thales uadimonia alumnus.]

II.

[361 Edyll. xiii Anthol. lat. 646 R.]

DE ROSIS NASCENTIBVS.

Ver erat et blando mordenti a frigore sensu  
Spirabat croceo mane reuecta dies.  
Strictior eos praecesserat aura iugales  
Aestiferum suadens anticipare diem.

Anthol. Pal. VIII 366. ἄδηλον.

ἀποφθέγματα τῶν ἐπτὰ σοφῶν.

Ἐπτὰ σοφῶν ἔρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὖνομα, φωνήν.  
Μέτρον μὲν Κλεόβονλος δὲ Λίνδιος εἶπεν ἀριστον.  
Χίλων δὲ νοῦν Λακεδαίμονι Γνῶθι σεαυτόν.  
Οὓς δὲ Κόρινθον ἔναιε Χόλον κρατέειν Περιάνδρος.  
Πιττακὸς Οὐδὲν ἄγαν δὲς ἔην γένος ἐν Μιτυλήνης.  
Τέρμα δὲ δρᾶν βιότοιο Σόλων ἵεραις ἐν Ἀθήναις.  
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ Βίας ἀπέφηνε Πριηνέus.  
Ἐγγύην φεύγειν δὲ Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα.

VIII Auctor carminis ipse Vgoletus est ni fallor, qui primus edidit. cf. Caesares 256, 3: sua quemque monosticha signant. 3 cui patria est Auantius 6 Lyndius Vgol.

II A = Augustanus B = Bembinus || Publili Virgilii (P. V. M. A) Egloga (Egloō A) finit (fin. B fin A) Eiusdem (Virgilii Ecloga add. B) de rosis nascentibus (egl'o add. A) incipit (feliciter inchoat B) AB || 1 mordentia frigore B mordenda frigore A (cf. 23) corr. Peiper 2 aeo os A

Errabam riguis per quadra compita in hortis

5

Maturo cupiens me uegetare die.

Vidi concretas per gramina flexa pruinias

Pendere aut holerum stare cacuminibus,  
Caulibus et teretes patulis conludere guttas

10

Vidi Paestano gaudere rosaria cultu

Exoriente nouo roscida lucifero.

Rara pruinosis canebat gemma frutectis

Ad primi radios interitura die.

Ambigeres, raperetne rosis Aurora ruborem

15

An daret et flores tingueret orta dies.

Ros unus, color unus et unum mane duorum;

Sideris et floris nam domina una Venus.

Forsan et unus odor: sed celsior ille per auras

Diffluit: exspirat proximus iste magis.

20

Communis Paphie dea sideris et dea floris

Praecipit unius muricis esse habitum.

Momentum intererat, quo se nascentia florum

Germina comparibus diuiderent spatiis.

Haec uiret angusto foliorum tecta galero,

25

Hanc tenui folio purpura rubra notat.

Haec aperit primi fastigia celsa obelisci

Mucronem absoluens purpurei capitis.

Vertice collectos illa exsinuabat amictus,

5 competa *AB* | herbis *B* 6 uegitare *B* 8 auto lerum  
*A* 9 patulis teretes *B* 10 *deest AB*, recentes libri aut  
 Et caelestis aquae pondere tunc grauidas (*sie rec. m. add.*  
*marg. B*) aut Nox assueta diu fecerat illud idem (*ut Paris.*  
*7936 s. XIII*) aut denique utrumque (*e. g. Helmstadiensis, Voss.*  
*96 et 849 s. XV*) 15 aura *AB* (tunc ante aura *rec. ss. B*)  
 aurora *Mellieensis s. XI?* *Thuaneus s. XI?* 17 rosimus *A*

20 diffle (*marg. m. rec. l' difflatur*) *B* difflo *A* (et *om. AB*)  
 difflit et uel defluit et nouitii, difflit exspirat *Toll.* 21 pa-  
 phiae *AB*<sup>1</sup> 23 quom *Sebis.* | nascenda *A* 24 comparibus] *A?*  
 spadis *A* 26 hactenus in (*tenuis rec. in marg.*) *B* acte-  
 nus et *A* hanc et tenui nouitii 27 primi *B*<sup>2</sup> prima *AB*  
 28 absolueris *A* | capidis *A* 29 uerticeco lectos *A* | ex-  
 sinuabat *A* exsinuabat *B*

- Iam meditans foliis se numerare suis: 30  
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem  
Prodens inclusi semina densa croci.  
Haec modo, quae toto rutilauerat igne comarum  
Pallida coulapsis deseritur foliis.  
Mirabar celerem fugitiua aetate rapinam 35  
Et, dum nascuntur, consenuisse rosas.  
Ecce et defluxit rutili coma punica floris,  
Dum loquor, et tellus tecta rubore mictat.  
Tot species tantosque ortus uariosque nouatus  
Vna dies aperit, conficit ipsa dies. 40  
Conquerimur, Natura, breuis quod gratia talis:  
Ostentata oculis illico dona rapis.  
Quam longa una dies, aetas tam longa rosarum:  
Cum pubescenti iuneta senecta breuis.  
Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous, 45  
Hanc rediens sero uespere uidit anum.  
Sed bene, quod paucis licet interitura diebus  
Succedens aeuum prorogat ipsa suum.  
Collige, uirgo, rosas, dum flos nouus et noua pubes,  
Et memor esto aeuum sic properare tuum. 50

---

31 patefacit A 33 haec] ac *Scriuerius* 37 deflusi tru-  
tali (*membranae uitio dirempta*) A 38 micae A 39 uarius A  
41 conquerimus (*rasura corr.*) A<sup>1</sup> | talis A om. B (florum est  
rec. m. add. B) 42 ostenta A | illico B 44 cum A quas B  
| pubescenti (an -tis?) A pubescentes B | breuis AB premit  
nouitii 45 rutilus ex rutilus B | conpexit edus A 46 unum  
A 48 succendens A 49 uiro (uirg<sup>o</sup> rec. corr.) B || Publili  
Virgilii Maronis (P. V. M. A) egloga (egl' A) de. rosis finit  
(fin A) AB eiusdem niuretum incipit A

III.

[367 Edyll. xx Anthol. lat. 664 R.]

NOMINA MVSARVM.

[Clio historias, Euterpe tibias, Thalia comoedias, Melpomene tragoeidas, Terpsichore psalterium, Erato geometricam, Polymnia rhetorica, Vrania astrologiam, Calliope litteras.]

Clio gesta canens transactis tempora reddit.  
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urguet.  
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.  
Melpomene tragicō proclamat maesta boatu.  
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget. 5  
Plectra gerens Erato saltat pede carmine uultu.  
Vrania motusque poli scrutatur et astra.  
Carmina Calliope libris heroica mandat.  
Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.  
Mentis Apollineae uis has mouet undique Musas: 10  
In medio residens complectitur omnia Phoebus.

III.

370 [Ecl. III Anthol. lat. 679 R.]

DE SIGNIS CAELESTIBVS.

Ad Boreae partes Arctoe uertuntur et Anguis,  
Post has Arctophylax pariterque Corona, genuque

III *G = SGall. 899, T = Turicensis 78* Nomina musarum.  
Clio — litteras *T om. G* | comedias *T* | rhetorica *T* | caliope  
*T* || 1 lio (*C rubricator om.*) *G* 2 urguet *G T* 3 comicolas  
ciuo *T?* .4 melpone *G T<sup>1</sup>* | tragica *T (non G)* 5 cytharis  
*G T* | augere *G* 6 casmine *T* u. 9 post u. 6 uulgo cum  
*Cantabr. et Paris. cf. Anthol. lat. 88 R.* 8 Vrania *T* (*producta a ut Anthol. lat. 88, 8 R.*), Vrani *G* | motusque poli  
*Peiper* poli motus *G T* 9 caliope *G T* 10 apolloneq *T* |  
aut 10 aut 11 spurium putat *Riese*.

III *V = Valentianus 393, C = Caroliruhensis Aug. 167, G = Gudianus 132, Vat. = Vaticanus Reg. 215* || Versus princ. de  
XII signis *Vat.* Prisciani epitome phenomenon *G inser. om*  
*CV* 1 arctoi *CV corr. Bachrens* arctoae *G* 2 arctofilax *C*  
arctophilax *VG (ubi e ex corr.) Vat.*

Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus et Cassiopeia,  
Auriga et Perseus, Deltoton et Andromedae astrum,  
Pegasus et Delphin Telumque, Aquila Anguitenensque.  
Signifer inde subest, bis sex et sidera complent 6  
Hunc: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,  
Libra, Scorpius, Arquitenens, Capricornus et urnam  
Qui tenet et Pisces. post sunt in partibus Austri  
Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo, 10  
Hydrus, Chiron, Turibulum quoque Piscis et ingens.  
Hinc sequitur Pistrix simul Eridanique fluenta.

V.

SVLPICIA QVERITVR DE STATV REIP. ET TEMPORIBVS  
DOMITIANI.

Musa, quibus numeris heroas et arma frequentas,  
Fabellam permitte mihi detexere paucis;  
Nam tibi secessi tecum penetrale retractans  
Consilium: quare nec carmine curro Phalaeco,  
Nec trimetro iambo, nec qui pede fractus eodem 5  
Fortiter irasci didicit duce Clazomenio.  
Cetera quin etiam, quot deinceps milia lusi  
Primaque Romanos docui contendere Grais  
Et salibus uariare nouis, constanter omitto

---

3 lira *Vat.* | casiophea *C* cassiiphea *V<sup>1</sup>* casiephia *Vat.*  
cassiopea *G* 4 aurigam *V* | et *om.* *VC* 5 delfin *VG* |  
aquila *om.* *Vat.* 8 arcitenens *libri* | urna *CVG* 10 pro-  
cion *V* procum *Vat.* | argo/ *G* 11 idros *V* ydros *Vat.* ydris  
*G* | cidron *V* | pisces *G*

*V V = ed. pr. Venetiis 1498, P = ed. Parmensis Thadei Vgo-*  
*leti 1496, ω = PV Decii magni Ausonii Catalogus Vrbiū nobi-*  
*liū Finit. | Sulpitia Incipit. | Queritur de statu Rei pu. &*  
*temporibus Domitiani. P Sulpitia incipit V Heroicum Sulpici*  
*carmen. LXX. R Volaterranus Comment. urb. l. IV f. LVI (ed.*  
*pr. Rom. a. 1506) 3 secessit V 4 neque V | phaleuco P*  
*phaleco V Phalaeci Schlaeger f. Phalaeco 5 iambo] an*  
*elumbo -pede ? 6 didicit Vinetus discit ω 7 cætera ω an*  
*Ludicra ? | quod denique ω corr. Peiper quandam quae Heinsius*  
*mollia Burmann 8 Romanas Vinetus | grais ω*

Teque, quibus princeps et facundissima calles, 10  
Adgredior: precibus descende clientis et audi.

Dic mihi, Calliope, quid iam pater ille deorum  
Cogitat? an terras et patria saecula mutat  
Quasque dedit quondam marcentibus eripit artes? 15  
Nosque iubet tacitos et iam rationis egentes,  
Non aliter, primo quam cum surreximus aruo,  
Glandibus et purae rursus procumbere lymphae?  
An reliquas terras conseruat amicus et urbes,  
Sed genus Ausonium Rutulique extirpat alumnos? 21  
Quid? reputemus enim: duo sunt, quibus extulit ingens  
Roma caput, uirtus belli et sapientia pacis.  
Sed uirtus, agitata domi et socialibus armis,  
In freta Sicaniae et Carthaginis exulat arcis  
Ceteraque imperia et totum simul abstulit orbem.  
Deinde, uelut stadio uictor qui solus Aehaeo 25  
Languet et immota sensim uirtute fatiscit,  
Sic itidem Romana manus, contendere postquam  
Destitit et pacem longis frenauit habenis:  
Ipsa domi leges et Graia inuenta retractans,  
Omnia bellorum terra quaesita marique 30  
Praemia consilio et molli ratione regebat;  
Stabat in his (neque enim poterat constare sine istis):  
Haut frustra auctori mendaxque Diespiter olim,  
'Imperium sine fine dedi' dixisse probatur.

34 Vergil. A. I 279

10 et] o *OJahn* 11 aggredior ω 12 iam *Peiper* non *P*  
nam *V* nunc *Baehrens* 13 et] in *Heinsius* ad *Baehrens*  
14 marcentibus *Teuffel Peiper* morientibus ω 15 tacitas *P* |  
etiam ω | egenos *V* post u. 15 seeuntur 20—22 ω, trans-  
posuit *Vinetus* 16 aruo] aeuo *Auantius* 17 procurrere ω  
corr. *Pithoeus* 18 amicas *V* 19 Romuli ω corr. *Peiper* |  
exturbat ω corr. *Sebis. Bachrens* 20—22 uid. ad 15 23 exi-  
lit ω corr. *Peiper* | artes *V* 24 caetera ω 25 uelit *P* |  
stadio ed. *Tornaeus*. studio ω | aecho *P* 26 sensim *Heinsius*?  
*Peiper Baehrens*<sup>2</sup> secum ω senio *Heinsius* segnis *Franken* |  
facessit ω corr. *Sealiger* 31 premia *P* 32 istis *Peiper*  
ipsis ω 33 haut *Cannegieter*, aut ω | auctori *Peiper* uxori ω

Nunc igitur qui rex Romanos imperat inter, 35  
Non trabe, sed tergo prolapsus et ingluie albus,  
Et studia et sapiens hominum nomenque genusque  
Omnia abire foras atque urbe excedere iussit?  
Quid fugimus Graios hominumque reliquimus urbes,  
Vt Romana foret magis his instructa magistris, 40  
Iam (Capitolino ueluti turbante Camillo  
Censibus et trutina Galli fugere reicta)  
Si nostri palare senes adiguntur et ipsi  
Vt ferale suos onus exportare libellos?  
Ergo Numantinus Libycusque errauit in isto 45  
Scipio, qui Rhodio creuit formante magistro,  
Ceteraque illa manus bello facunda secundo?  
Quos inter prisci sententia dia Catonis  
Scire adeo magni fecisset, utrumne secundis  
An magis aduersis staret Romana propago. 50  
Seilicet aduersis! nam, cum defendier armis  
Suadet amor patriae et caritura penatibus uxor,  
Conuenit, ut uespis, quarum domus arce Monetae,  
Turba rigens strictis per lutea corpora telis;

36 tergo] cf. Sueton. Domit. 1. — Sueton. Dom. 18 deformis et obesitate uentris.

37 Sueton. Domit. 10 philosophos omnis urbe Italiaque summouit.

48 Horat. S. I 2, 32 sententia dia Catonis.

35 res romanas ω corr. Douza | imperat Scaliger inferat ω

36 non trabe sed tergo ω i. non faciendo sed patiendo. non  
trabs sed trico Baehrens 39 fugimus Peiper facimus ω | relin-  
quimus ω corr. Pithoeus 41 Iam Peiper non ω nunc Scaliger 42 Ensibus ω corr. Withof | fugiere V 43 si V sic P |  
dicuntur ω corr. Baehrens 44 suo sonus ω corr. Sealiger |  
exportare Burmann extirpare ω 45 numantinas libyeas ω  
corr. ed. Tornae. 46 qui] quod Cunnegieter | Rudio Heinsius

47 cætera ω | foecunda Auantius 49 adeo Pithoeus deos ω

51 defendier P 52 caritura Peiper captiuia ω 53 ut  
uespis sc. conuenit turba monetae] mouente V post 53 ex-  
cidisse uersum coniecit Baehrens 54 rigens uulgo tegens ω  
regens ed. Tornae. uigens Barthius turbat agens Pulmann

Ast ubi res secura redit, oblita furorum      55  
Plebs rectorque una somno moriuntur obeso:  
Romulidarum igitur longa et grauis exitium pax. —

Hic fabella modo pausam facit. optima, posthac  
Musa, uelim moneas, sine qua mihi nulla uoluptas  
Viuere: uti quondam, dum Smyrna Byblisque peribat,  
Nunc itidem migrare uacat. uel denique quiduis    61  
